







TERENTIVS.

A M. ANTONIO MVRETO

LOCI PROPE innumerabilibus emendatus.

Eiusdem Mureti Argumenta, & Annotationes in singulas Comœdias, quibus tum correctionum magna ex parte, ratio redditur, tum loci obscuriores explicantur.

Omnia nunc recens, quanta fieri potuit cura, ac vigilantia emaculata, & pristinæ integritati restituita.




VENETIIS, MDCXX.

Apud Ioannem de Albertis.

MICHAELI PRIOLO PETRI F.

PATRITIO VENETO

Hieronymus Caninius. S.P.D.



AE TV Michael Priole Puer & auorum peruetusto, maximoque splendore, & morum tua nobilitate Clarissime; Terentium semper in delicijs rectè habuisti. Redolet enim liberalem quandam, & viuidam ingenuitatem, quæ non solum in rebus, verum etiam in scriptis spirat, atque elucet. neque sanè iniuria

nam, vt ipſemet Poeta fatetur ingenue in his Comœdijs conſcribendis, & concinnandis adiutus eſt ab hominibus nobilibus; hoc eſt à P. Scipione Africano Maiore, & C. Lælio, quibus ea tempeſtate nemo nobilior, atque eloquentior. Hác tu aurã, & lucẽ, vt eſt animi noſtri quorũdã ueluti igniculorũ, & ſeminũ uis, vel ſeptennis cõſpicatus, & tãquã veſtigis odoratus: ita animũ ad Terentium adiunxiſti tuum, vt illum vnum, quod non modo in manibus, & in ſinu domi, foriſque haberes; ſed etiã in oculis ferres: dignum exiſtimaueris. Ex quo factũ eſt, vt eum in primis libenter, atq. auide tractes, & diſcas ad actionis etiã ſollitudinẽ: non cruda lectione, vt vulgo fit, ſed quam, ſenſis, velut cibis manſis, ac propẽ liquefactis, & demiſſis, atq. ita facilius digeſtis; multa iteratione molli

tam

sã, & confectam memoriæ, atque imitationi tradas. Enimuero Te minime fefellit anim'. habes enĩ a pstatissimo scriptore Latinæ liguæ germanã proprietatem, nõ e vulgi quisquilijs, sed e rotũdo liberorum hominũ ore manãtẽ. hac ad bonarũ litterarũ studia nihil accõmodatius. habes ab eodẽ incredibile iudicij acumen, quo quidem ad summum, ac celerrimũ profectũ nihil valẽtius. hoc vnum si assequare, quamplurima, ne dicam omnia nullo fere negotio, atque adeo summa cũ voluptate pernosces eo destitutus in litteris, immo vero omnibus in rebus, Andabatarũ more peruagere necesse est. Sed illud, vide me, ne seiũgas a proprietate, quę vniuersi litterarij, vt dicam de hoc duntaxat, ædificij instar fundamẽti est. hoc ea nititur, atq. hæc per illud crescit in immensũ. Verũ

hac de re plura inter nos. Tu vero vtrũque interim vrgeas, & perge, vt facis Terentiane proprietati, atq. acumini puritatem Cæsaris, & M. Tullij vbertatem adiungere. Sic enim fiet, vt tibi haudquaquã necesse sit riuos consectari; Ipsi fõtes Tibi semper prę̃sto erunt a quibus, quotiescunque libuerit, flumem, idque aureum eloquentię deduces, vt tandem eo ceterisque tuis optimis studijs, summa que ingenio Te ipsum, nobilissimamque familiam tuam; ac vestram amplissimum Rempublicam, (nuc scilicet quidquid a te profectum fuerit, euadere oportet) plurimum iuues; atque ornes, Vale, ac Terentium Tuum nunc, vt auebas, expolitiorem magis, magisque in dies amplectere.

STV-

STVDIOSO LECTORI.

ET PVMICE, & lima, quanta fieri potuit diligentia, studiose Lector, librum hunc expoliuimus. In Comœdijs innumeras maculas eluimus, in Mureti Annotationibus, & Argumentis plures, ac magnas lacunas expleuimus. etenim hic, quæ aliquid Græcę scripturæ, cótinebant, ea omnia miserandum in modum detracta, fuerant, & in quibusdam ipsa vniuersa integra Argumenta. Nunc vero cuncta in vnguem emendata, atque ad amussim expolita esse, neutiquam recipimus. nec nobis tantum tribuimus; præsertim in huiuscemodi Chironijs vulneribus, atque optimis Mureti Annotationvm exemplaribus destituti. ea certe, diligenter, atq; anxie conquisiuimus. quid faceremus, cum Typogratphe Terentij, nunc ipsum imprimendi sententia staret? emen-


datiora selecta; ex quibus plurima loca reposita, vt erant, paucula in Scholijs ex ingenio. qua in re maxime nimirū, scio, periclitamur. quemadmodum fortasse & in eo, quod in Comœdijs plerasque voces à Mureto per elisionem detruncatas resarsimus. verum id haudquaquam temere alijs classicis authoribus tam crebras, atque asperas, elisiones minus probari animaduertimus. & profectò in manuscriptis earum nullum vestigium. porrò ne confragosæ illæ quidem nimis pueris; cum primis ijs, quibus non potest explorata esse Comicorum versuum ratio, quæ eruditissimi viris tantum negotium adhuc facessit. Tenera puerorum ingenia ne onerentur, obsecro, graui aliquo cibo, sed primum suaui, atque simplici puritatis Terentianæ lactæ alantur. quod si cibus solidor deinceps eis ingerendus, docent rationem aues. quæ teneris, infirmisque fœtibus cibos ore suo collatos partiuntur. Ita nobis videtur: si quispiam meliora, non inuidemus. dummodo tu, humanissime lector, quæ in præsentia præstare potuimus, æqui, boniquè facias. Vale.

TE-

TERENTII VITA,

ET TRAGOEDIA,

Ac Comœdia non pauca, ex Aelio Donato, & alijs.



VBLIVS Terentius Aer, Carthagine natus seruiuit Romæ Terentio Lucano Senatori, à quo ob ingenium, & formam, non institutus modo liberaliter, sed & maturè manmissus. Quidam captum esse existimant quod fieri nullo modo potuiße, Fenestella docet, cum in fine secundi belli Punici, & ante initium tertij natus sit, et mortuus, nec, si à Numidis, aut Getulis captus sit, ad ducem Romanum peruenire potuisse, nullo commercio inter Italicos & Afros, nisi post deletam Carthaginem cœpto. Hic cum multis nobilibus familiariter vixit; sed maximè cum Scipione Africano, & cum Lælio: quibus etiam corporis gratia conciliatus existimatur. quod & ipsum Fenestella arguit, contedens vtroque maiorem natu fuisse, quamuis Cornelius Nepos æquales omnes fuisse tradat, & Porcius suspicionem de consuetudine per hæc faciat.

Dum lasciuiam nobilium, & fucosas laudes petit;
Dum Africam vocem diuinam in biat auidis auribus;
Dum ad Furium seuænitare, et Læliũ pulchrium putat;
Dum se amari ab hisce credit, crebrò in Albanum rapi
Ob florem ætattis suæ; ad summã inopiam reductus est
Itaque è conspectu omniũ abijt Græciã in terrã vltimã:
Mortuus est in Stymphalo Arcadia oppido nil Publius
Scipio profuit, nihil ei Lælius, nil Furius.

Tres

Tres per idem tempus qui agibant nobile facillime.
Eorum ille opera ne domū quidem habuit cōductitiam.
Saltem vt esset, quo referret obitū domini seruulus.
Scripsit comœdijs sex, ex quibus primā Andriam cum Aedibus daret, iussus antè Cerio recitare, ad cœnantē cum venisset, dictus est initiū quidem fabulæ, quòd erat contemptiore vestitu, subsellio iuxta lectulum residens legisse, post paucos verò versus, inuitatus vt accuberet cœnasse vnà, deinde cætera per currisse nō sine magna Cerij admiratione. & hāc aūt, & quinq; reliquas æqualiter populo probauit. quāuis Volcatius de enumeratione oīum ita scribat, Sumetur Hecyra sexta ex his fabula. Eunuchus quidem bis acta est, meruitq; pretium quantum nulla antea cuiusquam comœdia, idest octo millia nummū: propterea summo quoque titulo ascribitur. Nā Adelphorum principium Varro etiam præfert principio Menandri non obscura fama, est, adiutum Terentium in scriptis à Lælio & Scipione, quibuscum familiariter vixit eandem ipsæ auxii, nunquam enim, nisi leuiter, se tutari conatur, vt in prologo Adelphorum.
Nam quod isti dicunt maleuoli, homines nobiles
Hunc adiutare, Assidueq; vnà scribere:
Quod illi maledictum vehems existimant.
Eam laudem dic ducit maximam: cum illis placet.
Qui vobis vniuersis. A populo placent:
Quorum opera in bello, in otio, in negotio,
Suo quisque tempore vsus est sine superbia.
Videtur autem se leuius defendisse, quia sciebat Lælio & Scipioni non ingratum esse hanc opinione: quæ tamen magis, & vsque ad posteriora tempora valuit. Q. Memmius in oratione pro se ait P. Africanus, quia Te-
rem

rentium personā mutatus, quæ domi luserat ipse, nomine illius in scenā detulit. Nepos auctore certo cōperijsse se ait, C. Læliū quondā i Puteolano Cal. Martij admonitū ab vxore, tēporius vt discūberet, petijsse ab ea, ne interpellaretur: serius, tandē ingressū tricliniū, dixisse, non sæpe in scribendo magis successisse sibi, deinde rogatum vt scripta illa profert, pronunciasse versus, qui sūt in Heautontimorumeno, Satis pol proterue me Syri promissa huc induxerunt. Santra Terentium existimat, si modò in scribēdo adiutoribus indiguerit, non tā Scipione & Lælio vti potuisse, qui tunc adolescentuli fuere; quàm Sulpicio Gallo homine docto, & qui consularibus ludis initium fecerit fabularum dandarum: vel Q. Fabio Labeone, & M. Popilio, consulari vtroque, ac poeta. Ideo ipsum nō iuuenes designasse, qui se adiuuisse dicerentur; sed viros, quorum operam & in bello, & in otio, & in negotio populus sit expertus. Post æditas comœdias nondum quintum atque trigesimum egressus annum, causa euitandæ opinionis, quia videbatur aliena pro suis edere, seu percipiendi Græcorū instituta, moresque, quo perinde exprimeret i scriptis; egressus vrbe est neque amplius redijt. De morte eius Volcatius tradit;

Sed vt Afer sex populo edidit comœdias.
Iter hinc in Asiam fecit; nauim cum semel
Conscendit, visus nunquam est, sic vita vacat.

Q. Cōsentius redeuntem è Græcia, perijsse in mari dicit cùm centum, & octo fabulis conuersis à Menādro. Ceteri mortuum esse in Arcadiæ Stympalo, tradunt, Cn. Cornelio Dolabella, M. Fuluio Nobiliore Cos, morbo implicitum acri dolore, ac tædio amissarum fabularum, quas in naui præmiserat, ac simul fabularum, quas nouas

nas fecerat. Fuisse dicitur medioeri statura, gracili corpore, colore fusco. Reliquit filiã, quæ equiti Rom. nupsit. Item hortulos XX. iugerum in via Appia ad Martis villam: quo magis miror Portium scribere,

nil Publius.

Scipio profuit, nihil ei Lælius nil Furius,
Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillime
Eorum ille operane domum quidẽ habuit cõductitiam:
Saltem vt esset. quò referret obitum domini seruulus.

Hunc Afranius quidem omnibus comicis præfert, scribens in Compitalibus.

Terentio non similem dices quempiam.

Vocatius autem non solum Næuio, & Plauto, & Cæcilio, sed Licinio quoque postponit Cicero in Limone hactenus laudat.

Tu quoque, qui solus sermone Terenti
Conuersum expressumque latina voce Menandrum
In medio populi sedatis vocibus effers,
Quidquid come loquens, ac omnia dulcia dicens.

item C. Cæsar.

Tu quoque tu in summis, ò dimidiate Menander
Poneris, & meritò puri sermonis amator.
Lenibus atque vtinam scriptis adiuncta foret vis;
Comica; vt æquato virtus polleret honore
Cum Græcis, neque in hac despectus parte iaceres.
Vnum hoc maceror, & doleo tibi deeße Terenti.

Hæc Suetonius Tranquillus. nam duos Terentios poetas fuisse scribit Metius; quorum alter Fregellanus fuerit Terentius Libo: alter libertinus Terẽtius Afer patria de quo nunc loquimur. Scipionis fabulas edidisse Terentium, Valgius in Actæone ait,

Hæ quæ vocatur fabulæ, cuius sunt?
Non has, qui iura populis recensentibus dabat;
Honore summo affectus fecit fabulas?

Duę ab Apollodoro trãslatę esse dicũtur comico, Phormio, & Hecyra, quattuor reliquę à Menandro: ex quib. magno successu, & pretio stetit Eunuchus fabula Hecyra sæpe exclusa, vix acta est.

INitium tragœdiæ, & comœdiæ à rebus diuinis est inchoatum, quibus pro fructibus vota soluentes operabantur antiqui. Nam incensis iam altaribus, & admoto hirco, id genus carminis, quod sacer chorus reddebat Libero patri, tragœdia dicebatur: vel ἀπὸ του τράγου, hoc est ab hirco hoste vinearum, & à cãtilena, Eius ipsius rei apud Virgilium plena fit mentio, vel quòd hirco donabatur eius carminis poeta, vel quod vter eius musti plenus, sollene præmium cantoribus fuerat, vel quod ora sua fæcibus pertinebant scenici ante vsum personarum ab Aeschylo repertum, feces enim ducuntur grece τρύγες, & his quidem causis tragœdiæ nomen est inuentum. At verò nondum coactis, in vrbem Athenienſibus, cum Appollini Nomio, id est, pastorum, vicinorumque præsidi Deo, constructis aris in honorẽ diuinæ rei circũ Atticæ uicos, uillas, pagos, & compita, fectũ carmen solenniter cantarent: orta est comœdia, ἀπὸ τοῖς κώμαις ζεῖν, καὶ ἄδειν quod est, comessatum ire cantãtes, q̃d a poetis solenni die, vel amatoriè lasciuientibus choris, comicis, non absurdũ est itaque vt rerum, ita etiã temporum ipsorum cœpto ordine, tragœdia primò prolata esse cognoscitur. Nam vt ab incultis, & feris moribus, paulatim peruentum est ad mansuetudinem, vrbes que sunt conditæ, & vita mitior

atque

atque otiosior processit, ita res tragicæ longè antè comicas inuentæ. Quamuis autem retro prisca voluentibus reperiatur Thespis tragœdie primus inuentor, & comœdiæ veteris pater Eupolis, cum Cratino, Aristopha neque esse dicatur, Homerus tamen, qui ferè omnis poeticæ largissimus fons est, etiam his carminibus exempla præbuit, & velut quadam suorum operum lege præscripsit: qui Iliadem instar tragœdiæ, Odysseam ad imaginem comœdiæ fecisse monstratur. Nam post illius tale, tantumque documentum ad ingeniosissimis imitatoribus, & digesta in ordinem, & diuisa sunt ea, quæ etiam tum temere scribebantur ad huc impolita, atque in ipsis rudimentis haudquaquam, vt postea, facta sunt decora, atque leuia. at nos, ea, quæ propria de tragœdia dicenda sunt, titulo propositi operis instantes, in alia tempora differamus; & de his fabulis iam loquamur, quas Terentius imitatus est. Postquā demonstrandæ originis causa, de vtriusq; generis initio diximus, quod neceße est, iam dicemus. Comœdia ferè uetus, vt ipsa coque olim tragœdia, simplex carmen (quemadmodū iam diximus fuit quod chorus circa aras fumāces, nunc spatiatus, nunc reuoluens gyros, cum tibicine concinebat. Sed primò, vna persona subducta est cantoribus, quæ respondes alternis, choris locupletauit; variauitq; rem musicam: tum altera, tum tertia, & ad postremum crescente numero, per actores diuersos personæ, pallæ, cothurni, socci, & cæteri ornatus, atque, insignia scenicorum reperta, & adhoc vnicuique suus habitus, & ad vltimum, qui primarum partium, qui secundarum, & tertiarum qui quartarū atq; quintarum actores, essent, distributa, & diuisa quinque partitò tota est

fabu-

fabula; quæ tamē ī ipsis ortus sui velut quibusdā icunabulis, et vix dum incipiens κωμῳδία dicta est, ἀρχαία, idcirco quia nobis parum cognitis initijs nata est; aut quia inest in ea velut historia fides veræ narrationis, et denominatio omniū, de quibus liberè describebatur. Etenim per priscos poetas non, vt nunc, penitus ficta argumenta, sed res gestæ a ciuibus, palàm cū eorū sæpe, qui gesserant, nomine decātabantur. Ideo ipsa suo tempore moribus multū profuit ciuitatis; cum vnusquisque caueret, culpa ne spectaculo cæteris esset, & domestico probro. sed cū poetæ abuti licētius stylo, et passim ledere ex libidine cœpissent plures bonos; ne quisquā in alterū carmen infame proponeret, lata lege sanxerunt; et hinc deinde aliud genus fabule, idest Satyra, sumpsit exordium: quæ a Satyris, quos illotos semper ac petulantes deos scimus esse, vocitata est, etsi aliunde nomē traxisse prauè putant alij: hæc, quā Satyra dicitur, eiusmodi fuit vt in ea, quamuis duro, & veluti agresti modo de vitijs ciuū, tamen sine vllo proprij nominis titulo carmē esset. Quod itē genus comœdiæ multis, obfuit poetis, cū ī suspicionem potentibus ciuibus venissent, illorum facta descripsiße in peius, ac deformasse genus stylo carminis; quod primo Lucilius. nouo conscripsit modo, vt poesim inde faceret, id est, vnius carminis plures libros. hoc igitur, quod supra diximus modo coacti omittere Stayram, aliud genus carminis τὴν νέαν κωμῳδίαν, hoc est, nouam comœdiā reperere poetæ. quæ argumento cōi magis, & generaliter ad oēs homines, qui mediocribus fortunis agunt pertineret: & minus amaritudinis spectatorib. & eadē opera multū delectationis afferret. Concinna argumēto, cōsuetudine congrua vtilis sententijs grata sal-

bus

bus, apta metro. vt igitur superiores illæ suis quæq. celebrantur auctoribus. ita hęc νέα κωμῳδία cũ multorũ ante, ac postea, tum præcipuè Menãdri, Terẽtijq. est, de qua cũ multa dicẽda sint, sat erit tamẽ, velut admonẽdi lectoris causa, quid de arte comica veterũ chartis contine tur, exponere, Comœdia vetus; vt ab initio chorus fuit, paulatimq. personarũ numero in quinq. actus processit: ita paulatim velut attrito, atq. extenuato choro ad nouã comœdiã sic peruenit, vt in eã nõ modò nõ indicatur choros: sed ne locus quidẽ vllus iam relinquatur choro. Nam postquã otioso tempore fastidiosor spectator effectus, tunc cũ ad cãtores ab actorib. fabula trãsibat consurgere, & abire cœpisset, admonuit poetas primò quidẽ choros pretermittere, locum eius relinquentes, vt Menãder fecit, hac, de causa, non, vt alij existimant, alia. postremò ne locum quidem reliquerunt: quod Latini fecerunt Comici: vnde apud illos dirimere actus quinque par itos difficile est. tum ẽt Greci prologos nõ habent more nostrorũ, quos Latini habent, deinde θεοὺς ἀπὸ μηχανῆς, id est Deos argumẽtis narãdis machinatos, cæteri Latini, instar Græcorũ habet, Terẽtius nõ habet, ad hoc, προτατικὰ πρόσωπα, id est, personas extra argumentum accersitas, non facilè cæteri habent: quib. Terẽtius sæpe vtitur, vt per harũ inductiones facilè pateat argumentum. Veteres, etsi ipsi quoque in metris negligentius egerunt iambici versus duntaxat in secundo & quarto loco; tamen a Terentio vincuntur resolutione huius metri, quantum potest comminuti ad imaginem prosæ orationis, Tum personarũ leges circa habitum, ætatem, officium, partes agendi: nemo diligentius Terentio custodiuit. Quinetiam solus ausus est, in fictis argumentis, fidem

dem

dem veritatis assequeretur, etiam contra præscripta comica meretrices interdum non malas introducere; quibus tamen, cur bonę sint, & voluptas per ipsum, & caussa non desit. Hæc cum artificiosissima Terentius fecerit, tum illud est admirandum, quòd, & morem retinuit, vt comoediam scriberet, & temperauit affectum, ne in tragoediam transiliret. quod cum alijs rebus minimè obtentum, & à Plauto, & ab Afranio, & Accio & multis ferè magnis Comicis inuenimus. illud quoque inter Terentianas virtutes mirabile, quod eius fabulæ eo sunt temperamento, vt neque extumescant ad tragicam celsitudinē neque abijciantur ad histrionicā. Adde, quòd nihil abstrusum ab eo ponitur, aut quod ab historicis requirendum sit, quod sæpius Platus facit, & eò est obscurior in pluribus locis. Adde, quòd argumēti, ac styli ita atentè memor est vt nusquam non cauerit, aut curanerit. ea, que obesse potuerunt, tum quòd media primis, atque postremis ita nexuit, vt nihil additum alteri, sed aptum & ex se totum, & vno corpore videatur esse compositum, illud quoque mirabile in eo; primo, quod non ita miscet personas quattuor, vt obscura sit earū distinctio: & item, quòd nihil ad populum facit actorem velut ex tragœdia loqui, quod vitium Plauti frequentissimū est. illud etiā inter cætera eius laudes dignū videtur, quod locupletiora argumenta, ex duplicib. negotijs delegerit ad scribendum. Nā excepta Hecyrra in qua scribit Pāphili amorem, cæteræ quique binos adolescentulos habent. Illud verò tenendum est, post νέαν κωμῳδίαν. Latinos multa fabularum genera protulisse, vt Togatas, à scenicis, atque argumentis latinis; Prętextatas, ab dignitate personarum & latina historia; Attellanas a ci

B iuta-

uitate Cāpaniæ, vbi actitatæ sunt plurimæ, Rhyntonicas, ab actoris nomine, Tabernarias, ab humilitate argumenti, & styli; Mimos, ab diuturna imitatione uiliū rerum, & leuium personarum. Inter tragœdiam autem, & comediā cùm multa. tum in primis hoc distat, quòd in comœdia mediocres fortune hoīum, parui impetus, periculaq. lætiq. sunt. exitus actionum. At in tragœdia omnia contraria, ingentes personæ, magni timores exitus funesti habentur: Et illic turbulenta prima, trāquilla vltima. In tragœdia contrario ordine res aguntur: tū quod in tragœdia fugienda vita, in cœmedia capessenda exprimitur. Postremo quòd omnis comoedia de fictis est argumentis, tragoedia sæpe de historica fide petitur. Latinæ fabulæ primo à Liuio Andronico scriptæ sunt ad cunctas res, etiam tum recentius idem poeta, et actor fabularum suarum fuisset. Comoediæ autem aut motoriæ sunt aut statariæ aut mixtæ. Motoriæ, turbulentæ, statariæ quietiores, mixtæ, ex vtroque actu consistentes Comœdia per quattuor partes diuiditur, prologum, protasin, epitasin, catastrophen. Prologus, est uelut præfatio quædam fabulæ, in quo solo licet preter argumentum aliquid ad populum vel ex poetæ, vel ex ipsius fabulæ, vel ex actoris cōmodo loqui. Protasis primus est actus initiumq; drammatis. Epitasis, incrementum processusque turbarum, ac totius, vt ita dexerim, nodus erroris. Catastrophe, conuersio rerum est ad iucūdos exitus, patefacta cunctis cognitione gestorum. Comœdia est fabula diuersa institula contines, affectumq. ciuilium, ac priuatarum rerum, qua discitur, quid sit in vita vtile quid contrà euitandum banc Græci sic definiere: κωμῳδία ἐςὶν ἰδιωτικῶν, καὶ πολιτικῶν πραγμάτων ἀκίνδυνος

ϖεριχῆ. Comœdiã eſſe, Cicero ait, imitationem vitæ, ſpeculum conſuetudinis, imaginem veritatis. Comoedia autẽ a more antiquo dictæ. quia in vicis huiuſmodi carmina initio agebantur apud Græcos, vt in Italia compitalitijs ludicris admixto pronunciationis modulo: quo dum actus commutantur, populus detinebatur: aut ἀπὸ τῶν κωμῶν hoc eſt ab actu vitæ hominum, qui inuitis habitabant ob mediocritatem fortunarum, non ĩ aulis regijs, vt ſunt perſonę tragicæ. Comoedia uerò, quia poema ſub imitatione vitæ, atque ſimilitudine cõpoſitũ eſt, in geſtu & pronuntiatione coſiſtit. Comoediã apud Græcos dubiũ eſt quis inuenerit primus: apud Latinos, certum eſt, et comædiam togatam, et tragædiam primo Liuium Andronicum reperiſſe:* qui ait comoediam eſſe quotidianæ vitae ſpeculum. nec iniuria. nam vt intenti ſpeculo, veritatis lineamenta facilè per imagines colligimus, ita lectione comoediae, imitationem vitae, cõſuetudinisque nõ ægerrimè anima aduertimus. Huius aũt originis ratio ab exteris ciuitatibus, moribusq. prouenit. Athenienſes namque Atticã cuſtodiẽtes elegãtiã, cum vellent male viuentes notare, in vicos, et compita ex omnibus locis læti, alacresq. veniebant; ibiq. cum nominibus ſingulorum vitam publicabant; vnde nomen compoſitũ, vt comoedia vocaretur, hec autem carmina primitus in pratis mollibus agebantur: nec deerant premia quibus ad ſcribendum doctorum prouocarentur ingenia ſed & actoribus numera offerebantur, quò libentius iucũdo, vocis flexu ad dulcedinem commẽdationis vterentur. Caper numque pro dono his dabatur quia vitibus noxium animal habebatur, a quo etiam tragoediæ nomen exortum eſt. Nonnulli autem ex amurca olænſe

ce, quæ est humor aquatilis, tragædiam dici, vocariquẽ maluerunt. qui ludi cum per artifices in honorem Liberi patris agerentur, etiam ipsi comœdiarum, tragœdiarumq. scriptores, huius Dei velut præsens numen colere venerariq. cœperunt. Cuius rei probabilis ratio extitit: ita enim carmina incboata præferebãtur, vt per ea laudes eius, & facta gloriosa celebrari, proferrique constaret. tum paulatim fama huius artis increbuit. Thespes autem primus hæc scripta in omnium notitiam protulit postea Aeschylus secutus exemplum publicauit. de quibus ita Horatius in arte poetica loquitur;

ingnotum tragicæ genus inuenisse camœnæ
Dicitur, & plaustris vexisse poemata Thespis,
Quæ canerent, agerentq. peruncti fæcibus ora.
Post hunc personæ, pallæq. repertor honestæ
Aeschilus & modicis instrauit pulpita tignis,
Et docuit, magnumq. loqui, nitiq. cothurno.
Successit vetus his comœdia, non sine multa
Laude, sed in vitium libertas excidit, & vim
Dignam lege regi lex est accepta chorusq,
Turpiter obticuit, sublato iure nocendi,
Nil intentatum nostri liquere poetæ:
Nec minimum meruere decus vestigia Græca
Ausi deserere, & celebrare domestica facta,
Vel qui prætextas vel qui docuere togatas.

Fabula generale nomen est eius duæ primæ partes sunt tragœdia, & comœdia. Si latina argumẽtatio sit prætextata dicitur, Comœdia autem multas species habet; aut enim Palliata est, aut Togata aut Tabernaria, aut Attellana aut Mimus, aut Rhyntonica, aut Planipedia. Planipedia autẽ dicta ob humilitatẽ argumenti eius, ac vili-

ut vtilitatem actorum; qui nō cothurno aut socco vtun tur in scena, at pulpito, sed plano pede; vel ideo quod non ea negotia continet. quæ personarum in turib. aut in cœnaculis habitantiū sunt sed in plano & humili lo co. Personati primi egisse dicuntur comœdiam Cincius & Faliscus; tragœdiam Minutius, & Prothonius. Om nium autem comædiarū scripta ex quattuor rebus omnino sumuntur; nomine, loco facto, euentu, nomine, vt, Phormio, Hecyra, Gurgulio, Epidicus; loco vt Andria Leucadia, Brundisina, Facto, vt Eunuchus Asinaria, Captiui: Euentu, vt Commorientes, Crimen, Heautontimorumenos. Comediarum formæ sunt tres: Palliatæ, Græcum habitū referentes: quas nonnulli Tabernarias vocant: Togatę, iuxta formam persona rum, habitum togarum desiderantes: Attellanæ, salibus et iocis composita, quę in se non habent nisi venustam elegantiam. Comœdia autē diuiditur in quattuor partes: Prologus, Protasin, Epitasin. Catastrophen. Prologus est prima dictio, à Grecis dicta πρόλογος, id est antecedens verā fabulæ compositionem elocutio. Eius species quattuor sunt: συστατικὸς, commendaticius, quo fabula vel poeta commendatur ἀναφορικὸς, relatiuus; quo aut aduersario maledicta, aut gratiæ populo referuntur ὑποθετικὸς argumentatiuus, fabulæ argumentum exponens: μικτὸς, mixtus, omnia hęc in se continens Inter prologum & prologium. quidam hoc interesse voluerunt; quia prologus est, vbi poeta excusatur, aut fabula commendatur. Prologium autem est, cum tantum de argumento dicitur. Protasis est primus actus fabulæ, quo pars argumenti explicatur, pars reticetur ad populi expecta tionem tenendam. Epitasis inuolutio argumenti, cuius

elegantia connectitur. Catastrophe explicatio fabulæ, per quam euentus eius approbatur. In plerisque fabulis ipsarum nomina priora ponebantur, quàm poetarum in nonnullis poetarum quàm fabularum cuius moris diuersitatem antiquitas probat. nam cùm primum aliqui fabulas ederent, ipsarum nomina pronunciabantur ante, quàm poetę pronunciarentur ne aliqua inuidia à scribendo deterreri possent Cùm autem per editionem multarum poetæ iam esset auctoritas àquisita, rursus propria poetarum nomina proferebantur, vt per ipsorum vocabula fabulis attentio acquireretur. Actas diuersi ludis manifestum est inscribi. nam ludorum quatuor sunt species, quos curules ædiles munera publico curant: Megalenses, magnis dijs consecrati, quos Greci μεγάλυς θεοὺς appellant: Funebres, ad retinendum populum institutis, dum pompa funeri decreta in honorem patricij viri plene instruitur: Plebeij, qui pro salute plebis luduntur: Apollinares, Apollini consecrati In scena duæ aræ poni solebāt; dextera Liber, sinistra eius dei, cui ludi fiebant. vnde Terentius in Andria ait.

Ex ara hinc sume verbenas. multa desunt.*

hinc Vlyssem palliatum semper inducunt, siue quod aliquando insaniam simulauit, quo tempore tectum se esse voluit, ne agnitus cogeretur in bella prodire, seu ob singularem sapientiam qua tectus, munitusque plurimum socijs profuit. Huius enim virtutis, erat, animi semper decipientis ingenium, nonnulli Ithacę incolas, sicut Locros, palliatos fuisse commemorant. Achillis, & Neoptolemi personæ diademata habent, quamuis regalia sceptra numquam tenuerint. cuius argumenti probatio talis inducitur, quod nunquam cum reliqua Græciæ iuuen-

nentute ad gerenda cum Troianis bella sacramenta cõiurationis inierunt, nec vnquam sub Agamemnonis imperio fuerunt. Comicis senibus candidus vestitus induci tur, quòd is antiquissimus fuisse memoratur. Adolescentibus discolor attribuitur. seruι comici amictu exiguo conteguntur, paupertatis antiquæ gratia vel quo expeditiores agant. parasiti cum intortis palijs ueniunt. Læto vestitus candidus, ærumnoso obsoletus purpureus diuiti, pauperi phœniceus datur militi chlamys purpurea puella habitus peregrinus inducitur leno pallio varij coloris vtitur. meretrici ob auaritiam luteum datur. Syrmata dicta sunt ab eo, quòd trahuntur, quæ res obscenicam luxuriam instituta est eadem in luctuosis personis incuriam sui per negligentiam significant. Aulæa quoque in scena in terra sternuntur, quòd pictus ornatus erat ex Attalica regia Romam vsque perlatus: pro quibus si paria ætas posterior accepit. Est autem minutum velum, quod populo obsistit, dum fabularum actus commutantur. Diuerbia histriones pronunciabant. Cantica verò temperabantur modis, non à poeta sed à perito artis musicæ factus, neque enim omnia ijsdem modis in vno cantico agebantur, sed sæpe mutatis, vt significant, qui tres numeros comœdijs ponunt, qui tres continent mutatos modos cantici illius. Qui huiusmodi modos faciebant, nomen in principio fabulæ & scriptoris, & actoris superponebant. huiusmodi adeò carmina ad tibias fiebant, vt his auditis multi ex populo antè dicerent, quam fabulam acturi scenici essent, quàm omnino spectatoribus ipsis antecedens titulus pronunnunciaretur. Agebantur autem tibijs paribus, aut imparibus; & dextris, aut sinistris. dextera autem tibiæ sua gra-

 uita-

nitate seriam comœdiæ dictionem prænunciabant: sinistræ & Serrane acuminis leuitate iocũ in comœdia ostẽdebant. vbi autem dextra, & sinistra acta fabula inscribebatur, mixtim ioci & grauitates denũciabantur.

ÆLII DONATI

IN ANDRIAM TERENTII.

Præfatio.


COMOEDIA, Andria, cum palliata sit, de loco nomen accepit, & à Menandro prius, & tunc ab ipso Terentio: cui cum de Chryside loqueretur, sic ait:

Hei vereor, ne quid Andria ad portet mali

& hoc commune vocabulum est in Græca, & in Latina lingua. hæc maiori ex parte motoria est continetque actus amatorum addolescentiũ, & patrum piorum. Sunt ibi callidi serui, astutæ ancillæ, seueri senes, adolescentuli liberales, in hac primæ partes senis Simonis sunt, secundæ Daui, tertiæ Chremetis, & deinceps reliquorum. Prologus in hac acer inducitur, & in aduersarios non mediocriter exasperatur: sed tamen id subtiliter fit, vt omnia lacessitus facere videatur ac dicere. Hic protasis subtilis, epitasis tumultuosa catastrophe penè tragica: & tamen repente ex his turbis in tranquillum peruenit, hæc prima acta est ludis Megalensibus, M. Fuluio, & M. Glabrione Aedilibus curulibus. Egerut. L. Attilius, Latinus Prenestinus, & L. Ambinius Turpio: modos fecit Blaccus

(lau-

Claudij filius, tibijs paribus dextris, & sinistris. Et est tota Græca, edita M. Marcello, & C. Sulpitio Consulibus: pronunciataque est Andria Terentij, ob incognitum adhuc nomen poetæ, & minoris apud populum auctoritatis, ac meriti. Diuerbijs & canticis lepidè distincta est: & successu spectata prospero, hortamento poetæ fuit ad alias conscribendas. Initium autem προτατικὸν πρόσωπον id est aduentitiam personam recipit Sosiæ, propter euoluendam argumenti obscuritatem persona autem protatica ea intelligitur, quæ semel inducta in principio fabulæ, in nullis deinceps fabulæ partibus adhibetur. Adnotandum sanè, puellarum liberalium nullam orationem in proscenio induci in comœdia palliata, præter inuocationem Iunonis Luciæ; quæ ipsa quoque post scenam fieri solet.



EIVS

EIVSDEM ARGVMENTVM IN EANDEM.

CHREMES Atticus, pater Pasibulæ, & Philumenæ, cum ex his duabus se-Pasibulam perdidisse falsò crederet, relictam Athenis, nec visam postea multo tempore; tamquam vnicam sibi putabat Philumenam, quam Charinus adolescens Athenensis adamabat vnice, & sibi petebat vxorem sed pater eam Pamphilo cuidam Simonis filio vltro desponderat qui Pamphilus contra sororem Chrysidis, ac peregrinam tum creditam Pasibulam supra dictam, alteram Chremetis filiam, sub nomine Glycerij latenter sic amauit, vt ex ea filium suscepisset, inscio patre quare intellecta commotus Simo pater Pamphili, dum per falsas nuntias tentat animum Pamphili, multis dolis à Dauo ipse deluditur seruo, periculòque Charini, et Pamphili motus error in fabula, qui vsque ad eum finem ductus, est dum Athenas veniens Andrius quidam Crito, rem aperiat, & nodum fabulæ soluat: per quem agnita Pasibula recipitur a parentibus, & traditur Pamphilo amanti: Philumena verò Charino desponde tur, & traditur exoptanti. Perspecto argumento scire debemus hanc esse virtutem poeticam, vt a nouissimis argumenti rebus: incipiens, initium fabulæ, et origi nem

nem narratiue reddat spectatoribus, auctoremque præsentem sibi exhibeat, vbi finis est fabulæ hunc enim ordinem, & circulum poeticæ artis, vel virtutis non modò secuti sunt tragici, comicique auctores, sed Homeus etiam, et Virgilius tenuerunt. Diuisionem actuum iam latinis fabulis internoscere difficile est causam iam dudum demonstrauimus. vnde autem, aut quomodo quamuis ægre, tamen intelligi, distinguiq; possint, est operæ pretium dicere. Principio dicendum est, nullam personam egreßam quinquies vltra exire posse; sed illa re plerunque decipimur, quòd personam cum tacuerit, egressam falsò putamus quæ nihilominus in proscenio tacens loquendi tempus expectat. est igitur attentè animaduertendum, ubi, & quando scena vacua sit ab omnibus personis, vt in ea chorus, vel tibicen audiri possit, quod cum viderimus, ibi actum esse finitum debemus agnoscere. Confundit sæpe lectorem id quod persona in superiori scena desinens, & in proxima incipiens loqui, non intelligitur ingressa: quod ipsum experientes statim diiudicant de rerum, ac temporum quãtitate, potest enim fieri, vt et ingreßa sit ac egressa, quam prauè credimus de proscenio non recessiße. posse autem quinto egredi personam, non, & neceße esse dicimus, vt appareat vltra exire non posse; in tragœdia parcius exire, & solere pariter, & licere. Primus actus in Andria narrationem Simonis apud Sosiam continet argumenti: quod populus hac occasione perdiscit: mox querelam apud se Daui de domino, & eisdem cum domino verba, & rursus eiusdem serui deliberationem quid rerum gerat. Secundi actus hæc sunt: Charini verba, primo cum Byrrhia seruo, & post cum ipso Pamphilo de nuptijs: Pamphili

li sermo cum patre dolo cōsentientis in nuptias: Birrhiæ verba: Daui callida oratio aduersum senē. Tertio actui hæc attribuuntur: Mysidis cum obstetrice colloquium Dauo, ac Simone audientibus: partus Glycerij suspectus seni, & Dauid apud eum fraudulenta sermocinatio: Simonis verba cum chremete de nuptijs; Daui perturbatio, a c Pamphili. Quartum actum per hæc intelligimus primi Charini verba, sunt, indignantis uelut fidem sibi non seruatam a Pamphilo: tum Mysidis verba apud Pampilum, eisdemq; quæstus: Daui administratio doli aduersus Cremetem. In quinto actu Simonis, & Chremetis propè iurgium, disputatio, tum detectio fallaciarum Daui: tum indignatio patris aduersus filium: tum Critonis interuentus, & per eum cognitis rebus, in tranquillum res acta, ducentibus vxores, quas concupiuerant, Pamphilo, & Charino Illud non commouere nos debet, quòd in horum actuum distinctione vidētur de prosenio non discessisse personæ quædam, sed tenere debemus, ideo Terentium vicinitatis mentionem fecisse in principio, vt modico receptu & adesse, & abesse personam inteligamus, nihil ergo secus factum est ab antiquis, qui ad hunc modum Terentianas fabulas, diuiserunt.

VOL-

VOLCATII SEDIGITI
DE COMICIS LATINIS
IAMBI.

MVLTOS incertos certare hanc rem vidimus
Palmam poetæ comico cui ferant.
Eum, iudice me errorem dissoluam tibi:
Vt, contrà si quis sentiat, nil sentiat.
Cæcilio palmam statuo de comico.
Plautus secundus facile exuperat ceteros.
Dein Næuius qui feruet, pretio in tertio est.
Si quid quarto detur, dabitur Licinio.
Post insequi Licinium facio Attilium
In sexto consequetur hos Terentius.
Turpilius septimum, Trabea octauum obtinet.
Nono loco esse facilè facio Luscium:
Antiquitatis causa, decimum addo Ennium.

De iisdem Varronis iudicium.
Citat Nonius.

In argumentis Cæcilius poscit palmam, in ethesi.
Terentius, in sermonibus Plautus.


Ex eiusdem libro 5. de latino sermone.
Citat Sosipater,

Ηθη nulli alij seruare conuenit, quàm Titinio, &
Terentio: πάθη verò Trabea, Attilius, Cæcilius facile mouerant.

PER-

PERSONAE.

Simo	ſenex,
Soſia	ſeruus,
Dauus	ſeruus,
Myſis	ancilla,
Pamphilus	adoleſcens,
Charinus	adoleſcens.
Byrrhia	ſeruus,
Lesbia	oſtetrix,
Glycerium	Chremetis filia,
Chremes	ſedex,
Crito	hoſpes,
Dromo	ſeruus,



C. SVLPICII APOLLINARIS

PERIOCHA.

SORORE M falsò creditam meretriculæ,
Genere Andriæ, Glycerium vitiat Pamphilus.
Grauidaque facta, dat fidem vxorem sibi
Fore hanc: nam aliam pater ei desponderat,
Gnatam Chremetis: atque vt amorem comperit.
Simulad futuras nuptias, cupiens, suus
Quid haberet animis filius, cognoscere.
Daui suasu non repugnat Pamphilus.
Sed ex Glycerio natum vt vidit puerulum
Chremes, recusat nuptias, generum abdicat:
Mox filiam Glycerium insperatò agnitam,
Dat Panphilo hanc, aliam Charino coniugem.

Acta Ludis Megalensibus M. Fuluio, & M. Glabrione Aedilibus Curulibus egerunt L. Ambiuius Turdio, L. Attilius Prænestinus. Modos fecit Flaccus Glaudij Filius, Tibijs Paribus Dextris, & Sinistris, & est tota, Græca, edita M. Marcello, Cn. Sulpitio Coss.

PROLOGVS.

POETA cum primũ animum adscribendum appulit,
Id sibi negotij credidit solum dari,
Populo vt placerent, quas fecisset fabulas.
Verum aliter euenire multo inttellegit:
Nam in prologis scribundis operam abutitur,
Non qui argumentum narrat, sed qui maleuoli

Veteris

Veteris poetæ maledictis respondeat.
Nunc quam rem vitio dent, quæso animum aduortite:
Menander fecit Andriam, & Perinthiam.
Qui vtramus recte norit, ambas nouerit:
Non ita sunt dissimili argumento, sed tamen
Dissimili oratione sunt factæ ac stylo.
Quæ conuenere, in Andriam ex Perinthia
Fatetur transtulisse, atque vsum pro suis.
Isti id vituperant factum, atque in eo disputant,
Contaminari non decere fabulas.
Faciunt næ intelligendo, vt nihil intellegant
Qui cum hunc accusant, Neuium, Platum, Ennium
Accusant; quos hic noster auctores habet:
Quorum æmulari exoptat negligentiam
Potius, quam istorum obscuram diligentiam.
Dehinc vt quiescant, porrò, moneo; & desiant.
Maledicere, male facta ne noscant sua.
Fauete, adeste æquo animo, & rem cognoscite,
Vt pernoscatis, ecquid spei sit reliquum,
Post hac quas faciet de integro comœdias,
Spectandæ, an exigendæ sint vobis prius.

Odiosum sane genus hominum
officia exprobrantium que meminisse
debet is in quem collocata sunt non
qui contulit.

ACVS

ACTVS PRIMI, SCENA PRIMA

Simo, Sosia.

SI. VOS ist hæc intro afferte: habite. Sosia
Ades dũ: paucis te uolo. SO.*dictum puta.*
Nempe ut curentur rectè hæc. SI. *immo aliud.*
SO.*quid est,*
Quod tibi ars efficere hoc possit amplius?
SI. *Nihil isthac opus est arte ad hanc rem quã paro.*
Sed ijs, quas semper in te intellexi sitas,
Fide, & taciturnitate. SO.*expecto, quid uelis.*
SI. *Ego postquam te emi à paruulo, ut semper tibi*
Apud me iusta, & clemens fuerit seruitus,
Scis, feci, è seruo ut esses libertus mihi,
Propterea quod seruiebas liberaliter,
Quod habui summum pretium persolui tibi. (deo,
SO.*In memoria habeo.* SI.*haud muto factum.* SO.*gau*
Si tibi quid feci, aut facio, quod placeat Simo: &
Id gratum fuisse aduersum te, habeo gratiam.
Sed mihi hoc molestũ, est: nam isthæc cõmemoratio
Quasi exprobatio est immemoris beneficij
Quin tu vno verbo dic, quid est quod me velis.
SI. *Ita faciam hoc primum in hac re prædico tibi:*
Quas credis esse has, non sunt veræ nuptiæ.
SO.*Cur simulas igitur.* SI.*rem oẽm a principio audies.*
Ex pacto, & gnati vitam, & consilium meum
Cognosces, & quid facere in hac re te velim.
Nam is postquam excessit ex ephebis Sosia,
Liberius viuendi fuit potestas. nam antea
Qui scire posses, aut ingenium noscere,

Dum ætas, metus, magister prohibebãt? SO. ita est.
SI. Quod plerique omnes faciunt adolescentuli,
Vt animum ad aliquod studiũ adiũgant, aut equos
Alere, aut canes ad venandũ, aut ad philosophos:
Horum ille nihil egregiè, præter cætera,
Studebat, & tamen omnia hæc modiocriter.
Gaudebam. SO. non iniuria: nam id arbitror.
Adprimè ĩ vita esse vtile, vt NE QVID NIMIS.
SI. Sic vita erat: facilè omneis perferre, ac pati;
Cum quibus erat, cunque vna, ijs sese dedere,
Eorum obsequi studij, aduersus nemini;
Nunquam præponens se alijs. ita facillime.
Sine inuidia inuenias laudem, & amicos pares.
SO. Sapienter vitam instituit. namque hoc tempore;

OBSEQVIVM AMICOS.
VERITAS ODIVM PARIT.

SI. Interea mulier quædam abhinc triennim
Ex Andro commigrauit huic vicinæ,
Inopia, & cognatorum negligentia
Coacta, & egregia forma, atque ętate integra.
SO. Hei vereor, ne quid Andria apportet mali.
SI. Primum hæc pudice vitam, parcè, ac duriter.
Agebat, lana, ac tela victum quæritans.
Sed postquam amans acessit, pretium pollicens.
Vnus, & item alter; ITA vt ingenium est omniũ
Hominum a labore procliue adlubidinem;
Accepit conditionem, de in questum accipit
Qui tum illam amabant, forte, ita vt fit filium
Perduxere illuc secum, vt vnà esset meum.
Ego met continuò mecum: certè captus est:
Habet

Habet. obseruabam manè illorum seruulos.
Venienteis, aut abeunteis. rogitabam Heus puer,
Dic sodes, quis heri Chrysidem habuit? nam Andria
Illi id erat nomē. SO. teneo. SI. Phædrum aut Cliniam
Dicebant, aut Niceratum. (nam hi tres tum simul
Amabant. (Eho, quid Pamphilus? quid? symbolum
Dedit, cœnaui. Gaudebam. Item alio die
Quærebam, comperiebam nihil ad Pamphilum.
Quidquam attinere, enimuero spectatum satis.
Putabam, & magnum exemplum continentiæ:
Nam qui cum ingenijs conflictatur eiusmodi,
Neque commouetur animus in ea rè tamen,
Scias posse habere iam ipsum suæ vitæ modum.
Cum id mihi placebat, tum vno ore omnes omnia
Bona dicere, & laudare fortunas meas,
Qui gnatum haberem tali ingenio præditum.
Quid uerbis opus est? hac fama impulsus Chremes
Vltro ad me venit, vnicam gnatam suam
Cum dote summa filio vxorem vt daret.
Placuit, despondi, hic nuptijs dictus est dies.
SO. Quid obstat, cur non veræ fiant? SI. audies.
Ferè in diebus paucis, quibus hæc acta sunt,
Crysis vicina hæc moritur. SO. o factum bene,
Beasti; metui a Cryside. SI. ibi tum filius
Cum illis, qui amabāt Chrysidem, vnà aderat frequens:
Curabat vna funus, tristi interim,
Nonnunquam conlacrumabat, placuit tum id mihi.
Sic cogitabam, hic paruæ consuetudinis
Causa mortem huius tam fert familiariter:
Quid si ipse amasset? quid mihi hic faciet patris?
Hec ego putabam esse omnia humani ingeni,
Mansuetiq. animi officia. quid multis, moror?

Egomet quoque eius causa in funus prodeo,
Nihil suspicans etiam mali. SO.*hē quid est?* SI.*scies.*
Effertur: imus, intereà inter mulieres.
Quæ ibi aderant, fortè vnam aspicio adolescentulam.
Forma. SO.*bona fortasse?* SI.*& vultu Sosia*
Adeò modesto, adeò venusto, vt nihil supra.
Quia cum mihi lamentari præter cæteras.
Visa est, & quia erat forma præter cæteras.
Honesta, & liberali; accedo ad pedißequas;
Quæ sit; rogo sororem esse aiunt Chrysidis.
Percul sit illico animum at hoc illud est,
Hinc illæ lachrymę, hæc illa est misericordia.
SO.*Quàm timeo, quorsum euadas.* SI.*funus interim.*
Procedit. sequimur. ad sepulcrum venimus.
In ignem posita est; fletur. intereà hæc soror,
Quam dixi, ad flammam accessit imprudentius,
Satis cum periculo. ibi tum examinatus Pamphilus
Bene dissimulatum amorem, & celatum indicat.
Accurrit; mediam mulierem complectitur;
Mea Glycerium, inquit, quid agis? cur te is perditū?
Tum illa (vt consuetum facile amorem cernere)
Reiecit se in eum, flens quàm familiariter.
SO.*Quid ais?* SI.*redeo inde iratus, atque ægrè ferens,*
Nec satis ab obiurgandum causæ diceret,
Quid feci? quid commerui, aut peccaui pater?
Quę sese voluit in ignem iniicere, prohibui:
Seruaui. honesta oratio est SO.*rectè putas?*
Nam si illum obiurges, vitæ qui auxillium tullit
Quid facias illi, qui dederit damnum, aut malum?
SI.*Venit Chremes, postridie ad me clamitans*
Indignum facinus, comperiße Pamphilum
Pro vxore habere hanc peregrinam. ego illud sedu;
Nega-

Negare factum ille instat factum denique
Ita tum discedo ab illo, vt qui se filiam
Neget daturum. SO. non tu ibi gnatum? SI. ne hæc quidem.
Satis vehemēs causa ad obiurgandum. SO. qui, cedo?
SI. Tute ipse his rebus finem præscripsi pater.
Propè ad est, cum alieno more viuendum est mihi.
Sine nunc meo me viuere interea modo.
SO. Quis igitur relictus est obiurgandi locus?
SI. Si propter amorem vxorem nolit ducere;
Ea primum ab illo animaduertenda iniuria est.
Et nunc id operam do, vt per falsas nuptias.
Vera obiurgandi causa sit, sit deneget;
Simul sceleratus Dauus, si quid consili.
Habet, vt consumat nunc, cum nihil obsint doli.
Quem ego credo manibus, pedibusq. obnixe omnia
Facturum, magis id adeò, mihi vt incommodet,
Quā vt obsequatur gnato. SO. qua propter? SI. rogas?
MALA mes, malus aīus: quem quidem ego si sensero
Sed quid opus est verbis? sin euenint, quod volo,
In Pamphilo vt nil sit moræ, restat Chremes,
Quid mihi exorandus est, & spero confore.
Nunc tuum est officiū, has bene vt adsimules nuptias.
Perterre facias Dauum, obserues filium.
Quid agat, quid cum illo consilij captet. SO. sat est
Curabo; eamus iam nunc intro. SI. Ipsæ sequatur.
Num dubium est, quin vxorem nolit filius
Ita Dauum modo timere sensi, vbi nuptias.
Futuras esse audiuit, sed ipse exit foras.

ACTVS PRIMI, SCENA II.

Dauus, Simo.

D. MIRABAR hoc si sic abiret, & heri semper lenitas,
Verebar, quorsum euaderet.
Qui postquam audierat non datum iri filio vxorem suo,
Nunquam cuiquam nostrum verbũ fecit, neque id ægrè tulit.
S. At nũc faciet, neq; vt opinor, sine tuo magno malo
D. Id voluit nos sic nec opinanteis duci falso gaudio,
Speranteis iam amato motu, interea oscitantes opprimi.
Vt nè esse spatiũ cogitandi ad disturbandas nuptias
Astutè. S. carnufex quæ loquitur? D. herus est, neq. prævideram.
S. Daue. D. hem, quid est? S. ehodum ad me. D. quid hic volt? S. quid ais? D. qua de re? S. rogas?
Meum gnatum rumor est amare. D. id populus curat scilicet.
S. Hoccine agis, an non? D. ego verò ist huc. S. sed nunc ea me exquirere,
Iniqui patris est: nam, quod ante hac fecit nihil ad me attinet.
Dum tempus ad eam rem tulit, sini animum vt expleret suum:
Tũc hæc dies aliam vitam adfert, alios mores postulat.
Dehinc postulo, siue æquum est te oro Daue, vt redeat iam in viam.
D. Hoc quid sit. S. omnes qui amant, grauiter sibi dari vxorem ferunt.

D. Ita

D.Ita aiunt.S.tum siquis magistrum cepit ad eam rem improbum,
Ipsum animum ægrotum ad deteriorem partem plerunque applicat.
D.Non hercle intelligo.S.non?hem.D.non:
DAVVS sum,non Oedipus.
S.Nempè ergo aperte vis,quæ restant,me loqui.D.sane quidem.
S.Si sensero hodie quidam in his te nuptijs
Fallaciæ conari,quò fiant minus:
Aut velle in ea re ostendere quàm sis callidus.
Verberibus cæsum te in pistrinum, Daue dedam vsque ad necem,
Ea lege,atque omine,vt,si te,inde exemerim,ego pro te molam.
Quid hoc?intellextin'?an nondum etiam ne hoc quidem?
D.immo callide.
Ita aperte ipsam rem modo locutum:nihil circuitiõne vsus es.
S.Vbi uis,facilius passus sim,quàm in hac re,me deludier.
D.Bona verba quæso.S. irrides? nihil me fallit.sed dico tibi,
Ne temere facias, neque tu hoc dicas tibi non prædictum:caue.

ACTVS PRIMI SCENA III.

Dauus.

ENIN VERO *Daue nihil loci est segnitiæ, neque socordiæ*
Quantum intellexi modò senis sententiam de nuptijs;

Quæ si non actu prouidentur, me aut herum, pessundabunt
Nec, quid agam, certum est; Pamphilum ne adiutem, an asultem seni.
Si illum relinquo, eius vitæ timeo, sim opitulor, huius minis.
Cui verba dare difficile est. primum iam de amore hoc comperit.
Me infensus seruat, ne quam faciem in nuptijs fallaciam
Si senserit, perij: aut si libitum fuerit causam ceperit,
Quo iure, quaq. iniuria preci pitem me in pristinum dabit.
Ad hæc mala hoc mi accedit etiam, hæc Andria,
Siue ista vxor, siue amica est grauida è Pamphilo est.
Audireq; eorum est opere pretium audaciam:
Nam inceptio est amentium, haud amantium:
Quidquid peperisset decreuerunt tollere.
Et figunt quandam inter se nunc fallaciam,
Ciuem Atticam esse hanc: fuit olim quidam senex
Mercator: nauem is fregit apud Andrum insulam;
Is obijt mortem: ibi tum hanc eiectam Chrysidis
Patrem recepisse orbam, paruam fabulæ.
Mihi quidem non hercle fit verisimile.
Atqui ipsi commentum placet,
Sed Mysis ab ea egreditur. at ego hinc me ad forum,
Vt conueniam Pamphilum, ne de hac re pater imprudentem opprimat.

ACTVS PRIMI, SCENA IIII.

Mysis.

AVDIVI *Archillis; iam dudum Lesbiam adduci iubes.*

Sanè

Sanè polilla temulenta est mulier, & temeraria,
Nec satis digna, cui commitas primo partu mulierem;
Tamen eam adducam. importunitatem spectate anicu-
læ;
Quia compotrix eius est. Dij date facultatem, obsecro,
Huic pariundi, atq; illi in alijs potius peccandi locum.
Sed quidnam Pamphilum exanimatum video? vereor,
quid sit et.
Opperiar, vt sciam, nunquid nam hæc turba tristitiæ ad-
ferat.

ACTVS PRIMI, SCENA V.

Pamphilus, Mysis.

P. HOCCINE *est humanum factum, aut ince-*
ptum? hoccine officium patris?
M. Quid illud est?
P. Pro Deum, atque hominum fidem, quid est, si non
hæc contumelia est?
Vxorem decreuit dare sese mi hodie non, ne oportuit.
Præsciße me antè? non, ne prius cõmunicatũ oportuit?
M. Miseram me, quod verbum audio? P. quid Chre-
mes? qui de negauerat.
Se commissorum mihi
Gnatam suam vxorem, mutaui id;
Quoniam me immutatum videt.
Ita ne obstinatè operam dat, vt me à Glycerio miserum
abstrahat?
Quod si fit: pereo funditus.
Adeon' hominem inuenustrum esse, aut infelicem quen
quam vt ego sum?

Pro Deum, atque hominum fidem, nullo'ego
Chremetis pacto affinitaté effugere potero? quot modis
Contemptus, spretus? facta. transacta omnia hem
Repudiatus repetor quamobrem? nisi si id est, quod suspicor;
Aliquid mõstri alunt: ea quoniã nemini obtrudi potest,
Itur ad me. M. oratio hæc me miseram exanimauit metu.
P. Nam quid ego dicam de patre? ab
Tantam'ne rè tam negligenter agere? præteriens modò
Mihi apud forum, vxor tibi ducenda est Pamphile hodie, inquit, para:
Abi domum. id mihi visus est dicere, abi citò, & suspendete.
Obstupu, censen. ullum me verbum potuisse proloqui.
Aut vllam causam, ineptam saltem, falsam, iniquam? obmutui.
Quod si egò prius id rescissem; quid facerem? si quis nunc me roget;
Aliquid fecerem, vt hoc ne facerem, sed nunc primum quid exequar;
Tot me impediunt curæ, quę meum animum diuersè trahunt;
Amor, huius misericordia, nuptiarũm sollicitatio;
Tum Patris puder, qui me tam leni passus e st animo vsque adhuc.
Quæ meo cunque animo libitum est, facere: ei ne ego vt aduorsor? hei mihi,
Incertum est, quid agam. M. misera timeo, hoc incertum quorsum accidat.
Sed nunc peropus est, aut hunc cum ipsa, aut me aliquid de illa ad aduorsum hunc loqui.

DVM

DVM in dubio est animus, paulo momento huc illuc impellitur.

P. Quis his loquitur? Mysis salue. M. o salue Pamphile, P. quid agit? M. rogas,
Laborat è dolore: atq; ex hoc misera solicita est, dié
Quia olim in hunc sunt constitutæ nuptiæ: tum autem hoc timet.
Ne diseras se. P. hem, ego'ne istuc conari queam?
Ego propter me illam decipi miseram sinam?
Quæ mihi suam animam, atque omnẽ vita credidit,
Quam ego animo egregiè corã pro vxore habuerim;
Bene, & pudice eius dictum, atq; eductum, sinam,
Coactum egẽstate ingenium immutarier?
Non faciam. M. haud vereor, si in te solo sit situm.
Sed vim vt queas ferre. P. adeo'me ignauum putas?
Adeon' porrò ingratum, aut inhumanum, aut ferũ,
Vt neque me consueto, neq; amor, neque pudor
Commoueat, neque commoneat, vt seruem fidem?
M. Vnũ hoc scio, hanc meritem esse, vt memor esses sui.
P. Memor essem? ò Mysis, Mysis, etiam nunc mihi
Scripta illa dicta sunt in animo Chrysidis.
De Glycerio. iam fermè moriens me vocat:
Accessi: vos semotę: nos soli: incipit
Mi Pamphile, huius formam, atque ætatem vides
Nec clam te est, quam illi vtræque res inutiles
Et ad pudicitiam, & tutandum ad rem fient.
Quòd ego per hanc te dextram oro, & genium tuum
Per tuam fidem, perq; huius solitudinem
Te obtestor, ne abs te hanc segreges, neu deseras;
Si te in germani fratris dilexi loco,
Siue hæc te solum semper fecit maxumi,
Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus.

Te isti virum do, amicum, tutorem patrem:
Bona nostra hæc tibi committo, & tuæ mando fideĩ
Hāc mi in manum dat mors continuò ipsam occupat
Accepi: acceptam seruabo M. ita spero quidem.
P. Sed cur tu abis ab illa? M. obstetricē accerso. P. pro-
Atque audin? verbū vnum caue de nuptijs, (pria.
Ne ad morbum hoc etiam. M. teneo.

ACTVS SECVNDI, SCENA PRIMA

Charinus, Byrrhia, Pamphylus.

C. QVID ais Byrrhia?
Datur ne illa Pamphilo hodie nuptum? B. sic est. C. qui scis Byrrhia?
B. Apud ferum modo de Dauo audiui, C. ve misero mihi.
Vt animus in spe, atque in timore vsq; ante hac attentus fuit:
Ita, post quam adempta spes est, lassus, cura confectus stupet.
B. Quæso ædepol Charine, quoniam id fieri, quod vis non potest.
Velis id quod possit, C. nihil aliud, nisi Philumenam, volo.
B. Ah, quanto satias est, id operam te dare.
Istum qui amorem ex animo amoueas quam id loqui,
Quo magis libido frustra incendatur tua.
C. FACILE omnes, cùm valemus, recta consilia agrotis damus.
Tu si hic sis, aliter sentias. B. age, age, vt lubet. C. sed Pamphilum.
Video.

Video. omnia experire certum est, prius, quàm pereo, B. quid hic agit?

C. Ipsum hunc orabo: huic supplicabo: amorem huic narrabo meum:

Credo, ĩpetrabo, vt aliquot saltẽ nuptijs, prodat dies

Interea fiat aliquid, spero. B. id aliquid nihil est. C, *Byrrhia.*

Quid tibi videtur? adeon ad eum? B. quid ni? si nihil impetres.

Vt te arbitretur sibi paratum mæchũ, si illã duxerit

C, Abi hinc, in malam crucem cum suspicione isthac, scelus.

P. Charinum video, salue. C. *o salue* Pamphile:

At te aduenio; spem, salutem, auxilium, consilium expetens.

P. *Neque pol consilij locum habeo, neque auxilij copiã.*

Sed isthuc quidnam est? C. hodie vxorem ducis? P. *Aiunt. C. Pamphile.*

Si id facis, hodie postremum me vides. P. *quid ita?* C. *hei mihi,*

Vereor dicere; huic dic quæso Byrrhia. B. ego dicam. P. *quid est?*

S. *Sponsam hic tuam amat.* P. *næ iste haud mecum sentit. chodum die mihi,*

Nunquidnam amplius tibi cum illa fuit Pharine? C. *ad Pamphile,*

Nil. P. *quàm vellem.* C. *nunc te per amicitiam, & per amorem obsecro.*

Principio, vt ne ducas. P. *dabo equidem operam.* C. *sed si id non potes.*

Aut tibi nuptiæ hæ sunt cordi. P. *cordi?* C. *saltem aliquot dies.*

Profer,

Profer, dum proficiscor aliquò, ne videam. P. Audi nunciam.
Ego Charine neutiquam officim esse liberi puto.
Cum is nil promereat, postulare id gratiæ apponi sibi.
Nuptias effugere ego istas malo quam tu adipiscier.
C. Reddidisti animam. P. nunc si quid potes aut tu, aut hic Byrrhia,
Facite, fingite, inuenite, efficite, qui detur tibi:
Ego id agam, mihi qui ne detur. C. sat habeo. P. Dauum optume.
Video, cuius consilio fretus sum. C. ac tu hercle haud quidquam mihi.
Nisi ea quæ nihil opus sunt sciri. fugin' hinc? B. ego verò ac lubens.

ACTVS SECVNDI, SCENA PRIMA.

Dauus, Charinus, Pamphilus.

D. Dî boni boni quid porro? Sed vbi inueniam Pamphilum,
Ut metum in quo nunc est, adimam, atque expleam animum gaudio.
C. Letus est, nescio quid. P. nihil est nondum hæc resciuit mala.
D. Quem ego nunc credo si, iam audierit sibi paratas nuptias.
C. Audin' tu illum? D. toto me oppido examinatum quærere.
Sed vbi quæram? aut quò nunc primum intendam? C. cessas aloqui?
D. Abeo. P. Daue ades, resiste. D. quis homo est, qui me?

meio Pamphile,

Te ipsum quæro. euge o charine : ambo oppurtune vos volo,

P. Daue, perij. D. quin tu hoc au . P. interij. D. quod timeas, scio.

C. Mea quidem hercle in dubio vita est. D. & tu quid, scio.

P. Nuptiæ mihi. D. & id scio. P. hodie. D. obtundis, tametsi intelligo.

Id paues, ne ducas tu illam, tu autem, vt ducas. C. rem tenes.

P. Isthuc ipsum. D. atqui isthuc ipsum, nil pericli est: me vide.

P. Obsecro te, quamprimum hoc me libera miserum metu, D. hem,

Libero: vxorem tibi iam non dat Chremes. B. quiscis? D. scio.

Tuus pater modò me prehendit, ait, tibi vxorem dare

Hodie, item alia multa, quę nunc non est narrandi locus.

Continuò ad te properans percurro ad forum, vt dicam tibi hæc.

Vbi te non inuenio, ibi ascendo in quendam excelsum locum,

Circumspicio, nusquam. forte ibi huius video Byrrhiam,

Rogo, negat uidisse: mihi molestū: quid agam cogito.

Redeunti interea ex ipsa remi incidit, suspicio, hem,

Paululum obsoni, ipsius tristis, de improuiso nuptiæ,

Non cohærent. P. quorsum nam; isthuc? D. egomet continuo ad Chremem.

Cum illo aduenio, solitudo ante ostium: iā id gaudeo

P. rectè dicis perge D. maneo; interea ītroire neminem

Video

Aliquam causam, quamobrem eijciat oppido. P. *eij-ciat?* D. *cito.*

P. *Cedo igitur, quid faciam Daue?* D. *dic te ducturum* P. *bem.* D. *quid est?*

P. *Ego dicam?* D. *cur non?* P. *nunquam faciã.* D. *ne nega*

P. *Suadere noli.* D. *ex ea re quid fiat, vide.*

P. *Ut ab illa excludar, huc concludar.* D. *non ita est.*

Nempe hoc sic esse opinor dicturum patrem:
Ducas volo hodie vxorem tu, ducam inquies:
Cedo quid iurgabit tecum? hic reddes omnia,
Quæ nunc sunt certa ei consilia, incerta vt sient,
Sine omni periclo: nam hocce haud dubium est, quin Chremes.
Tibi non det gnatam: nec tu ea causa minueris
Hæc quæ facis, ne is mutet suam sententiam.
Patri dic uelle: ut cũ uelit tibi iure irasci, nõ queat.
Nam quod tu speres, propulsabo facile. vxorem his moribus.
Dabit nemo. inopem inueniet potius, quàm te corrumpi sinat.
Sed si te æqua aĩo forre accipiet; negligentem feceris
Aliã otiosius queret: interea aliquid acciderit boni.

P. *Itan' credis?* D. *haud dubiũm id quidem est.* P. *uide quò me inducas.* D. *quin taces?*

P. *Dicam. puerum autem ne rescifcat mihi esse ab illa cautio est:*
Nam policitus sum suscepturum. D. *o facinus audax.* P. *hanc fidem*
Sibi me obsecrauit, qui se sciret non deserturum, ut darem.

D. *Curabitur, sed pater adest. caue, te esse tristẽ sẽtiat.*

ACTVS SECVNDI, SCENA IIII.

Simo, Dauus, Pamphilus.

S. REVISO, *quid agant, aut quid captent consili.*
Hic nunc non dubitat, quin te ducturum neges:
Venit meditatus alicunda ex solo loco,
Orationem sperat inuenisse se,
Qua differat te: proin'tu face, apud te vt sies.
P. *Modò vt possim.* D. *crede mihi hoc, inquam. Pāphile.*
Nunquam hodie tecum commutaturum partem
Vnum esse verbum, si te dices ducere.

ACTVS SECVNDI, SCENA V.

Pyrrhia, Simo, Dauus, Pamphilus,

B. HERVS *me, relictis rebus, iussit Pamphilum*
Hodie obseruare, vt quid ageret de nuptijs,
Scirem id propterea nunc hunc venientem sequor.
Ipsum adeo presto video cum Dauo. hoc agam.
S. *Vtrunque adesse video.* D. *hem serua.* S. *Pamphile.*
D. *Quasi de improuiso respice ad eum.* P. *ham pater.*
D. *Probe* S. *hodie. vxorem ducas, vt dixi, volo.*
B. *nunc nostræ parti timeo, quid hic respondeat.*
P. *Neque isthic, neque alibi tibi vsquam erit in memora.* B. *hem:*
B: *Obmutuit.* B. *quid dixit?* S. *facis, vt te decet,*
Cum isthuc, quod postulo, impetro cum gratia.
D. *Sum verus?* B. *herus, quā tum audio, vxore excidit.*
S. *Iam nunc intro, ne in mora, cum opus sit, sies.*

P. *Eo*

P. EOB. *nullane in re esse homini cuiquam fidem?*
Verum illud verbum est, volgò quod dici solet,
OMNES sibi melius malle eße, quàm alteri,
Ego illam vidi virginem: forma bona
Memini videre: quo æquior sum Pamphilo.
Sise illam in somnis quàm illum amplecti maluit.
Renunciabo, vt pro hoc mallo mihi dent malum.

ACTVS SECVNDI, SCENA VI.

Dauus, Simo.

D. HIC *nunc me credit aliquam sibi fallaciam*
Portare, & ea me hic restitisse gratia.
S. *Quid Dauus narrat?* D. *æque quid quam nunc quidẽ.*
S. *Nihilne? hem.* D. *nihil prorsus.* S. *atqui expectabam*
quidem.
D. *Præter spem euenit: sentio; hoc male habet virum.*
S. *Potin' es mihi verum dicere?* D. *nihil facilius.*
S. *Num illi molestæ quidpiam hæ sunt nuptię,*
Huiusce propter consuetudinem hospitæ?
D. *Nihil hercle: aut si adeo, bidui est, aut tridui*
Hæc solicitudo: nostin'? deinde desinet:
Etenim eam secum rem recta reputauit via.
S. *Laudo.* D. *dum licitum est illi, dumq. ætas tulit.*
Amauit: tum id clam: cauit, ne vnquam infamiæ
Ea res sibi esset, vt virum fortem decet.
Nunc vxore opus est: animum ad vxorem appulit
S. *Subtristis visus est eße aliquantulum mihi.*
D. *Nihil propter hanc rem: sed est, quod succenset tibi*
S. *Quidnam est?* D. *puerile est.* S. *quid est?* D. *nihil.*
S. *quin dic, quid est?*

D.*Ait nimium parcè facere sumptum* S.*mene*? D.*te*:
Vix inquit, drachmis obsonatus est decem:
Num filio videtur vxorem dare?
Quem, inquit, vocabo ad cœnam meorum æqualium
Potissimum nunc? et, quod dicendum hic siet,
Tu quoque perparce nimum non laudo. S.*tace.*
D.*Commoui.* S.*ego, isthæc rectè vt fiant, videro.*
Quidnam hoc rei est? quidnã hic vlt veterator sibi?
Nam si hic mali est quidquam, hem illic est huic rei caput.

ACTVS TERTII, SCENA PRIMA

Mysis Simo, Dauus Lesbia, Glycerium.

M.*Ita pol quidem res est, vt dixti Lesbia:*
Fidelem haud ferme mulieri inuenias virum.
S.*Ab Andria est ancilla hæc. quid narras?*
D.*ita est.*
M.*Sed hic Pamphilus.* S.*quid dicit?* M.*firmauit fidẽ.*
S.*hem.*
D.*Vtinam aut hic surdus aut hæc muta facta sit.*
M.*Nam quod peperisset, iussit tolli.* S.*o Iuppiter,*
Quid ego audio? actũ est, si quidem hæc vera prędicat
L.*Bonum ingenium narras adolescenti.* M *optimum.*
Sed sequere me intro, ne in mora illi sis. L.*sequor.*
D.*Quod remedium nunc huic malo ĩueniã?* S.*quid hoc?*
Adeon' est demens ex peregrina? iam scio ab
Vix tandem sensi stolidus. D.*quid hic sensisse ait?*
S.*Hæc primum adfertur iam mihi ab hoc fallacia.*
Hanc simulant parere, quo Chremeten absterreant
G.*Iuno Lucina fer opem, serua me obsecro.*

S.*Hui*

S. Hui, tam cito? rediculum: postquam ante ostium
Me audiuit stare, approperat. non sat commodè
Diuisa sunt temporibus tibi Daue hæc D. mihin?
S. Num immemor es discipuli? D. ego, quid narres, nescio.
S. Hiecine si me imparatum in veris nuptijs
Addortus esset, quos mihi ludos rederet?
Nunc huius periclo fit: ego IN PORTV nauigo.

ACTVS TERTII, SCENA II.

Lesbia, Simo, Dauus.

L. ADHVC Archillis quæ adsolent, quæq; oportet
Signa ad salutē esse, omnia huic eße video.
Nunc primum fac, isthæc vt lauet: post deinde,
Quod iussi ei dare bibere, & quantum imperaui,
Date: mox ego huc reuertar.
Pere castor, scitus puer natu'est Pamphilo.
Deos quæso, vt sit supestes: quandoquidem ipse est ingenio bono.
Cumque huic veritus est optumæ adolescenti facere iniuria.
S. Vel hoc quis non credat, qui norit te, abs te esse ortum? D. quidnam id est?
S. Non imperabat corā, quid opus facto eßet puerperæ:
Sed postquā egressa est, illis quæ sunt intus, clamat de via.
O Daue, itan' contemnor abs te? aut ita ne tandem idoneus
Tibi videor eße, quem tā apertè fallere incipias dolis
Saltem accurate, ut metui uidear, certe, si resciuerit

D. *Certe hercle nunc hic se ipsus fallit haud ego.* S. *edixin tibi.*
Interminatus sum ne faceres? num veritus? quid retulit?
Credon' tibi hoc, nunc peperisse hanc a Pamphilo?
D. *Teneo, quid erret: quid ego agam, habeo.* S. *quid taces?*
D. *Quid credas? quasi non tibi renunciata sint hæc sic fore.*
S. *Mihin' quisquam?* D. *eho, an tute intellexti hoc adsimulari?* S. *irrideor.*
D. *Renũciatum est: nã qui isthæc tibi incidit suspectio?*
S. *Qui? quia te noram.* D. *Quasi tu dicas, factum id consilio meo.*
S. *Certè enim scio.* D. *Non satis me pernosti etiam qualis sim, Simo.*
S. *Ego ne te?* D. *sed si quid narrare occœpi, continuo dari Tibi verba censes.* S. *falsò.* D. *itaque hercle nihil iam mutrire audeo.*
S. *Hoc ego scio unũ, neminẽ peperisse hic.* D. *intellextin'?*
Sed nihilo secius mox deferẽt, puerũ huc ante ostium
Id ego iã nunc tibi renuncio here futurum, ut sis sciẽs
Ne hoc posteri⁹ dicas. Daui factũ consilio, aut dolis.
Prorsus à me opinionem hãc tuã ego esse amotã volo
S. *Unde id scis?* D. *audiui, & credo. multa concurrunt simul,*
Qui coniecturam hanc nunc facio: iam primum hæc se è Pamphilo.
Grauidam dixit esse inuentum est falsum; nunc post quam videt.
Nuptias domi apparari, missa est ancilla illicò
Obstetricem accersitum ad eam, & puerum ad adferret simul.

Hoc

Hoc nisi sit, puerũ vt tu videas, nihil mouentur, nu-
S.Quid ais? cum intellexeras. *(ptiæ.*
Id consilij capere, cur non dixti ex templo Pãphilo?
D.Quis igitur eum ab illa abstraxit, nisi ego? nam omnes nos quidem
Scimus, quàm miserè hanc amarit: nunc sibi vxorem expetit.
Postremò id mihi da negoti. tu tñ idem has nuptias
Perge facere ita, vt facis: etiam spero adiuturos deos
S.Immo abi intro. ibi me opperire, & quod parato opus est, para.
Non impulit me, hæc nunc omnino vt crederem.
Atque haud scio, an, quæ dixit sint vera omnia:
Sed paruipendo. illud mihi multo maximum est,
Quod mihi pollicitus est ipsus gnatus. nunc Chremẽ
Conueniam, orabo gnato vxorem, si impetro,
Quid aliàs malim, quam hodie has fieri nuptias?
Nam gnatus quod pollicitus est, haud dubiũ est mihi
Si nolit, quin eum meritò possim cogere.
Atque adeo in tempore eccum ipsum obuiã Chremẽ.

ACTVS TERTII, SCENA III.

Simo. Chremes.

S.IEBEO *Shremetem. C.oh, te ipsum quærebam.*
S.& ego te. C.optato aduenis
Aliquot me adiere, ex te auditum qui aiebant, hodie filiam.
Meã nubere tuo gnato: id viso, tu ne, an illis ĩseniant
S.Ausculta paucis: & quid ego te velim, & tu quod quæris, scies.

C. *Ausculto: loquere; quid velis.*
S. *Per ego te Deos oro, & nostram amicitiam Chreme,*
Quæ incepta a paruis cum ætate accreuit simul.
Perque vnicam gnatam tuam, & gnatum meum,
Cuius tibi potestas summa seruandi datur;
Vt me adiuues in hac re, atque ita vti nuptiæ
Fuerant futuræ fiant. C. *ah ne me obsecra:*
Quasi hoc te orando a me impetrare oporteat.
Alium esse censes, nunc me, atque olim, cum dabam?
Si in rem est vtrique, vt fiant, accersi iube.
Sed si ex ea re plus mali est, quam commodi.
Vtrique; id oro, te in commune, vt consulas,
Quasi illa tua sit, Pamphiliq; ego sim pater.
S. *Immo ita volo, itaque postulo vt fiat, Chreme:*
Neque postulem abs te nisi ipsa res moneat. CH. *quid est?*
S. *Iræ sunt inter Glycerium, & gnatum.* C. *audio.*
S. *Ita magnæ, vt sperem posse auelli.* C. *fabulæ.*
S. *Profecto sic est.* C. *sic. hercle, vt dicam tibi:*
AMANTIVM *iræ, amoris redintegratio est.*
S. *Hem id te oro, vt ante eamus, dum tempus datur.*
Dumq. eius libido occulsa est contumelijs.
Prius quam harum scelera, & lacrimæ confictæ dolis
Reducant animum ægrotum ad misericordiam,
Vxorem demus spero consuetudine, &
Coniugio liberali deuictum chreme,
Dehinc se facile ex illis sese emersorum malis.
C. *Tibi ita videtur at ego non posse arbitror*
Neque illum hanc perpetuo habere, neq; me perpeti.
S. *Qui scis ergo isthuc, nisi periculum feceris?*
C. *At isthuc periculum in filia fieri graue est.*
S. *Nempe incommoditas denique huc omnis redit;*

Si eueniat, quod dij prohibeant discessio.
At si corrigitur, quot commoditates, vide.
Principo amico filium restitueris.
Tibi generum firmum & filiæ inuenies virum.
C. *Quid istuc? si istbuc animum induxti esse utile.*
Nolo tibi vllum commodum in me claudier.
S. *Meritò te semper maxumi feci Chreme.*
C. *Sed quid ais? S. quid? C. qui scis eos nunc discordare inter se.*
S. *Ipsus mihi Dauos, qui intimus est eorũ cõsilijs, dixit:*
Et is mihi suadet, nuptias, quantum queã, vt matrem.
Num censes faceret, filiũ nisi sciret eadẽ hæc velle?
Tute adeo iam eius audies verba. heus euocate huc Dauom.
Sed eccum video ipsum foras exire.

ACTVS TERTII, SCENA IV.

Dauus, Simo, Chremes.

D. *AD te ibam. S. quidnam est?*
D. *Cur non accersitur? iam aduesperascit.*
S. *audin' tu illum?*
Ego dudum nonnil veritus sum Daue abs te, ne faceres idem,
Quod voltus seruorum solet, dolis vt me deluderes,
Propterea quod amat filius. D. egon' istbuc facere?
S. *credidi.*
Idq. adeo metuens vos celaui, quod nunc dicam. D. quid? S. scies.
Nam propemodum habeo iam tibi fidem. D. tandem agnosti, qui siem.
S. *Non fuerant nuptiæ futuræ. D. quid non? S. Sed ea*

ea gratia.

Simulaui, vos vt pertentarem. D. *quid ais ?* S. *sic est res.* D. *vide.*

Nunquam quiui ego i stbuc intelligere, vab consilium callidum.

S. *Hoc audi, vt hinc te iussi intro ire, opportune hic fit mihi obuiam.*

D. *Heu, nummam perijmus ?* S. *narro, quæ tu dudum narrasti mihi.*

D. *Quidnam audio ?* S. *gnatam vt det oro, vixiq. id exoro.* D. *occidi.*

S. *Hem, quid dixti ?* D. *optime, inquam factum,* S. *nunc per hunc nulla est mora.*

C. *Domum modò cibo, vt apparentur, dicam, atq. huc renuncio.*

S. *Nunc te oro, Daue, quoniã solus mihi. effecisti has nuptias.*

D. *Ego vero sol⁹.* S. *corrigere mihi gnatũ porrò enitere,*

D. *Taciam hercle sedulò.* S. *potes nunc, dum animus irritatus est.*

D. *Quiescas.* S. *age igitur: vbi nunc est ipsus ?* D. *mirum, ne domi est.*

S. *Ibi ad eum, ateque eadem hæc, quæ tibi dixi, dicam itidem illi.* D *nullus sum.*

Quid causæ est, quin hinc in pistrinum recta profici scar via ?

Nibil est preci loci relictum: iam pertubaui omnia,

Herum fefelli: in nuptias conieci berilem filium:

Feci hodie, ut fierent, insperante hoc, atque inuitio Pamphilo.

Hem astutias, quod si quiesse͂, nihil euenisset mali.

Sed eccum ipsum video: occidi:

Vti-

Vtinam mihi esse aliquid hic, quò nunc me præcipitem darem.

ACTVS TERTII, SCENA V.

Pamphilus, Dauus.

P. VBI *illic scelus est, qui me perdidit?* D. *perij* P. *atque hoc confiteor.*
Iure obtigisse, quandoquidem tam iners, tam nulli consilij
Sum. seruon' fortunas meas me commisisse futili?
Ergo preteritum ab stultitiam fero. sed inultum id nunquam a me auferet.
D. *Posthac incolumen sat scio fore me, nunc si euito hoc malum.*
P. *Sed quid ego nunc dicam patri? negabon' velle me, modò*
Qui sum pollicitus ducere? qua fiducia id facere audeam
Nec, quid me nunc faciam, scio. D. *nec de me equidem, atque id ago sedulo.*
Dicam aliquid iam inuenturum, vt huic malo alliquam producam moram. P. *ob.*
D. *Visus sum.* P. *ehodum bone vir, quid ais? viden' me consilijs tuis.*
Miserum impeditum esse? D. *at iam expediam.*
P. *expedies?* D. *certe Pamphile.*
P. *Nempe, vt modò.* D. *immò melius, spero.* P. *oh, tibi ego vt credam furcifer?*
Tu rem impeditam, & perditam restituas? hem quo fretus sim,

Qui

Qui me hodie ex tranquillissima re coniecisti in nuptias.
An non dixi hoc esse futurum? D. *dixit*, P. *quid meritus es?* D. *crucem.*
Sed paululum sine ad me vt redeam: iam aliquid dispiciam. P. *hei mihi,*
Cur nō habeo spatium, vt de te summam suppliciū, vti volo:
Namque hocce tempus, praecauere mihi me, haud te vlcisci.

ACTVS QVARTI, SCENA PRIMA.

Charinus, Pamphilus, Dauus.

HOCCINE *credibile est, aut memorabile;*
Tanta vecordia innata cuiquam vt siet,
Vt malis gaudeat alienis, atque ex incommodis
Alterius, sua vt comparet commoda? ah.
Id ne est verum? immo id genus est hominū pessimū
In degnando modo queis pudor est paululum:
Post vbi iam tempus est promissa perfici.
Tum coacti necessario se aperiunt, & timent,
Et tamen res cogis eos denegare. ibi
Tum impudentissima eorum oratio est:
Quis tu es? qui mihi es? cur meam tibi? heus.
Proxumus sū egomet mihi. attamen, vbi fides est?
Si roges, nihil pudet. hic, vbi opus est.
Non verentur, illic, vbi nihil opus est, ibi, verentur.
Sed quid agam? adeam ne ad eum, & cum eo iniuriam hanc expostulem?
Mala ingeram multa. atque aliquis dicat, nihil

pro-

promoueris.

Multum, molestus vertè ei fuero atque animo morem gessero.

P. *Charine, & me & in te imprudens, nisi quid dij respiciunt, perdidi.*

C. *Ita, ne imprudens? tandem inuenta est causa; soluisti fidem.*

P. *Quid tandam? C. etiam nunc me seducere istis dictis postulas?*

P. *Quid isthuc est; C. postquam me amare dixi complacita est tibi.*

Heu me miserum, qui tuum animum ex animo spectaui meo.

P. *Pulsus es. C. non tibi satis esse hoc visum solidum est gaudium,*

Nisi me lactaßes amantem, et falsa spe produceres?

Habeas. P. habeam? ah nescis, quantis in malis uerser miser.

Quãtasq. hic suis consilijs mihi confecit solicitudines

Meus carnufex. C. quid isthuc tam mirũ est? de te exemplum capit.

P. *Haud istud dicas, si cognoris vel me, uel amorẽ meũ*

C. *Scio, cum patre altercasti dudum, & is nunc propterea tibi*

Succenset, nec te quiuit hodie cogere, illã vt duceres

P. *Immo etiam, quo tu minus scis ærumnas meas,*

Hæ nuptiæ non apparabantur mihi,

Nec postulabat nunc quisquam vxorem dare.

C. *Scio: coactus tua voluntate es. P. mane,*

Nondum scis. C. scio quidem illam ducturũ esse te.

P. *Cur me enecas? hoc audi. nunquam destitit*

Instare, vt dicerem esse ducturum patri;

Sua-

Suadere orare, vsque apeò, donec perpulit.
C.*Quis homo isthuc?* P.*Dauos.* C.*Dauos?* P.*Dauos oĩa*
C.*Quamobrem?* P.*nescio. nisi mihi deos satis*
Sctio fuisse iratos, qui auscultauerim.
C.*Factũ est hoc Daue?* D.*factũ est.* C.*hẽ, q̃d ais scelus?*
At tibi dij dignum factis exitium dent.
Eho, dic mihi si omnes hunc coniectum in nuptias
Inimici vellent, quod, ni hoc, consilium darent?
D.*Deceptus sum at con defatigatus.* C.*scio.*
D.*Hac non successit, alia aggrediemur via:*
Nisi id putas, quia primò processit parum,
Non posse iam ad salutem conuerti hoc malum.
P.*Immo etiam: nam satis credo, si aduigilaueris,*
Ex vnis geminas, conficies nuptias.
D.*ego Pamphile hoc tibi pro seruitio debeo,*
Conari manibus, pedibus, nocteisq. & dies
Capitis periculum adire, dum prosin tibi,
Tuũ est, si quid præter spem euenit, mihi ignoscere,
Parum successit quod ago at fatio sedulo.
Vel melius tu aliud reperi, me missum face.
P.*Cupio, restitue, in quem me accipisti, locum.*
D.*Faciam.* P.*at iam hoc opus est.* D.*hemist', mane: crepuit à Glycerio ostium:*
P.*Nihil ad te.* D.*quæro.* P. *hem, nuncine demum?* D. *at iam hoc tibi inuentum dabo.*

ACTVS Q'ARTI, SCENA II.

Mysis, Pamphilus, Charinus, Dauus.

M. IAM, *vbi vbi erit, inuentum tibi curabo, & me cum adductum*

Tuum

Tuum Pamphilum: tu modo oīe mi noli te macerare.
P.*Misis.* M.*quid est? hem Pamphile, optume mihi te offers.* P.*quid est?*
M.*Orare iussit si se ames, hera, iam vt ad sese venias,*
Videre ait te cupere. P.*vah, perij; hoc malum integrascit.*
Siccine me, atque illam opera tua nunc miseros sollitarier?
Nam idcirco accersor, nuptias quòd mihi apparari sensit
C.*Quib. quidē quam facile poterat quiesci, si hic quiesset.*
D.*Age, si hic non sanit satis sua sponte, instiga.* M.*atque adepol.*
Ea res est prætereaque nunc misera in mœrore est.
P.*Mysis.*
Per omneis tibi adiuro deos nunquam eam me deserturum,
Non, si capiundos mihi sciam esse inimicos omneis homines,
Hanc mihi expetiuie contigit: conueniunt mores: valeant.
Qui inter nos dissidium volunt hanc, nisi mors mihi adimet nemo.
M. *Resipisco.* P.*non Appollinis magis verum, atque hoc responsum est.*
Si poterit fieri, vt ne pater per me stetisse credat,
Quo min⁹ hæ fierēt nuptiæ volo. sed si id non poterit;
Id faciā, in procliui quod est, per me stetisse vt credat
Quis videor? C.*miser æque, atque ego* D. *consilium*
C.*fortis es.*
Scio quid conere. D. *hoc ego tibi profectò effectum reddam.*

B.*Iam*

B. *Iam hoc opus est.* D. *quin iam habeo,* C. *quid est?*
D. *huic, non tibi habeo, ne erres*
C. *sat habeo.* P. *quid facies? cedo.* D. *dies hic mihi ve sit satis vereor.*
Ad agendum, ne vacuum esse me nunc ad narrandum credas.
Proinde hic vos amolimini: nā mihi īpedimēto estis
P. *Ego hanc visam.* D. *quid tu? quo hinc te agis.* C. *verum vis dicam?* D. *immo etiam:*
Narrationis incipit mihi initium. C. *quid me fiet?*
D. *Ego impudens nō satis habes, quòd tibi dieculā addo, Quantum huic promoueo nuptias?* C. *Daue attamen.* D. *quid ergo?*
C. *Vt ducam* D. *ridiculum.* C. *huc face ad me vt venias, si quid poteris.*
D. *Quid veniam? nihil habeo.* C. *attamen si quid.* D. *age, veniam.* C. *si quid.*
Domi ero. D. *Tu Mysis dum exeo, parumper opperire hic.*
M. *Quapropter?* D. *ita facto opus est.* M. *matura.* D. *iam, inquam, hic adero.*

ACTVS QVARTI, SCENA III.

Mysis.

M. *NIL'ne esse proprium cuiquam? Dij vostram fidem.*
Summum bonum esse heræ putabam hunc Pamphilum,
Amicum, amatorem, virum, in quouis loco
Paratum: verum ex eo nunc misera quem capit
Dolorem? facilè bis plus mali est, quàm illic boni,

Sed Dauus exit. mi homo, quid isthuc obsecro est?
Quò portas puerum?

ACTVS QVARTI, SCENA IIII.

Dauus, Mysis.

D. MISIS *nunc opus est tua*
Mihi ad hanc rem exprompta memoria atque astutia.
M. *Quidnam incepturus?* D. *accipe a me hunc ocyus,*
Atque ante nostram ianuam appone. M. *obsecro,*
Humi'ne? D. *ex ara hinc sume verbenas tibi,*
Atq; eas substernere. M. *quamobrē id tute non facis;*
D. *Quia, si forte opus sit ad herum iusiurandum mihi*
Non apposuisse, vt liquidò possim. M. *intellego.*
Noua nunc religio in te isthæc incessit, cedo?
D. *Moue ocyus, te vt, quid agam, porrò intellegas.*
Prò Iuppiter. M. *quid?* D. *sponsæ pater interuenit.*
Repudio consilium, quod primum intenderam.
M. *Nescio, quid narre.* D. *ego quoque hinc ab dextera*
Venire me adsimulato. tu vt subseruias
Orationi, vtcunque opus sit verbis, vide.
M. *Ego, quid agas, nihil intelligo: sed, si quid est,*
Quod mea opera opus sit vobis, aut tu plus vides,
Manebo, ne quod vostrum remorer commodum.

ACTVS QVARTI, SCENA V.

Chremes, Mysis, Dauus.

C. REVERTOR, *postquam, quæ opus fuere ad nuptias*

Gnatæ parui, vt iubeam accersi. sed quid hoc ?
Puer hercle est. mulier, tun' apposuisti hunc ? M. vbi
Illic est ? C. non mihi respondes ? M. hem, nusquam
est: uæ miseræ mihi
Reliquit me homo atque abijt D. dij vestram fidem
Quid turbæ est apud forum; quid illi c hoīum litigāt?
Tum annona cara est. quid dicam alind nescio.
M. Cur tu obsecro hic me solā? D. hē, quæ hec est fabula?
Eho Mysis, puer hic vnde est ? quis ve huc attulit ?
M. Satin' sanus es, qui me id rogites ? D. quem igitur
rogem,
Qui hic neminem alium video ? C. miror, vnde sit.
D. Dicturan', quod rogo ? M. au. D. concede ad dexterā
M. Deliras. non tute ipse ? D. verbum si mihi
Unum, præterquam quod te rogo, faxis, caue.
M. Male dicis. D. vnde est; dic clarè, M. à vobis. ha ha
Mirum verò, impudenter mulier si facit. (hæ.
C. Ab Andria est ancilla hæc, quantum intellego.
D. Adeon' uidemur uobis esse idonei,
In quibus sic illudatis ? C. ueni in tempore.
D. Propera adeo puerum tollere hinc ab ianua,
Mane: caue quoquam ex isthoc excessis loco.
M. Dij te eradicent. ita me miseram territas.
D. Tibi ego dico, a non; M. quid uis ? D. at etiam rogas ?
Cedo, cuium puerum hic apposuisti, dic mihi.
M. Tu nescis ? D. mitte id quod scio: dic, quod rogo:
M. uestri. D. cuius uestri ? M. Pamphili. D. hem quid
Pamphili.
M. Eho, an non est: C. rectè ego sēper fugi has nuptias
D. O facinus animaduertendum. M. quid clamitas ?
D. Quem'ne ego heri vidi ad vos adferri vesperi ?
M. O hominem audacem. D. verum. vidi Cantharam
Su-

Suffarcinatam. M. *Dijs pol habeo gratias,*
Cum in pariundo aliquot adfuerunt liberæ:
D. *Næ illa illum haud nouit, cuius causa hæc incipit.*
Chremes, si positum puerum ante ædes viderit.
Suam gnatam non dabit, tanto hercle magis dabit.
C. *Non hercle faciet.* D. *nunc adeo, vt tu sis sciens*
Ni puerum tollis, iamiam ego hunc mediam in viã
Prouoluam, teq. ibidem peruoluam in luto.
Tu pol homo non es sobrius. D. *fallacia*
Alia aliam trudit. iam susurrari audio,
Ciuem atticam esse hanc. C. *hem.* D. *coactus legibus,*
Eam vxorem ducet. M. *au, obsecro, an non ciuis est*
C. *Iocularium in malum insciens penè indici.*
D. *Quis hic loquitur; o Chreme, per tempus aduenis,*
Ausculta. C. *audiui iam omnia.* D. *an ne tu omnia?*
C. *Audiui, inquam, à principio.* D. *audistin' obscero? hẽ*
Scelera: hanc iam oportet in cruciatum hinc abripi
Hic ille est, non te credas Dauum ludere.
M. *Me miseram: nihil pol falsi dixi, mi senex.*
C. *Noui rem omnem: sed est Simo intus?* D. *intus est*
M. *Ne me attingas scelestè, si pol Glycerio non oĩa hæc*
D. *Eho inepta, nescis quid sit actum.* M. *quid sciam?*
D. *Hic socer est. alio pacto haud poterat fieri.*
Vt sciret hæc, quæ volumus. M. *hem, prædiceres*
D. *Paulum interesse censes, ex animo omnia,*
Vt fert natura, facias; an de industria?

ACTVS QVARTI, SCENA VI.

Crito, Mysis, Dauus.

C. *IN hac habitasse platea dictum est Chrisidem*
Quæ se inhoneste optauit parare hic ditias

Potius, quàm in patria honeste pauper viuere.
Eius morte ea ad me lege redierunt bona.
Sed quos perconter, video saluete, M. obsecro,
Quem video? est ne hic Crito, sobrinus Chrysidis.
Is est. C. ò Mysis salue. M. saluus sis Crito.
C. Itan' Chrysis? hé. M. nos quidem pol miseram perdidit.
C. Quid vos? quo pacto hic? satis ne recte M. nos'ne; sic
Vt quimus, aiunt; quando, vt volumus, non licet.
C. Quid Glycerium? iam hic suos parentes repperit?
M. Vtinam. C. an nondum etiam haud auspicato huc me appuli:
Nam pol, si id scissem, nunquam huc tetulissem pedé:
Semper enim eius dicta est hæc, atq; habita est soror:
Quæ illius fuerunt, possidet, nunc me hospitem
Lites sequi, quàm hic mihi sit facille, atque vtile,
Aliorum exempla commonent: simul arbitror,
Iam esse aliquem amicum, et defensorem e: nam fere
Grandiuscula iam profecta e st illinc. clamitent,
Me sycophantam hæreditatem persequi,
Mendicum tum, ipsam despoliare non licet.
M. *O optume hospes pol, Crito, antiquum obtines.*
C. *Duc me ad eam, quando hunc veni vt videam.* M. *maxume.*
D. *Sequar hos: uolo me in tempore hoc videat senex.*

ACTVS QVINTI, SCENA PRIMA.

Chremes, Simo.

C. SATIS *iam satis Simo spectata erga te amiciti a est mea:*
Satis pericli cæpi adire: orandi iam finem face.

Dum

Dum studeo obsequi tibi, penè illusi vitam filiæ.

S. Immo enim quàm maxume ab te oro atque postulo Chreme.

Vt beneficium verbis initum dudum, nunc re comprobes.

C. Vide, quam iniquus sis præ studio, dum efficias id, quod cupis.

Neq; modum benignitatis, neq; quid me ore cogitas:

Nam si cogites, remittas iam me onerare iniurijs.

S. Quibus? C. abrogitas? perpulisti me, vt homini adolescentulo,

In alio occupato amore, abhorrenti ab re vxoria,

Filiam dare in seditionem, atque incertas nuptias:

Eius labore, atq; eius dolore gnato, vt medicarer tuo.

Impetrasti: incepi dum res retulit: num nõ fert: feras.

Illam hinc ciuem esse aiunt; puer est natus: nos missos face.

S. Per ego te deos oro, vt ne illis animũ inducas credere.

Quibus id maxume vtile est illum eẽ quã deterrimũ.

Nuptiarum gratia hæc sũt ficta, atq; incepta omnia.

vbi ea causa, quamobrem hæc faciunt, erit adempta his, sinent.

C. Erras: cum Dauo egomet vidi iurgantem ancillam. S. scio. C. at.

Vero voltu; cùm ibi me adeße, neuter tum præsenserat.

S. Credo: & id facturas Dauus dudum prædixit mihi.

Et nescio quid tibi sum oblitus hodie, ac volui dicere,

ACTVS QVINTI, SCENA II.

Dauus, Chremes, Simo, Dromo.

ANIMO *iam nunc otioso esse impero.* CH. *hem Dauum tibi.*

S. *Unde egreditur?* D. *meo præsidio, atque ospitis.* S. *quid illud mali est?*

D. *Ego commodiorem hominem, aduentum, tempus non vidi.* S. *scelus.*

Quemna hic laudat? D. *omnis res est iam in vado.* S. *cesso alloqui?*

D. *Herus est: quid agam?* S. *ò salue bone vir.* D. *hem Simo, o noster Chreme,*

Omnia apparata iam sunt intus. CH. *curasti probè.*

D. *Ubi voles, accerse.* S. *bene sanè. id enimuero hic nunc abest.*

Etiam tu hoc respondes, quid istbic tibi negotij est. D. *mihin'?* S. *ita.*

D. *Mihi'ne?* S. *tibi ego.* D. *modo introij.* S. *quasi ego quàm dudum regem.*

D. *cum tuo gnato vnà.* S. *anne est intus Pamphilus: crucior miser.*

Eho, non tu dixti esse inter eos inimicitias carnufex

D. *Sunt.* S. *cur igitur hic est?* CH. *quod illum cense? cum illa litigat.*

D. *Immo uerò indignum Chreme iam facinus faxo ex me*

Nescio quis senex modò uenit, ellum confidens, catus

Cum faciem uideas, uidetur esse quantiuis pretij:

Tristis seueritas inest in uoltu, atq; in uerbis fides.

S. *Quidnam adportas?* D. *nihil equidem, nisi quod illum*

audiui

audiui dicere.

S.Quid ait tandem? D.*Glycerium se scire esse hanc ciuem Atticam.*

*S.Hem Dromo Dromo.*D.*quid est?* S.*Dromo.*D. *audi.* *S.uerbum si addideris.Dromo.*

*D.Audi obsecro.*DR *quid uis?* *S.sublimem hunc intro rape quanum potes.*

DR.*Quem?* S. *Dauua.* D. *quamobrem?* S. *quia lubet rape inquam.*D.*quid feci?* S.*rape.*

D. *Si quinquam mentitum inuenies, occidito.* S. *nihil audio*

Ego iam te commotum reddum. D. *tametsi hoc uerum est.*S.*tu tamen*

Cura adferandum,uinctum:atque audin'?quadrupedem constringito.

Age nunc; iam ego pol hodie,si uiuo tibi

Ostendam,herum quid pericli fallere,&

*Illi patrem.*CH.*ah ne saeui tantopere.S.Chreme,*

Pietatem gnati non ne te miseret mei?

Tantum laborem capere ob talem filium?

Age Pamphile:exi Pamphile:ecquid te pudet;

ACTVS QVINTI, SCENA III.

Pamphilus, Simo, Chremes.

P. QVIS *me volt? perij, pater est.* S. *quid ais omnium?* C.*ah.*

Rem potius ipsam dic,ac mitte male loqui.

S.*Quasi quidquam in hunc iam grauius dici posset.*

Ain'tandem,ciuis Glycarium est? P.*ita prædicant.*

S.*Ita prædicant?ingentem confidentiam:*

C.PRO *peccato magno paulum supplicij satis eſt patri.*

ACTVS QVINTI, SCENA IIII.

Crito, Chremes, Simo, Pamphilus,

C. MITTE *orare, vna harum quæuis cauſa me, vt faciam, mouet.*
Vel tu quòd verum eſt, vel quod ipſi cupio Glycerio.
CH. *Antrium ego Critonem video? ecere ei eſt.* CR. *ſaluos ſis Chreme.*
CH. *Quid tu Athenas inſolens?* CR. *euenit. ſed hiccine eſt Simo?*
CH. *Hic eſt.* S. *me ne quæris? ebo tu Glycerium hinc ciuem eſſe ais?*
CR. *Tu negas?* S. *Ita ne huc paratus aduenis?* CR. *quare?* S. *rogas?*
Tunc impune hæc facias? tu ne hic homines adoleſcentulos,
Imperitos rerum, eductus liberè, in fraudem illicis?
Solicitando, & pollicitando eorum animos lactas?
CR. *ſanuſn' es?*
S. *Ac meretricios amores nuptijs conglutinas?*
P. *Perij: metuo, vt ſubſtet hoſpes.* CH. *ſi Simo hunc noris ſatis,*
Non ita arbitrere. bon⁹ hic eſt vir. S. *hic vir ſit bon⁹*
Ita ne adtemperate venir hodie in ipſis nuptijs,
Vt veniret ante hæc nunquàm? eſt verò huic credendum Chreme?
P. *Ni metuam patrem, habeo, pro illa re, illum quod moneam probè.*

S. Syco,

S.*Sycophantu.* CR *hem.* CH.*sic Crito est hic, mitte.* CR.*videat qui siet.*

Si mihi pergit que volt, dicere, ea, quę nõ volt, audiet.

Ego isthæc moueo, aut curo? non tu tuum malum æquo animo ferrer?

Nã, ego que dixi vera, an falsa audieris, iã sciri põt:

Atticus quidnam olim naui fracta apud Andrum electus est,

Et isthæc vna parua uirgo. tũ ille egẽs fertè applicat

Primũ ad Chrysidis patrem se. |S.*fabulam inceptat.* CH. *sine.*

CR.*Ita nè verò obturbat? Ch.perge.* CR.*tum is mihi cognatus fuit,*

Qui eũ recepit. ibi ego audiui ex illo sese eße Atticũ

Is ibi mortuus est. CH *eius nomen?* CR.*nomen tam cittò tibi?*

Phania CH. *hem perij.* CR. *verum hercle opinor fuiſſe Phaniam.*

Hoc certò scio. Rhãnusiũ se aiebat eẽ. CH.*o Iuppiter*

CR.*Eadem hæc. Chreme, multi alij in Andro tum audiuere.* CH. *vtinam id siet,*

Quod spero eho dic mihi, quid in eam tuum, Crito?

Suum me aiebat esse? CR.*non.* CH.*cuiam igitur?* CR.*fratris filiam.*

CH.*Certè mea est.* CR.*quid ais?* C.*quid tu? quid ais?* P.*arrigere aures Pamphile.*

S.*Qui credis?* CH. *Phania ille, frater meus fuit.* S.*noram, & scio.*

GH. *Is hinc bellum fugiens, meq. in Asiam persequens, proficiscitur.*

Tum illam hic relinquere est veritus. postilla nunc primum audio.

Quid

Quid illlo sit factum. P.*vix sum apud me: ita animus commotus est metu,*

Spe. gaudio, mirando hoc tanto, tam repentino bono

S.*Ne istam multi modis tuā īueniri gaudeo.* P.*credo p̄r*

CH.*At mihi vnus scrupulus etiam restat, qui me male habet.* P. *dignus es*

Cum tua religione odio NODVM *in scirpo quæris*

CR.*quid istud est?*

CH.*Nomen non conuenit.* CR.*fuit herclè aliud huic paruæ.* CH. *quod Crito?*

Nunquid meministi? CR.*id quæro.* P. *egone ius memoriam patiar meæ.*

Voluptati obstare, cum ego possim in hac re medicari mihi.

Non patiar. heus Chreme: quod quæris, Pasibula.

CR.*ipsa est.* CH. *ea est.*

P. *Ex ipsa millies audiui,* S. *Omneis nos gaudere hoc Chremes,*

Te credo credere. CH. *ita me dij ament, credo,*

P.*quid restat pater?*

S.*Iam dudum res reduxit me ipsa in gratiam.* P. *ò Lepidum patrem.*

De vxore ita, vt possedi, nihil mutat Chremes.

CH.*causa optume est:*

Nisi quid pater aliud ait. P. *nempè,* S. *Scilicet.* CH. *dos, Pamphile, est*

Decem talenta. P. *accipio.* CH. *propero ad filiā. eho mecum Crito:*

Nam illam me haud nosse credo. S. *cur non illam huc transferri iubes?*

P.*Rectè admones. Dauo istuc dedam iā negoti.* S.*nō p̄t.*

P.*Qui?* S.*quia habet aliud magis ex sese, & maius.*

P.*quid-*

P.quidnam ? S.vinctus est.
P. Pater, non rectè vinctus est. S.haud ita iussi. P.iube solui obsecro.
S.Age fiat. P.at matura. S.eo intro. P.ò faustum & felicem hunc diem.

ACTVS QVINTI, SCENA V.

Charinus, Pamphilus.

C.PROVISO, *quid agat Pamphilus, atque eccum. P. aliquis forsan me putet*
Non putare hoc verum, at mihi nunc sic esse hoc verum lubet.
Ego. vitā deorū propterea sempiternā esse arbitror.
Quòd voluptates eorum propriæ sunt. nam mihi immortalitas
Parta est si nulla huic ægritudo gaudio intercesserit
Sed quem ego potissimum exoptē nunc mihi, cui hæc narrem, dari ?
C.*Quid illud gaudi est?* P.*Dauum video. nemo est, quē malum; omnium;*
Nam hūc scio mea sollidè solū gauisurū esse gaudia.

ACTVS QVARTI, SCENA VI.

Dauus, Phamphilus, Charinus.

D.PAMPHILVS *vbi nam hic est ?* P.*Daue.*
D.*quisnam homo est?* P. *ego sum* D.*ò Pamphile*
P.*Nescis quid mihi obtigerit.* D.*certè ; sed, quid mihi obtigerit, scio*

P.Et

P.*Et quidem ego.*D.*mere hominum euenit,ego vt quod sum nactus mali,*

Prius resciſceres tu, quam ego,tibi quod euenit boni.

P.*Mea Glyceriũ ſuos paretes repperit.*D.*ò factũ bene.*

C.*Hem.* P.*pater amicus ſummus nobis,* D.*quis?*

P.*Chremes.*D.*narras probè.*

P.*Nec mora vlla eſt,quin eam vxorem ducam* C.*num ille ſomniat*

*Ea, quæ vigilans voluit?*P.*tum de puero Daue?* D. *ab deſine.*

Solus eſt, quem diligunt dij. C. *ſaluus, ſi hæc vera ſunt.*

Colloquar. P.*quis homo eſt? Charine in tempore ipſo mihi aduenis.*

C.*Bene factum.* P. *hem, audiſti?* C. *omnia age. me in tuis ſecundis rebus reſpice.*

Tuus eſt nunc chremes,facturũ que voles ſcio omnia.

P.*Memini: atque adeo longum eſt,nos illum expectare dum exeat.*

Sequere ac me. intus apud Glycerium eſt nunc. tu Daue abi Domum.

Propterea,accerſe, hinc qui auferant eam: quid ſtas? quid ceſſas? D. *eo.*

Ne expectetis dum exeant huc: intus deſpondebitur;

Intus tranſigetur,ſi quid eſt,quod reſtet. Plaudite.

TERENTII EVNVCHVS.

ACTA LVDIS MAGALENSIBVS L. POSTHVMIO ALBINO. L. CORNELIO MERVLA ÆDILIB. CVRVLIB. EGERE L. AMBIDIVS TVRPIO. L. ATILIVS PRÆNE-

NESTINVS, MODVLAVIT FLACCVS CLAVDII TIBIIS DVABVS DEXTRA, ET SINISTRA. GRÆCA MENADRVS ACTA II. M.VALERIO C.FANNIO COS.

PERSONÆ.

Phædria adolescens,	*Chemes senex,*
Parmeno seruus,	*Antipho adolescens,*
Thais meretrix,	*Dorias ancilla,*
Gnatho parasitus,	*Dorus enunchus,*
Chærea adolescens,	*Sanga seruus,*
Thraso miles,	*Sophrona nutrix,*
Pythias ancilla,	*Laches senes.*

C. SVLPICII APOLLINARIS PERIOCHA.

Trimetri Iambici.

SORORE M *falsò dictitalam Thaidis,*
Id ipsum ignorans, miles aduexit Thraso,
Ipsiq. donat. erat hæc ciuis Attica.
Eidem eunuchum, quem emerat, tradi iubet
Thaidi amator Phædria, ac rus ipse abit,
Trasoni oratus biduum concederet.
Ephebus frater Phædriæ puellulam.
Cum deperiret dono missam Thaidi,
Ornatu Eunuchi induitur: suadet Parmeno;
Introijt: vitiat virginem, sed Atticus
Ciuis repertus frater eius, collocat

Vitiatam

Vitiatam iphebo: Phædriam exorat Thraso:

Α'δηλον.

MERETRIX *adolescentem, cuius mutuo amore tenebatur, exclusit: eique reuocato exclusionis causas reddidit. eius frater minor natu virginem, quam miles meretrici dono miserat, amare cœpit; deductusque in donum meretricis pro eunucho, vitiat. re itaque cognita, cum illusam se meretrix dolerit, ab eodem adolescente placatur: interuentuque fratris eius ciuem cognitam Atheniensem ducit vxorem, miles quoque in partem meretricij amoris receptus illuditur.*

PROLOGVS.

SI quisquam est, qui placere se studeat bonis.
Quam plutimis, & minime multos lædere,
In his poeta hic nomen profitetur suum.
Tum si quis est, qui dictum in se inclementius
Existimauit esse, sic existimet;
Responsum, non dictum esse, quia lesit prior,
Qui bene vertendo, & easdem scribendo male, ex
Græcis bonis Latinas fecit non bonas:
Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit,
Atque in Thesauro scripsit, causam dicere
Prius, vnde petitur aurum, quare, sit suum,
Quam illic, qui petit, vnde is sit thesaurus sibi,
Aut vnde in patrium monumentum peruenerit.
Dehinc, ne frustretur ipse se, aut sic cogitet;
Defunctus iam sum, nihil est, quod dicat mibi;
Is ne erret, moneo, & desinat lacessere.

Has

Habeo alia multa, quæ nunc condonabitur;
Quæ proferentur post, si perget lædere
Ita, vt facere instituit. nunc quam acturi sumus
Menandri Eunuchum, postquam ædiles emerunt,
Perfecit; sibi vt inspiciundi esset copia.
Magistratus cum ibi adesset, occæpta est agi.
Exclamat, furem non poetam fabulam
Dedisse, & nil dedisse verborum tamen:
Colacem esse Næui, & Plauti veterem fabulam,
Parasiti personam inde ablatam, & militis.
Si id est peccatum, peccatum imprudentia est
Poetę, non qui furtum facere studuerit.
Id ita esse, vos iam iudicare poteritis.
Colax Menandri est: in ea est parasitus Colax,
Et miles gloriosus: eas se non negat
Personas transtulisse in Eunuchum suam
Ex Græca. sed eas fabulas factas prius
Latinas scisse sese, id verò pernegat.
Quod si personis ijsdem vti alijs non licet,
Qui magis licet currentes seruos scribere,
Bonas matronas facere, meretrices malas
Parasitum edacem, gloriosum militem
Puerum supponi, falli per seruum senem,
Amare, odisse, suspicari denique
NVLVM *est iam dictum, quòd non dictum sit prius.*
Quare æquum est vos cognoscere, atque ignoscere,
Quæ veteres factitarunt, si faciunt noui.
Date operam, & cum silentio animaduertite.
Vt pernoscatis, quid sibi Eunuchus velit.

ACTVS

ACTVS PRIMI, SCENA PRIMA.

Phædria Parmeno.

P. QVID igitur faciam? non eam? ne nunc quidem,
Cum accersor vltro? an potius ita me cōparem,
Non perpeti meretricum contumelias?
Exclusit, reuocat. redeam? non, si me obsecret.
Pa. Siquidem hercle possis, nihil prius, neque fortius:
Verum si incipies, neque perficies nauiter,
Atque vbi pati non poteris, cum nemo expetet,
Infecta pace, vltro ad eam veniens, indicans
Te amare, & ferre non posse, actum est, ilicet,
Peristi: eludet, vbi te victum senserit.
Ph. Proin tu, dum est tempus etiam atq; etiam cogita.
P. Here, quæ res in se neque consilium, neque modum
Habet vllum, eam consilio regere non potes.
In amore hæc omnia insunt vitia, iniuriæ,
Suspectiones, inimicitiæ, induciæ,
Bellum, pax rursum. incerta hæc si tu postules.
Ratione certa facere, nihilo plus, agas,
Quàm si des operam, vt cum ratione insanias,
Et quod nunc tute tecum iratus cogitas:
Ego ne illam? quæ illū? quæ me? quæ non? sine modo:
Mori me malim, sentiet qui vir siem:
Hæc verba me hercle vna falsa lacrumula,
Quam, oculos terendo misere, vix vi expresserit,
Restinguet: & te vltro accusabis, & ei dabis
Vltro supplicium PH. indignum facinus nūc ego &
Illam sceleſtam esse, & me miserum sentio:
Et tædet: & amore ardeo, & prudens, sciens,

Viuus, vidensq. pereo: nec quid agam, scio.
Pa. Quid agas? nisi vt te redimas captum quàm queas
Minimo: si nequeas paululo, at quanti queas?
Et ne te afflictes. PH. *ita'ne suades?* PA. *si sapis?*
Namque præterquam quas ipse amor molestias
Habet, addas, & illas quas habet, rectè feras.
Sed ipsa egreditur nostri fundi calamitas:
Nam quod nos capere oportet, hæc intercipit.

ACTVS PRIMI, SCENA II.

Thais, Phædria, Parmeno.

T. MISERAM *me, vereor, ne illud grauius Phædria*
Tulerit? ne've aliorsum, atq; ego feci, acceperit
Quòd heri intromissus non est. PH. *totus Parmeno*
Tremo, horreoq;, postquã aspexi hãc. PA. *bono aĩo es;*
Accede ad ignem hunc, iam calesces plus satis:
T. *Quis hic loquitur? hem tun' eras mi Phędria?*
Quid hic stabas? cur non recta introibas? PA. *ceterũ*
De exclusione verbum nullum. T. *quid taces?*
Ph. *Sanè quia verò hæ mihi patent semper fores,*
Aut quia sum apud te primus. T. *missa isthæc face.*
Ph *Quid missa? o Thais, Thais, vtinam esset mihi*
Pars æqua amoris tecum; ac pariter fieret, vt
Aut hoc tibi doleret itidem, vt mihi dolet;
Aut ego isthuc abs te factum nihili penderem.
T. *Ne crucia te obsecro, anime mi, Phædria.*
Non pol, quo quenquam plus amem aut plus diligam,
Eo feci, sed ita era res: faciudum fuit.
Pa. *Credo, vt fit, misera præ amore exclusit hunc foras.*
T. *Siccine ais Parmeno? age. sed, huc qua gratia*

Te accersi iussi, ausculta. PH. *fiat.* T. *dic mihi*
Hoc primum potin' est hic tacere? Pa. *egone? optume.*
Verum heus, tu, lege hac tibi meam astringo fidem:
Quæ vera audiui, taceo & contineo optume:
Sin falsũ, aut vanũ, aut fictũ est, continuo palam est.
Plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo.
Proin tu, taceri si vis, vera dicito.
T. *Samia mihi mater fuit: ea gabitabat Rhodi.*
Pa. *Potest taceri hoc.* T. *ibi tum matri paruolam*
Puellam dono quidam mercator dedit.
Ex Attica hinc abreptã PH. *ciuem ne?* T. *arbitror,*
Certum non scimus: matris nomen, & patris
Dicebat ipsa: patriam, & signa cetera
Neque sciebat, neque per ætatem potuerat.
Mercator hoc addebat, è prædonibus,
Unde emat, se audisse, abreptam è Sunio.
Mater vbi accepit, cœpit, studiosè omnia
Docere, educere, ita vti si esset filia.
Sororem plerique esse credebant meam,
Ego cum illo, quo cum vno rem habebam tum, hospite
Abij huc; qui mihi reliquit hæc, quę habeo, omnia.
Pa. *Vtrunque hoc falsum est: effluet.* T. *quì isthuc?* Pa.
Neque tu vno eras contenta, neque solus dedit. (quia
Nam hic quoq; bonam, magnãq. partẽ ad te attulit.
T. *Ita est sed sine me peruenire, quò volo,*
Interea miles, qui me amare occœperat,
In Cariam est profectus te interea loci
Cognoui tute scis, post illa quam intumum
Habeam te, & mea consilia vt tibi credam omnia.
Ph. *Ne hoc quidẽ tacebit Parmeno.* Pa. *oh. dubiũ ne id est*
T. *Hoc agite amabo. matet mea illic mortua est*
Nuper. eius frater aliquantum ad rem est audior.

Is vbi bancce forma videt honesta virginem,
Et fidibus scire, pretium sperans illicò
Producit, vendit. fortè fortuna adfuit
His meus amicus: emit eam dono mihi
Imprudens harum rerum, ignarusq; omnium:
Is venit: postquam sensit me tecum quoque
Rem habere, fingit, causas, ne det, sedulò,
Ait si fidem habeat. se iri præpositum tibi
Apud me, ac non id metuat. ne vbi eam acceperim
Se se relinquam, vele se illum mihi dare;
Verum id vereri, sed ego quantum suspicor,
Ad Virginem animum adiecit. Ph. *etiamne amplius?*
T. *Nil: nam quæsiui. nunc ego eam, mi Phædria,*
Multæ sunt causæ, quamobrem cupio abducere:
Primum, quòd soror est dicta præterea, vt suis
Restituam, ac reddam sola sum: habeo hic neminem,
Neque amicum, neque cognatum, quãobrem Phædria
Cupio aliquos parare amicos beneficio meo.
Id amabo adiuta me, quò id fiat facilius.
Sine illum priores parteis hosce aliquot dies.
Apud me habere. nihil respondes? PH. *pessuma,*
Ego quid quam cum istis factis tibi respondeam?
PA. *Hei noster, laudo, tandem perdoluit: vir es.*
PH. *At ego nesciebam, quorsum tu ires paruola*
Hinc est abrepta, eduxit mater pro sua:
Soror est dicta: cupio abducere, vt reddam suis.
Nempe omnia hæc nunc verba huc redeunt, denique
Excludor ego, ille recipitur, qua gratia?
Nisi illum plus amas quàm me, & istã nunc times.
Quæ aducta est, ne illum præripiat tibi.
T. *Egon' id timeo?* PH. *quid te ergo solicitat? cedo.*
Num solus ille dona dat? nunc vbi meam

Beni-

Benignitatem sensisti in te claudier?
Non me ubi mihi dixti cupere te ex Aethiopia
Ancillulam, relictis rebus omnibus,
Quæsiui? eunuchum porrò dixti velle te.
Quia solæ utuntur his reginæ, repperi:
Heri minas viginti pro ambobus dedi.
Tamen contemptus abs te, hæc habui in memoria;
Ob hæc facta abs te spernor. T. *quid isthuc Phædria?*
Quanquā illā cupio abducere, atque hac re arbitror
Id fieri posse maxume veruntamen,
Potius quàm te inimicum habeā faciam, vt iusseris.
PH. *Vtinam isthuc verbum ex animo ac vere diceres,*
Potius, quàm te inimicum habeā. si isthuc crederem
Sincere dici, quiduis poßem perpeti.
PA. *Labasit, victus vno verbo. quàm cito?*
T. *Ego non ex animo misera dico? quam ioco*
Rem voluisti a me tandem, quin perfeceris?
Ego impetrare nequeo hoc abs te biduum
Saltem vt concedas solus. PH. *siquidem biduum?*
Verum ne fiant isti viginti dies
T. *Profectò non plus biduum aut.* PH. *aut? nihil moror.*
T. *Non fiet, hoc modò sine te exorem.* PH. *scilicet*
Faciā, est, quod vis. T. *meritò amo te.* PH. *bene facis.*
Rus ibo: ibi hoc me macerabo biduum;
Ita facere certum est: mes gerundus est Thaidi.
Tu huc Parmeno fac illi adducantur. PA. *maxume.*
PH. *In hoc biduum Thai vale.* T. *mi Phædria.*
Et tu nunquid vis aliud? PH. *ego ne quid velim?*
Cum milite isto præsens, absens vt sies;
Dies, noctesq. ames me. me desideres.
Me somnies: me expectes: de me cogites:
Me speres me te oblectes. mecum tota sis.

Meus fac sis postremo animus, quando ego sum tuus.
T. *Me miseram forsitan hic mihi paruam habeat fidem,*
Atque ex aliarum ingenijs nunc me iudicet.
Ego pol, quæ mihi sum conscia, hoc certò scio,
Neque me finxisse falsi quidquam, neque meo
Cordi esse quenquam cariorem hoc Phædria.
Et quidquid huius feci causa virginis
Feci, nam me eius sperò fratrem propemodum
Iam repperisse, adolescentem adeo nobilem, &
Is hodie venturum ad me constituit domum
Concedam hinc intro, atque expectabo, dum venit.

ACTVS SECVNDI, SCENA PRIMA.

Phædria, Parmeno.

PH. ITA, *fac, ut iussi, deducantur isti.* PA. *faciam.* PH. *at diligenter.*
PA. *Fiet.* Ph. *at maturè.* Pa *fiet.* Ph. *satin' hoc mandatum est tibi?*
Pa. *Ah. rogitare? quasi difficile siet. utinam*
Tam aliquid facile inuenire possis Phædria,
Ho quàm peribit. Ph. *ego quoque vnà pereo, quod mihi est charius.*
Nec istuc tã iniquo patiare animo. Pa. *minimè: quin*
Effectum dabo sed nunquid aliud imperas:
Ph. *Munus nostrum ornato verbi quod poteris, &*
Istum æmulum, quod poteris, ab ea pellito.
Pa. *Memini, tametsi nullus moneas.* Ph. *ego rus ibo atque ibi manebo.*
Pa. *Censeo.* Ph. *sed heus tu* Pa. *quid vis?* Ph. *censen' posse me obfirmare, &*

Per-

Perpeti, ne redeam interea? Par. tene? non herclè arbitror.

Nam aut iam reuertere: aut mox noctu te adiget horsum insomnia.

Ph. Opus faciam, vt defatiger vsq; ingratijs vt dormiã

Pa. Vigilabis lassus hoc: plus facies. Ph. ah, nihil dicis Parmeno.

Eijciunda hercle hæc mollities animi: nimis me indulgeo.

Tandem ego non illa caream si sic opus: vel totum triduum? Pa. hui.

Vniuersum triduũ? vide quid agas. Ph. fiat sentẽtia

Pa. Dij boni, quid hoc morbi est; adeon' homines immutarier.

Ex amore, vt nõ cognoscas eundẽ esse? hoc nemo fuit

Minus ineptus, magis seuerus quisquam, nec magis continens.

Sed quis hic est, qui huc pergit? at at, hic quidem est parasitus Gnatho

Militis, ducit secum vnà virginem huic dono: papæ,

Facie honesta. mirũ, ni ego me turpiter hodie hic dabo

Cum meo decrepito hoc eunucho. hæc superat ipsam Thaidem.

ACTVS SECVNDI, SCENA II.

Gnatho, Parmeno.

Gn. DII *immortales, homini homo quid præstat? stulto intelligens*

Quid interest, hoc adeo ex hac re venit in mentẽ mihi.

Cõueni hodie aduenies quendã mei loci hic, atq; ordinis

Hominem haud impurum, itidem patria qui abligurierat bona.
Video sentũ, squalidũ, ægrum, pannis, annisque obsitũ.
Quid isthuc, inquam, ornati est? quoniam miser, quod habui, perdidi,
Hem quo redactus sum: omnes noti me, atque amici deserunt.
Hic ego illum contempsi præ me; quid homo, inquam, ignauissime?
Ita ne parasti te, ut spes nulla reliqua in te sit tibi?
Simul consilium cum re amisti? vides me ex eodem ortum loco:
Qui color, nitor, vestitus, quæ habitudo est corporis?
Omnia habeo, neque quidquam habeo: nihil cum est, nihil desit tamen.
At ego infelix neque ridiculus esse, neq; plagas pati
Possum. quid tu his rebus credis fieri? tota erras uia.
Olim isti fuit generi quodã questus apud seclum prius
Hoc nouum est aucupium: ego adeo hanc primus inueni viam.
Est genus hominum, qui esse primos se omnium rerum volunt.
Nec sunt: hos consector: hisce ego non paro me, vt rideant.
Sed eis vltro arrideo, & eorũ ingenia admiror simul:
Quidquid dicunt, laudo: id cursum si negant, laudo id quoque.
Negat quis, nego: ait, aio; postremò imperami egomet mihi,
Omnia assentari. is questus nũc est multò vberrimus
PA. *Scitum hercle hominem: hic homines prorsum ex stultis insanos facit.*

Gn.

Gn. *Dum hæc loquimur, interea loci ad macellum vbi aduenimus.*
Concurrunt læti mi obuiam cupedinarij, coqui.
Lanij, cetarij, fartores, piscatores, aucupes.
Quibus ei re salua et perdita profuerã, et prosũ sæpe.
Salutant: ad cœnam vocant: aduentu gratulantur.
Ille vbi miser famelicus: uidet me esse in tãtũ honorẽ
Et tam facilè victum quærere; ibi homo cœpit me obsecrare,
Vt sibi liceret discere id de me sectari iussi:
Si potis est, tamquam philosophorum habent disciplinæ ex ipsis
Vocabula; parasiti itidem vt Gnathonici vocentur.
PA. *Viden' otium, & cibus quid faciat alienus?* Gn. *sed ego cesso*
Ad Thaidem hanc deducere, & rogitare ad cœnam, vt veniat.
Sed Parmenonem ante ostium Thaidis tristẽ video,
Riualis seruũ: salua est res: nimirũ hic homines frigent.
Nebulonem hunc certum est ludere. PA. *hisce hoc munere arbitrantur,*
Suam Thaidem esse. Gn. *plurima salute Parmenonẽ*
Summum suum impartit Gnatho, quid agitur?
PA. *Statur.* Gn. *video:*
Nunquidnam hic quod nolis, vides? PA. *te* Gn. *credo. at nunquid aliud?*
PA. *Quid dum?* Gn. *quia tristis es* PA. *nihil equidem* Gn. *ne sis sed quid videtur*
Hoc tibi mancipium. PA. *non malum herclè.* Gn. *vro hominem.* PA. *vt falsus animi est.*
Gn. *Quàm hoc munus gratum Thaidi arbitrare esse?*
PA. *hoc nunc dices.*

Eiectos hinc nos. OMNIVM *rerum heus vicissitudo est.*

GN. *Sex ego te totos Parmeno hos mēses quietū reddā*
Ne sursum deorsum cursites: ne ve vsque ad lucem vigiles.
Ecquid beo te; Pa. *men'? papæ* Gn. *sic soleo amicos.* P. *laudo,*
Gn. Detineo te fortasse: tu profectus alio fueras.
Pa. Nusquam. Gn. tum tu igitur paulum da mihi operæ. fac, admittar.
Ad illam. P. *age modò, nunc tibi patent fores hæ, quia istam ducis,*
Gn. Num quem euocari hinc vir foras? P. *sine, biduum hoc prætereat.*
Qui mihi nunc vno digitulo fores aperis fortunatus,
Næ tu istas faxo calcibus sæpe insultabis frustra.
Gn. Etiam tu hic stas Parmeno? eho numnam tu hic relictus custos,
Ne quis fortè internuncius clam a milite ad istam cursitet?
P. *Facetè dictum; mira verò, militi quæ placeant.*
Sed video herilem filium minorem huc aduenire.
Miror, quid ex Piræo abierit: nam ibi custos publicè est nunc.
Non temere est: & properans venit: nescio quid circunspectat.

ACTVS SECVNDI, SCENA III.

Chærea, Parmeno.

Ch. OCCIDI
Neque virgo est, vsquam, neque ego, qui illam

lam è conspectu amisi meo.

Vbi quæram? vbi inuestigem? quem perconter? quam insistam viam?

Incertus sum: vna hæc spes est; vbi ubi est, diu celari non potest.

O faciem pulchram: deleo omnes dehinc ex animo mulieres:

Dedet quotidianarum harum formarum. Pa. *ecce autem alterum,*

De amore nescio quid loquitur ò infortunatũ senem:

Hic uero est, qui si amare occæperit, ludum, iocumque

Dices, fuisse illũ alterũ, præut huius rabies, quæ dabit

Ch. vt dij illum, deæq. senium perdant, qui me hodie remoratus est.

Meq; adeo, qui restiterim; tum autem qui illum non flocci fecerim.

Sed eccum parmenonem. salue. Pa, *quid tu es tristis? quid ve alacris?*

Vnde is? C. *ego hercle nescio, neque vnde eam, neque quorsum eam:*

Ita prorsum oblitus sum mei.

Pa. *Qui quæso?* C. *amo.* Pa. *ehem.* C. *nunc te* Par*meno ostendes, qui vir sies.*

Scis te mihi sæpe pollicitũ esse: Cherea, aliquid inueni

Modo, quod ames: in ea re vtilitatem ego faciam vt noscas meam.

Cum in cellulam ad te patris penum omnem congerebam clanculum.

Pa. *Age ineptè.* Ch. *hoc hercle factum est. fac, sis, nunc promisse appareant.*

Siue adeo digna res est, vbi tu neruos intendas tuos.

Haud similis virgo est virginum nostrarum: quas

matres

matres student.
Demissis humeris esse, vincto pectore, vt gracilæ fiēt;
Si qua est habitior paulò, pugilem esse aiunt, deducūt cibum:
Tametsi bona est natura, reddunt curatura iunceas:
Itaque ergo amantur. Pa. *quid tua isthæc?* C. *noua figura oris.* Pa. *papæ.*
Ch. *Color verus, corpus solidū, & succi plenum.* Pa. *anni.* C. *sexdecim.*
Pa. *Flos ipse.* C. *hanc tu mihi, vi, clam, precario Fac tradas, mea nihil refert, dum potiar modo.*
Pa. *Quid, virgo cuia est?* C. *nescio hercle.* P. *vnde est?* C. *tantundem.* P. *vbi habitat?*
Ph. *ne id quidem.* P. *vbi vidisti?* C. *in via.* P. *qua ratione amisisti?*
C. *Id equidem adueniens mecum stomachabar modò:*
Neq; quemq̄ hoīem esse ego arbitror, cui magis bonæ
Felicitates omnes aduersæ sien.
Pa. *Quid hoc est sceleris?* C. *perij.* P. *quid factum est?* C. *rogas?*
Patris cognatum, atque æqualem Archidemidem
Nostin? P. *quid ni?* C. *is, dum sequor hanc, fit mihi obuiam.*
Pa. *Incommodè hercle.* Ch. *imo enimuero infeliciter.*
Nam incommoda alia sunt dicenda, Parmeno.
Illum liquet mihi deierare, his mensibus
Sex septem prorsum non vidiße proxumis,
Nisi nunc, cum minimè vellem minimeq. opus fuit.
Eho, nōne, hoc mōstri simile est? quid ais? P. *maxume.*
Ch. *Continuo accurrit ad me quàm longe quidem,*
Incuruus tremulus, labijs demissis gemens:
Heus, heus, tibi dico Chærea, inquit, restiti.

Scin' quid ego te volebam? dic. cras est mihi.
Iudicium. quid tum? vt diligenter nuncies
Patri, aduocatus mane mihi esse vt meminerit.
Dum hęc dicit, abijt hora rogo, vum quid velit,
Rectè, inquit. abeo. cum huc respicio ad virginem,
Illa sese interea commodum huc aduorterat
In nostrā hanc plateam. Pa. *mirū. ni hanc dicit, modo*
Huic quæ data est dono. C. *huc cū aduenio, nulla erat*
PA. *Comites secuti scilicet sunt virginem?*
Ch. Verum parasitus cum ancilla. Pa. *ipsa est scilicet.*
Desine: iam conclamatum est. Ch. *alias res agis.*
Pa. Isthuc ago quidē. Ch. *nostin', quæ sit? dic mihi: aut*
Vidistin' Pa. *uidi, noui, scio, quò abducta sit.*
Ch. O Parmeno mi, nostin'? Pa. *noui.* C. *& scis, ubi siet?*
Pa. Huc deducta est ad Thaidem: ei dono data est.
Ch. Quis is est tam potens cum tanta munere hoc? P. *miles Traso;*
Phædriæ riualis. C. *duras fratris partes prædicas.*
Pa. *Immo enim si scias quod donum huic dono contra comparet,*
Tum magis id dicas. C. *quodnam quæso hercle?* Pa. *Eunuchum.* C. *illum ne obsecro.*
In honestum hominem, quem mercatus est here, senem, mulierem?
Pa. *Istūc ipsum.* C. *homo quatietur certè cū dono foras.*
Sed istā Thaidē nō sciui nobis vicinā. Pa. *haud diu est*
Ch. perij nūquā ne ēt me illam uidisse? ehodum dic mihi
Est ne, ut fertur, forma? Pa. *sanè.* C. *at nihil ad nostram hanc.* Pa. *alia res est.*
Ch. Obsecro te hercle parmeno, fac ut potiar. Pa. *faciam sedulo, ac*
Dabo operam, aiutabo, nunquid me a iad vis? C. *quò*

nunc

nunc is : Pa. *domum.*

Ut mancipia hæc, ita vt iussit frater deducam ad Thaidem.

Ch.*O fortunatum istum Eunuchum, qui quidem in hãc detur domum.*

Pa.*Quid ita ?* C.*rogitas ? summa forma semper conseruam domi*

Videbit, colloquetur, aderit vnà in unis ædibus,

Cibum nonnunquam capiet cum ea, interdum propter dormiet.

Pa. *Quid, si nunc tute fortunatus fias ?* C. *quare Parmeno ?*

Responde. Pa.*capias tu illius vestem.* C. *uestem ? quid tum postea ?*

Pa.*Pro illo te deducam.* C. *audio.* P.*te esse illum dicam* C. *intelligo.*

P.*Tu illis fruare cõmodis, quibus tu illũ dicebas modo:*

Cibũ unà capias, adsis, tãgas, ludas, propter dormias

Quandoquidem illarum, neque quisquam te nouit, neque scis quis sies.

Præterea forma, ætas, ipsa est facile ut te pro Eunucho probes.

Ch.*Dixti pulcrè: nunquam vidi melius consilium dari.*

Age eamus intro : nunc iam orna me, abduc, duc, quantum potes.

P. *Quid agis ? iocabar equidem* C. *garris perij, quid ego egi miser?*

Quo trudis ? perculeris iam tu me : tibi equidem dico, mane,

Ch.*Eamaus.* P.*Pergin' ?* C.*certum est.* P. *vide, ne nimium callidum hoc sit modò.*

C.*Non est profectò. sine.* P.*at enim istbæc in me cudetur*

tur faba.ab.

Flagitium facimus. C.*an id flagitium eſt, ſi in domū meretriciam.*

Deducar, & illi crucibus, quæ nos, no ſtramq. adoleſcentiam

Hebent deſpicatam, & quæ nos ſemper omnibus cruciant modis,

Nunc referam gratiam, atque eas itidem fallam, ut ab illis fallimur?

An potius hæc pati, æquom eſt fieri, vt a me ludatur dolis;

Quod qui reſcierint, culpent; illud meritò factum omnes putent.

P.*Quid iſthoc? ſi certum eſt facere, faciam, verum ne poſt conferas*

Culpam in me.C.*non faciam* P.*iubes'ne*? C.*iubeo, cogo, atque impero.*

P.*nunquam defugiam auctoritatem: ſequere*. C.*dij vortant bene.*

ACTVS TERTII, SCENA PRIMA

Thraſo, Gnatho, Parmeno.

T. MAGNAS *verò agera gratias Thais mihi.*

G. *Ingéteis*. T.*ain'tu, læta eſt*? G.*non tā ipſo quidē*

Dono, quàm abs te datum eſſe: id uero ſerio

Triumphat. P. *huc prouiſo, ut, ubi tempus ſiet,*

Deducam ſed eccum militem. T. *eſt iſthuc datum*

Profectò mihi, ut ſint grata, quæ facio, omnia.

G.*Aduorti hercle animū*. T. *vel rex ſemper maxumas*

Mihi agebat, quid feceram, alijs non item

G.*Labore*

G. Labore alieno magno partam gloriam,
Verbis sæpe in se transmouet, qui habet salem,
Qui in te est Th. habes. Gn. rex te ergo in oculis. Th. scilicet.
G. Gestare. T. vero credere omnem exercitum,
Consilia. G. mirum T. tum si cubi eum satietas
Hominum aut negoti si quando odium ceperat.
Requiescere vbi volebat, quasi: nostin'? G scio.
Quasi vbi illa èxpuret miseram ex animo. T. tenes.
Tum me conuiuam solum abducebat sibi. G. hui,
Regem elegantem narras. T. immo sic homo
E perpaucorum hoīum. G. immo nullorum arbitror.
Si tecum viuit. T. inuidere omnes mihi,
Mordere clanculum ego non flocci pendere:
Illi inuidere miserè. verum vnus tamen
Impense elephantis quem Indicis præfecerat,
Is vbi molestus magis est, quæso inquam, Strato
Eo ne es ferox, quia habes imperium in belluas?
G. pulchrè mehercle dictum, & sapienter papæ,
Ingularas hominem. quid ille? T. mutus illico.
G. Quid ni esset? P. dij nostrā fidem, hominē perditum,
Miserumq. et illum sacrilegum. T. quid illud Gnatho,
Quo pacto Rhodium tètigerim inconuiuio,
Nunquid tibi dixi? GN. nunquā; sed narra obsecro
Plus milli es iam audiui. T. vnà inconuiuio.
Erat hic, quem dico, Rhodius adolescentulus.
Fortè habui scortum: cœpit ad id alludere,
Et me irridere quid ais, inquam homo impudens;
Lepus tute es, & pulpamentum quæris. G. ha, ha, hæ.
T. Quid est? G. facetè, lepidè lautè, nihil supra.
Tuum obsecro ne hoc dictum erat? uetus credidi.
T. Audieras? G. sæpe; et fertur in primis. T. meū est.

G. Do-

G. *Dolet dictum imprudenti adolescenti, & libero.*
P. *At te dij perdant.* G. *quid ille quæso?* T. *perditus.*
Risu omnes qui aderant, emoriri. denique
Metuebant omnes iam me. G. *non iniuria.*
T. *Sed heus tu purgon' ego me de istbac Thaidi.*
Quòd eam me amare suspicatur; G. *nihil minus,*
Immo magis auge suspicionem. T. *cur?* G. *rogas:*
Scin'? si quando illa mentionem Phædriæ
Facit, aut si laudat te, vt male vrat. T. *sentio.*
G. *Id vt ne fiat, hæc res sola est remedio.*
Vbi nominabit Phædriam, tu Pamphilam
Continuo si quando illa dicet Phædriam
Comessatum intromittamus, tu Pamphilam
Cantatum prouocemus si laudabit, hæc
Illius formam: tu huius contra denique
Par pro pari referto, quod eam remordeat.
T. *Siquidem me amaret, tum istbuc prodeßet Gnatho.*
G. *Quando illud, quod tu das, expectat, atque amat;*
Iam dudum amat te, iam dudum illi facile fit,
Quod doleat: metuet semper, quem ipsa nunc capit.
Fructum ne quando iratus tu aliò conferas.
T. *Bene dixti, at mihi istbuc non in mente venerat.*
G. *Ridiculum: non enim cogitaras; cæterum,*
Idem hoc tute melius quantò inuenisses Thraso;

ACTVS TERTII SCENA II.

Thais, Thraso, Parmeno, Gnato, Pythias.

Th. A*VDIRE vocem visa sum modo militis;*
Atq; eccum salue mi Thraso. T. *o Thais mea*
Meum suauium, quid agitur: ecquidem nos amas

De fidicina isthac? P. quàm venuste, quod dedit
Principium aduenieus. TH. *plurimum merito tuo.*
G. *Eamus ergo ad cœnam; quid stas?* P. *hem alterum.*
Ex homine hunc natũ dicas. Th. *vbi vis, non moror.*
P. *Adibo, atque ad simulabo, quasi nunc exeam.*
Ituran' Thais quopiam es? Th. *ehem Parmeno,*
Bene fecisti, hodie itura. P. *quò?* Th. *ecquid hũc vides*
P. *Video, & me tædet. vbi vis, dona adsunt tibi*
A Phædria. Th. *quid stamus; cur non imus hinc*
P. *Quæso herclè vt liceat, pace quod fiat tua,*
Dare huic quæ volumus, conuenire et colloqui;
Thr. *Perpulchra credo dona, haud nostris simillia.*
Pa. *Res indicabit heus iubet istos foras*
Exire quos iussi, ocyus, procede tu huc.
Ex Aethiopia est vsque hæc. T. *hic sunt tres minæ.*
G. *Vix.* P. *Vbi tu es Dore? accede huc. hẽ eunuchũ tibi*
Quàm liberali facie, quam ætate integra?
Th. *Ita me dij amẽt, honestus est.* P. *quid tu ais Gnatho;*
Nũquid habes quod cõtẽnas? quid tu autem Thraso?
Tacent: satis laudant. fac periculum in litteris,
Fac in palæstra, in musicis, quæ liberum
Scire æquom est adolescentem, solertem dabo.
Thr. *Ego illum eunuchum, si sit opus, vel sobrius.*
P. *atque hæc qui misit, non sibi soli postulat*
Te viuere, & sua causa excludi cæteros:
Neque pugnas norrat, neque cicatrices suas
Ostentat, neque tibi obstat: quod quidam facis.
Verum, vbi molestum non erit, vbi tu voles,
Vbi tempus tibi erit, sat habet, si tum recipitur.
Thr. *Apparet seruom hunc esse domini pauperis,*
Miserique. G. *nam hercle nemo posset sat scio,*
Qui haberet, qui pararet alium, hunc perpeti.

P. Ta-

P. *Tace tu, quem esse ego puto infra omnes infimos*
Homines, nam, qui huic animum assẽtari induxeris,
E flamma te petere cibum posse arbitror.
Th. *Iã ne imus?* Th. *hos prius introducam, &, qua volo*
Simul imperabo: postea continuò exeo,
Thr. *Ego hinc abeo: tu istam opperire.* P. *haud conuenit*
Vnà ire cum amica imperatorem in via.
Thr. *Quid tibi ego multa dicam? domini similis es.*
G. *Ha, ha, hæ.* T. *quid rides?* G. *istuc, quod dixti modò*
Et illud de Rhodio dictum in mentem venit.
Sed Thais exit. T. *abi: præcurre, ut sint domi*
Parata omnia. G. *fiat.* Th. *diligenter Pythias*
Fac cures si Chremes huc fortè aduenerit,
Ut ores, primum vt maneat, si id non commodũ est;
Vt redeat, si id non poterit, ad me adducito.
Py. *Ita faciam.* Th. *quid? aliud volui dicere?*
Hem, curate istam diligenter virginem.
Domi adsitis, facite. T. *eamus* Th. *uos me sequimini.*

ACTVS TERTII, SCENA III.

Chremes, Pythias.

Ch. *PRofectò quanto magis, magisq. cogito,*
Nimirum dabit: hæc Thais mihi magnum malum.
Ita me video ab ea astutè labefactarier.
Iam tum, cum primum iussit me ad se accersier,
(Roget quis, quid tibi cum illa? ne noram quidem)
Vbi veni, causam, vt ibi manerem, repperit;
Ait rem diuinam fecisse, & rem seriam
Velle agere mecum. iam tum erat suspectio,
Dolo malo hæc fieri omnia, ipsa accumbere
Mecum, mihi sese dare, sermonem quærere.
Vbi friget, huc euasit, quàm pridem pater

Mihi,& mater mortui essent dico.iamdiu.
Rus.Sunij ec quod habeam,& quam longe a mari.
Credo ei placere hoc;sperat se a me auellere.
Postremò,acqua in die parua perisset soror;
Ecquis cum ea vnà;quid habuißet,cum perit;
Ecquis eam posset noscere hæc cur quæritet?
Nisi illa fortè,quæ olim perijs paruola
Soror,hanc se intendit esse,vt est audacia.
Verum ea si viuit,annos nata est sedecim,
Non maior:Thais,ego quàm sum, maiuscula est.
Misit porro orare vt uenirem serio.
Aut dicat quid volt,aut molesta ne siet.
*Non hercle veniã tertio heus heus.*Py.*hic quis est?*
Ch.*Ego sum Chremes.*Py.*ò capitulum lepidissimum.*
Ch.*Dico ego mihi insidias fieri?*Py.*Thai maxume*
*Te orabat opere,vt cras redires.*Ch.*rus eo.*
Py.*Fac.amabo.*Ch.*non possum.inquam* Py.*at apud nos hic mane,*
*Dum redeat ipsa.*Ch.*nihil minus.* Py. *cur mi Chremes?*
Ch.*Malam rẽ abis hinc?*Py.*si istuc ita certum est tibi*
*Amabo,vt illuc transeas vbi illa est.*Ch.*eò.*
Py.*Abi Dorias,citò hunc deduce ad militem.*

ACTVS TERTII, SCENA IIII.

Antipho.

HERI *aliquot adolescentuli coijmus in Pyreo,*
In hũc diẽ vt de symbolis essemus.Charcã ei rei
Prefecimus dati annuli:locus tempus constitutũ est
Præterijt tẽpus:quo in loco dictũ est parati nihil est.
Homo ipse nusquam est,neque scio, quid dicam, aut
quid

quid coniectem.

Nunc mihi hoc negoti ceteri dederẽ, vt illum quærã:
Idq. adeo visã si domi ẽ quispiã hinc à Thaide exit?
Is est, an non est? ipsus est. quid hoc hominis? quid est hic ornatus?
Quid illud mali est? nequeo satis mirari neq; coniicere
Nisi quidquid est procul hinc libet prius, quid sit, sciscitari.

ACTVS TERTII, SCENA V.

Chærea, Antipho.

Ch. NVM *quis hic est? nemo est num quis hinc me sequitur? nemo homo est.*
Iam ne erumpere hoc licet mihi gaudiũ? pro Iuppiter
Nunc profectò est cum perpeti me possum interfici:
Ne vita aliqua hoc gaudium cõtaminet ægritudine.
Sed neminem ne curiosum interuenire nunc mihi,
Qui me sequatur, quoquò eam, rogitando obtundat, enecet,
Quid gestiam, aut, quid lætus sim, quò pergam, vnde emergam, ubi siem
Vestitum hunc nactus, quid mihi quæram, sanus sim anne insaniam?
A *Adibo, atq. ab eo gratiam hanc uideo uelle inibo.*
Chærea, quid est quod quã sic gestis, quid sibi hic uestitu quærit?
Quid est quod lætus sis? quid tibi uis? satisne sanus? quid me
Aspectas? quid taces? Ch. *ò. festus dies hominis: amice*
Salue: nemo omnium est, quem ego magis nunc cupe-

rem uidere.

A. *Narra isthuc quæso quid sint.* CH. *immo ego te obsecro hercle, ut audias.*

Nostin hanc. quam frater amat? A *noui, nempè opinor, Thaidem.*

CH. *Istam ipsam* A. *sic commemineram.* CH. *quædam hodie est ei dono data.*

Virga quid ego eius tibi nunc faciem prædicem, aut laudem Antipho, (*siem?*

Cum ipsũ me noris, quã elegans formarum spectatur

In hac commotus sum. A. *aintu?* CH. *primam dices, scio, si uideris.*

Quid multa verba? amare cœci. fortè fortuna domi

Quidã erat eunuchꝰ, quẽ mercatꝰ fuerat frater Thaidi

Neque is deductus etiam tum ad eam. summonuit, me Parmeno

Ibi seruus quod ego erripui. A. *quid est?.* C. *tacitus cuius audies;*

Vt vestem cum illo mutem, & pro illo iubeam me illuc ducier.

A. *Pro eunuchon?* C. *sic est.* A. *quid tandem ex ea re, vt caperes commodi;*

Ch. *Rogas, viderem, audirem, essem vna, qua cum cupiebam Antipho.*

Nam parua causa, aut parua ratio est? traditus sum mulieri.

Illa illicò vbi me accepit, læta verò ad se abducit domũ

Commendat virginem. cui; tibi ne? Ch. *mihi.* A. *satis tutò tamen.*

C. *Edicit, ne vir quisquam ad eam adeat, & mihi, ac abscendam, imperat.*

In interiore parte ut maneam solus cum sola, annuo,

Terram

Terram intuens modestè. An. miser. Ch. ego, inquit, ad cœnam hinc eo.
Abducit secum ancillas: paucæ, quæ circum illam essent, manent.
Nouitiæ puellæ continuò hæc adornant, vt lauet.
Adhortor, properent. dum apparatur, virgo in conclaui sedet.
Suspectans tabulam quandam pictam, vbi inerat pictura hæc, Iouem
Quo pacto Danae misisse aiunt quondam in gremium imbrem aureum.
Egomet quoq; id spectare cœpi. & quia consimilē luserat
Iā olī ille ludū, impēdio magis aīus gaudebat mihi,
Deum sese in hominem conuertisse, atque per alienas tegulas.
Fucū factum mulieri, venisse per impluuiū clanculū.
At quē Deum? qui tēpla cœli summa sonitu cōcutit
Ego homuncio hoc non facerem? ego verò illud feci, ac lubens.
Hæc dū mecū reputo accersitur lauatū interea uirgo.
It, lauit, redit; deinde illam in lecto illæ collocarunt.
Sto expectans, si quid mihi imperent. uenit una, heus tu, inquit, Dore
Cape hoc flabellū, et uētulū huic sic facito dū lauamur
Vbi nos lauerimus si uoles, lauato. accipio tristis.
A. Tum equidem isthuc os tuum impudens uidere nimium uellem.
Status quis esset, flabellum tenere te asinum tātum,
B. Vix elocuta est hoc foras simul omnes proruunt se.
Abeunt lauatum, perstrepunt, ita ut fit, domini ubi absunt.
Interea somnus uirginem opprimit, ego limis aspecto

Sic per flabellū clanculum, & simul alia circū specto
Satin' explorata sint. video esse. pessulum ostio obdo.
A. *quid tum;* Ch. *quid tum fatue;* A. *fateor.* Ch. *egon occasionem.*
Mihi ostentatam. tam breuem, tam optatam, tam insperatam.
Amitterē? tum pol ego is essē uerè, qui assimulabar.
A. *Sanè hercle vt dicis. sed interium de symbolis quid actum est;*
C. *Paratum est.* A. *frugi es: vbi? domin?* C. *immo apud libertum Discum.*
A. *Perlogè est.* C. *sed tanto ocyus properemus.* A. *muta vestem.*
C. *Ubi mutē? perij: nā domo exulo nunc: metuo fratrē*
Ne intus sit: porrò autem, pater ne rure redierit iam.
A. *Eam⁹ ad me: ibi proximū est ubi mutes.* C. *rectè dicis*
Eamus: & de isthac simul, quo pacto porrò possim.
Potiri, consilium volo capere vna tecum. A. *fiat.*

ACTVS QVARTI, SCENA I.

Dorias.

ITA me dij bene ament, quantum ego illum vidi, non nihil timeo
Mesera, ne quam ille hodie insanus turbam faciat, aut Thaidi.
Nam postquam iste aduenit Chremes adolescens frater virginis,
Rogat, illū admitti vt iubeat ille cōtinuò irasci, neq;
Negare audere: Thais porrò instare, vt hominem inuitet, id.

Faciebat

Faciebat retinēdi illius causa: quia, illa que cupiebat
De sorore eius indicere, ad eam rē tempus non erat,
Inuitat tristis. mansit ibi illa cum illo sermonē illico.
Miles verò sibi putare adductū ante oculos æmulū.
Voluit facere contrà huic ægrè: heus, heus, inquit, puer huc Pamphilam.
Accerse, vt delectet hic nos. illa exclamat, minimè gentium.
In conuiuium illam? miles tendere inde ad iurgium.
Interea aurum sibi clam mulier demit, dat mihi vt auferare.
Hoc est signi, vbi primum poterit, sese illinc subducet, scio.

ACTVS QVARTI, SCENA II.

Phædria.

DVM rus eo, cœpi egomet metum inter vias,
Ita ut fit, vbi quid in animo est molestiæ,
Aliam rem ex alia cogitare, & ea omnia in
Peiorem partem quid opus est verbis? dum hæc puto,
Prætereŭ imprudens villam longè iam abteram,
Dum sensi. redeo rursum, male verò me habens.
Vbi ad ipsum veni diuertuulum constiti:
Occœpi mecum cogitare, hem biduum hic
Manendum est soli sine illa? quid tum postea?
Nihil est. quid? nihil? si non tangendi copia est,
Eho, ne videndi quidem erit? si illud non licet.
Saltem hoc licebit. certe extrema linea
Amare, haud nihil est; villam prætereo sciens.
Sed qd hoc est, quod timida subitò egreditur pythias?

ACTVS

ACTVS QVARTI, SCENA III.

Pythias, Dorias, Phædria.

Py. VBI *illum ego scelerosum, misera, atque impium inueniam? aut vbi*
Quæram? hoccine tam audax facinus facere esse ausum? Ph. *perij: hoc quid sit vereor.*
Py. *Quin insuper etiam scelus, postquam ludificatus est virginem.*
Vestem oēm miseræ discidit. tu ipsũ capillo conscidit.
Ph. *Hem.* Py. *qui nunc si detur mihi.*
Vt ego unguibus facilè illi in oculos inuolē uenefico.
Ph. *Profecto nescio quid absēte nobis turbatũ est domi.*
Adibo. quid isthuc? quid festinas? aut quem quæris Pythias.
Py. *Hem. Phædria, egon' quem quæram? abi hinc, quò dignus es cum donis tuis.*
Tam lepidis. Ph. *quid isthuc est rei?*
Py. *Rogas me? Eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit?*
Vitiauit virginem, quam heræ dederat dono miles.
Ph. *quid ais?*
Py. *Perij* Ph. *temulenta es.* Py. *utinam sic sient mihi, qui male uolunt.*
D. *Au, obsecro mea Pythias, quid istuc nàm mõstri fuit*
Ph. *Insanis: qui istuc facere Eunuchus potuit?* Py. *ego illum nescio*
Qui fuerit: hoc, quod fecit, res ipsa indicat.
Virgo ipsa lacrumat, neque, cum rogites, quid sit, audet dicere.

Ille autem bonus uir nusquam apparet. etiam hoc misera suspicor,

Aliquid domo abeuntem abstulisse. Ph. *nequeo miraris satis,*

Quò abire ignauos ille possit longius, nisi domum

Forte ad nos rediit. Py. *vise, amabo, num sit* Ph. *iam faxo scies.*

D. *Perii, obsecro, tam infandum facinus mea tu, ne audiui quidem.*

Py. *At pol ego amatores audieram mulierum esse eos maxumos,*

Sed nihil potesse: verũ miseræ non in mentẽ venerat,

Nam illum liquò conclusem, neque, illi commisissem virginem.

ACTVS QVARTI, SCENA IV.

Phædria, Dorus, Pythias, Dorias.

Ph. EXI foras scelesté: at etiam restitas?

Fugitiue prodi male conciliate. Do *obsecro.* Ph. *oh,*

Illud vide os, vt sibi distorsit carnufex.

Quid huc reditio est? quid vestis mutatio est?

Quid narras? paulum si cessassem Pythia,

Domi non offendissem: ita iam ornabat fugam.

Py. *Habesne hominem, amabo?* Ph. *quidni habeam?* Py. *ò factum bene.*

Do. *isthuc pol verò bene.* Py. *vbi est?* Ph. *rogitas? non vides.*

Py. *Videam obsecro, quem?* P. *hunc scilicet.* Py. *quis hic est homo?*

Ph. *Qui*

Ph.*Qui ad vos deductus hodie.est.*Py.*hunc oculis suis*
Nostrarum nunquam quisquam vidit: Phædria.
Ph.*Non uidit?* Py.*an tu hunc credidisti esse, obsecro,*
Ad nos deductum? P.*nunque alium habui neminem.*
Py.*au,*
Ne comparandus hic quidem ad illum est.ille erat
Honesta facie,& liberali. P. *ita visus est*
Dudum,quia varia veste exornatus fuit:
Nunc tibi videtur fœdus,quia illam non habet.
Py.*Tace obsecro;quasi verò paulum intersiet.*
Ad nos deductus hodie est adolescentulus,
Quem tu verò videre velles Phædria.
Hic est vetus,vietus,veternosus,senex,
*Colore mustellino.*Ph.*hem,quæ hæc fabula?*
Eò redigis me,vt,quid egerim egomet nesciam.
Eho tu,emin'ego te? Do.*emisti.*Py.*iube mihi denuo*
*Respōdeat.*P.*roga.*Py.*uenistin' hodie ad nos? negat.*
At ille alter uenit annos natus sexdecim:
*Quem secum adduxit Parmeno.*P.*agedum,hoc mihi expedi:*
Primum unde habes istam, que habes uestem? taces?
Mōstrum hominis,non dicturus? Do.*uenit Chærea.*
Ph.*Fraterne?* Do. *ita est.*Ph.*quando?* Do.*hodie.* Ph.*quàm dudum?* Do.*modò.*
Ph.*Qui Cum?*Do.*cū Parmenone.*Ph.*norasne eū prius?*
Do.*Non,nec,quis esset,unquam audieram dicier.*
Ph.*Unde igitur,meū fratrē esse,sciebas?* Do.*Parmeno*
*Dicebat eum esse: is dedit hāc mihi uestē.*Ph.*occidi,*
Do.*Meam ipse induit: post und ambo abierunt foras.*
Py.*Iā satis credis sobriam esse,me,& nihil mētitā tibi?*
Jam satis certum est uirginem uitiatam esse? Py.*age nunc bellua,*

Credis,

Credis huic quod dicat; Py.quid isti credam? res ipsa indicat.

Ph.Concede isthuc paululum.audin? etiam paululum sat est.

Dic dum hoc rursum, Chærean'tuam vestem detraxit tibi?

Do.Factum.P.et ea est indutus? D.factum.P.et pro te huc deductus est? Do.ita.

P.Iuppiter magne,o scellestum,atque audacem hominem Py.uæ mihi.

Etiam nunc non credis indignis nos irrisas modis?

Ph.Mirũ ni tu credas,quod iste dicat.quid agã nescio.

Heus tu negato rursum. possum ne ego hodie ex te exculpere.

Verum? vidistin'fratrem Chæream? Do.non.Ph.non potest sine

Malo fateri, video,sequere me hac.modo ait,modo negat.

Ora me Do.obsecro te verò Phædria.Ph.I intro.Do. hoi,hei.

Ph.Alio pacto honestè quo modo hic nunc abeã, nescio:

Actum est si quidem.tu me hic etiam nebulo ludificabere?

Py.Parmenonis tã scio esse hanc technã,que me viuere.

Do. Sic est. Py.inueniam hodie, parem ubi pol referam gratiam.

Sed nunc quid faciẽ dũ cẽses Dorias? D.de istac rogas

Virgine; Py.ita, vtrum taceam ne,an prædicem; Do. pol,si sapis,

Quod scis nescis,neque de Eunucho,neque de vitio, virginis,

Hac re,& oĩ turba euolue, te,et illi gratum feceris.

Id mo-

Id modò dic, abiſſe Dorum. Py. *ita faciam.* Do. *ſed videon' Chremem?*
Thais iam aderit. Py. *quid ita?* Do *quid, cum inde abeo, iam tunc inceperat*
Turba inter eos. Py. *aufer aurum hoc: ego ſcibo ex hoc, quid ſiet.*

ACTVS QVARTI; SCENA V.

Chremes, Pythia.

Ch. *AT at, data hercle verba mihi ſunt: vicit vinum quod bibi.*
Ac dum accubabam, quam videbar mihi eſſe pulchre ſobrius
Poſtquam ſurrexi, neque pes, neque mens ſatis ſuum officium facit,
Py. *Chreme* C. *quis eſt? ehem Pythia, vah quanto nunc formaſior.*
Videre, quàm dudum? Py. *certe quidem tu pol multo alacrior.*
Ch. *Verbum hercle verum hoc eſt* SINE *Cerere, & Libero friget Venus.*
Sed Thais multo antè venit? Py. *an ne abijt iam a milite?*
Ch. *Iã dudum, ætatẽ. lites ſunt inter eos factæ maxuma*
Py. *Nihil dixit tum vt ſequere ſeſe?* C. *nihil, niſi abiens mihi innuit.*
Py. *Eho nonne id ſat erat?* C. *at neſciebam id dicere illam, niſi quia.*
Correxit miles, quod intellexi minus: nam me extruſit foras.
Sed eccã ipsã video, miror, vbi huic ego anteuorterĩ.

ACTVS

ACTVS QVARTI, SCENA III.

Thais, Chremes, Pythias.

Th. CREDO *equidem illum iam affuturum esse, vt illam à me eripiat: sine*
Veniat at qui si illã digito attigerit vno, oculi illico
Effodientur. vsq; eò ego illius ferre possum ineptias,
Et magnifica verba verba dũ sint. verũ enim si ad rẽ
Confrentur, vapulabit.
Ch. Thais, ego iam dudum hic adsum. T. *ò mi Chreme, te ipsum expectabam:*
Scin' tu turbam hanc propter te esse factum; & adeo ad te attinere hanc
Omnem rem? C. *ad me? qui? quasi isthuc.* T. *quia dum tibi sororem studeo*
Reddere, & restituere, hæc atque huiusmodi sum multa passa.
Ch. Vbi ea est? T. *domi apud me.* C. *ehem.* T. *quid est?*
Educta ita, vti teq. dignum est. C. *quid ais?*
T. *id quod res est.*
Hanc tibi dono, do, neque repeto pro illa abs te quid; quam pretij.
Ch. Et habetur, & refertur à me Thais tibi, ita vti merita es,
Gratia. Th. *at enim caue, ne priusquam hanc à me accipias, amittas*
Chreme: nam hæc ea est, quam miles à me vi nunc venit ereptum
Abi tu cistellam Pythias domo effer cũ monumẽtis.
Ch. Viden' tu illum Thais? Py. *vbi sita est?* *Ch. in risco odio sa*

odiosa cessas?

Ch.*Militem, secum ad te quantas copias abducere?*
At at at. Th. *num, formidolosus obsecro es mi homo?* Ch.*apagesis.*
Ego formidolosus? nemo est hoīum, qui viuat, minus.

Th.*Atque ita opus est,* Ch.*an, metuo, qualem tu me esse hominem existumes.*

Th.*Immò hoc cogitato qui cū res tibi est, peregrinus est*
Minus potens, quàm tu, minus notus, amicorum hic habens minus.

Ch.*Scio istbuc: sed tu quod cauere, possis, stultum admittere est.*
Malo ego nos prospicere, quā hūc vlcisci accepta ī iuria
Abi tu, atque ostium obsera intus, ego dum hinc trā scurro ad forum.
Volo ego adesse hic aduocatos nobis in turba hac. Th. *mane.*

Ch.*Melius est.* Th. *mane.* Ch. *omitte, iam adero* Th. *nihil opus est istis Chreme:*
Hoc dic, modò, sororem illam tuam esse, et te paruam virginem
Amisisse, nunc cognosse: signa ostende, Py.*adsunt;*
Th.*cape.*
Si vim faciet, in ius ducito hominem intellextin? C. *probè.*

Th.*Fac, animo hæc præsenti dicas,* C.*faciam.* Th.*attolle pallium.*
Perij. huic ipsi opus patrono est, quē defensorem paro.

ACTVS

ACTVS QVARTI, SCENA VII.

Thraso, Gnatho, Sanga, Chremes, Thais.

Th. HANCHINE *ego vt contumeliam tam insignem in me accipiam Gnatho?*
Mori me satius est. Simalio, Donax, Syrisce, sequimini
Primum ædeis expugnabo. Gn.*rectè.* Thr. *virginem eripiam* Gn.*probè.*
Thr.*Malè mutabo ipsam.* Gn.*pulchrè.* Thr.*in medium huc agmen cum vecti Donax.*
Tu Simalio in sinistrū cornu, tu Syrisce in dexterum.
Cedo alios: vbi centurio est? Sanga, & manipulus furum? S.*eccum adest.*
Thr.*Quid ignaue? peniculon pugnare, quin istum huc portes, cogitas?*
S.*Ego ne? imperatoris virtutē nouerā, & vim militū.*
Sine sāguine hoc fieri nō posse, qui abstergerē vulnera
Thr.*Vbi alij?* S.*qui, malū, alij? solus Sānio seruat domī.*
Thr.*Tu hosce instrue: hic ego ero post principia: inde omnibus signum dabo.*
G.*Illuc est sapere; vt hosce īstruxit, ipsus sibi cauit loco*
Th.*Idē hocce Pbyrrhus factitauit.* Ch.*viden tu Thais, quam hic rem agit?*
Nimirū cōsiliū illud rectū est de occludendis ędibus.
Th. *Sanè, quod tibi nunc vir videatur esse, hic nebulo magnus est*
Ne metuas. Thr,*quid videtur?* G.*fundam tibi nunc nimis vellem dari,*
Vt tu illos procul hinc ex occulto cęderes: facerēt fugā
Thr.*Sed eccam Thaidem ipsam uideo.* G.*quam mox irruimus?*

rimus? Thr.*mane.*

O M N I A *prius experiri verbis, quàm armis, sapientem decet.*

Qui scis, an quę iubeam sine vi faciat? G. *Dij vostram fidem,*

Quanti est sapere. nunquàm accedo ad te, quin abs te abeam doctior.

Th.*Thais, primum hoc mihi responde: cum tibi do istam uirginem.*

Dixtin hoc mihi dies soli dare te? Th.*quid tum postea?* Thr.*rogitas.*

Quæ mihi ante oculos amatorē corā adduxisti tuum

Th.*Quid cū illo vt agas; et cū eo clā subduxti te mihi?*

Th.*Libuit.* Thr.*Pamphilam ergo huc redde, nisi vi mauis eripi.*

C.*Tibi illā reddat? aut tu eā tangas? omnium.* Gn.*ah, quid ais? tace.*

Ch.*Quid tu tibi vis:* Thr.*ego non tangam meam?* Ch. *tuam autem furcifer?*

Gn.*Caue sis: nescis, cui maledicas nunc viro.* Ch.*nō tu hinc abis.*

Scin tu, vt ibi res se habeat? si quidquam hodie hic turbæ cœperis,

Faciam huius loci, dijque, meiq. semper memineris

Gn.*Miseret tui me, qui hunc tātum hominem facias inimicum tibi.*

Ch.*Diminuam ego caput tuum hodie, nisi abis.* Gn. *ain vero canis?*

Siccine agis? Thr.*quis tu es homo? quid tibi vis? quid cum illa rei tibi est?*

Ch.*Scibis. principio eam esse dico liberam.* Tr.*hem* Ch. *ciuem Atticam.* Thr.*hui.*

Ch.*Meam*

Ch.*Meam sororē.* Thr.*os durum.* Ch.*miles, nunc adeo edico tibi,*
Ne vim facias vllā in illā. Thais, ego eo da Sophronā
Nutricem, vt eam adducam, et signa ostendem hac. Thr.*tun' me prohibeas,*
Meā ne tangam; Ch.*prohibeo inquā.* Gn.*audin tu? hic furti se alligat.*
Ch.*Stati hoc est tibi.* Thr.*hoc idem tu Thais?* Tha. *quæ re qui respondeat.*
Thr.*Quid nunc agimus* Gn.*quin redeamus: iam hac tibi aderit supplicans*
Vltro T.*credin?* Gn.*immo certe: noui īgeniū mulierū*
Nolunt, vbi velis, vbi nolis cupiunt vltro. Thr.*bene putas.*
Gn.*Iam dimitto exercitum?* Thr.*vbi vis.* Gn. *Sanga! ita vti fortes decet,*
Miltes, domique, sociq. fac vicissim vt memineris
San Iam dudum est animus in patinis. G. *frugi es* Thr. *vos me hac sequimini.*

ACTVS QVINTI, SCENA PRIMA.

Thais Pythias.

T. PERGIN, *scelesta mecum perplexè loqui?*
Scio, nescio, abijt: audiui ego non affui.
Non tu isthuc mihi dictura apertè es, quidquid est.
Virgo conscissa veste lacrumans obticet,
Eunuchus abijt, quamobrē? quid factum est? taces?
Py.*Quid tibi ego dicam miser a! illum eunuchū negant*
Fuisse. Th.*quis fuit igitur?* Py.*iste Cherea*
Th.*Qui Cherea?* Py.*iste ephebus frater Phædriæ.*

Th. *Quid ais venefica?* Py. *atquis certo comperi.*
Th. *Quid is obsecro ad nos, quamobrem adductus. est.*
Py. *nescio.*
Nisi amasse credo Pamphilam. T. *hem misera occidi*
Infelix, si quidem tu isthæc vera prædicas.
Num id lacrymat virgo; Py. *id opinor.* T. *quid ais sacrilega?*
Istuccine interminata sum hinc abiens tibi;
Py. *Quid facerem; ita vt tu iusti soli credita est.*
Th. *Scelesta,* OVEM *lupo commisti, dispudet.*
Sic mihi data esse verba quid hominis illic est?
Py. *Hera mea tace obsecro saluæ sumus? hominem*
Habemus ipsū. T. *vbi is est;* P. *hem ad sinistrā, vides*
Ne. T. *vid eo.* Py. *comprehendi iube quantum potest.*
Th. *Quid illi facies stulta?* Py. *quid, faciam, rogas?*
Vide, amabo, si non, cum aspicias, os impudens
Videtur. Th. *non* Py. *tum, quæ eius confidentia est.*

ACTVS QVINTI, SCENA II.

Chærea, Thais, Pythias.

Ch. APVD *Antiphonem uterq; mater, & pater.*
Quasi dedita opera, domi erant, ut nullo modo
Introire possem, quin uiderent me. interim
Dum ante ostium sto, notus mihi quidnam obuiam
Venit. vbi vidi, ego me inpedes, quantum queo,
In angiportum quoddam desertum inde; item
In aliud, inde in aliud. ita miserrimus
Fui fugitando, ne quis me cognosceret.
Sed est ne hæc Thais, quam uideo? ipsa est hæreo.
Ah, quid faciam? quid mea autem? quid faciet mihi.
Th. *Adeamus. bone uir Dore, salue? dic mihi,*

An

Aufugistin? Ch. *hera, factū.* Th. *satin'id tibi placet?*
Ch. *Non.* Th. *credin'te impunè habiturum?* Ch. *unam hanc noxiam*
Mitte, si aliam unquam admisero ullam, occidito.
Th. *Num meam sæuitiam ueritus es?* Ch. *non.* Th. *Quid igitur?*
Ch. *Hanc metui, ne me criminaretur tibi.*
Th. *quid feceras?* Ch. *paulum quiddam.* Py. *ebo, paulum impudens;*
An paulum esse hoc tibi uidetur, uirginem
Vitiare ciuem? Ch. *conseruam esse credidi.*
Py. *Conseruam vix me contineo, quin inuolem in*
Capillum monstrum etiam ultro derisum aduenit id
Th. *Abi hinc insana.* Py. *quid ita uero? debeam.*
Credo, isti quidquam furcifero si id fecerim;
Præsertim cum se seruum fateatur tuum
Th. *Missa hæc faciamus non te dignum, Chærea,*
Fecisti nam si ego digna hac contumelia
Sum maxime, at tu indignus, qui faceres tamen.
Neque ædepol, quid nunc consili capiam, scio,
De virgine isthac, ita conturbasti mihi
Rationes omnes, vt eam non possim suis?
Ita vt æquom fuerat, atque vt studui tradere, vt
Solidum parerem hoc mihi beneficium, Chærea.
Ch. *At nunc dehinc spero æternam inter nos gratiam*
Fore, Thais, sæpe ex huiusmodi re quapiam, &
MALO *ex principio magna familiaritas*
Conflata est, quid, si hoc quispiam voluit deus?
Th. *Equidem pol in eam partem accipioq. & volo.*
Ch. *Immo ita quæso vnum hoc scito, contumeliæ*
Non me fecisse causa, sed amoris. Th. *scio,*
Et pol propterea magis nunc ignosco tibi.

Non adeò inhumano ingenio sum, Chærea,
Neque tam imperita, vt, quid amor valeat, nesciam,
Ch. *Te quoque iam Thais ita me dij bene ament amo.*
Py. *Tum pol ab isto tibi hera cauendum intellego.*
Ch. *Nō ausim.* Py. *nihil tibi quiquam credo.* Ch. *desinas*
Ch. *Ego me tuæ commendo, & committo fidei.*
Nunc ego te in hac re mihi oro. vt adiutrix sies;
Te mihi patronam cupio Thais te obsecro.
Emoriar si non hanc vxorem duxero.
Th. *Tamen si pater.* Ch. *quid? ah volet, certò scio,*
Ciuis modò hæc sit. Th. *paululum opperirier.*
Si vis, iam frater ipse hic aderit virginis:
Nutricem accersitum, ijt, quæ illam aluit paruolam,
In cognoscendo tute ipse aderis Chærea.
Ch. *Ego verò maneo* Th. *vis ne interea, dum is venit,*
Domi apperiamur potiusquam hic ante ostium?
Ch. *Immos percupio.* P. *quam tu rem actura obsecro es?*
Th. *Nam quid ita?* P. *rogas? hunc tu ædes cognitas.*
Recipere posthac; Th. *cur nō?* P. *crede hoc meæ fidei,*
Dabit, hic aliquā pugnā denuo. Th. *au, tace obsecro.*
Py. *Parum. perspexisse eius uidere audaciam.*
Ch. *Non faciam Pythia.* P. *non pol credo Chærea,*
Nisi si commissum non erit. C. *quin Pythias.*
Tu me seruato. P. *neque pol seruandum tibi*
Quidquam dare ausim neque te seruare apage te.
Th. *Optime adest ipse frater.* C. *perij hercle: obsecro*
Abeamus intro Thais nolo me in uia
Cum hac ueste videat. Th. *quamobrem tandem? an quia pudet;*
Ch. *Id ipsum.* P. *idipsum; uirgo uero.* T. *ipræ, sequar,*
Tu isthuc mane ut Chremen introducas Pythias.

ACTVS QVINTI, SCENA III.

Pythias, Chremes, Sophrona.

Py. QVID; *quid venire in mentem nunc possit mihi.*
Quidnam, qui referam illi sacrilego gratiam,
Qui hunc suppofuit nobis? C. *moue verò ocyus.*
Te nutrix. S. *moueo.* C. *video sed nil promoues.*
Py. *Jam ne ostendisti signa nutrici?* C. *omnia;*
Py. *Amabo, quid ait? cognoscitne?* C. *ac memoriter.*
Py. *Bene ædepol narras: nam illi faueo virgini.*
Ite intro: iam dudum hera vos expectat domi.
Virum bonum eccum Parmenonem incedere.
Video: vide, vt otiosus sit si dijs placet.
Spero me habere, qui hunc meo excruciem modo.
Ibo intro, de cognitione vt certum sciam:
Post exibo, atque hunc perterrebo sacrilegum.

ACTVS QVINTI, SCENA IV.

Parmeno, Pythias.

P. REVISO, *quidnam Chærea hic rerum gerat,*
Quòd si astu rem tractauit, dij vostram fidem,
Quantam, & quàm veram laudem capiet Parmeno?
Nam vt emittam, quòd ei amorem difficimum, &
Carissimum ab meretrice auara, virginem
Quam amabat, eam confeci sine molestia,
Sine sumptu, sine dispendio tum hoc alterum,
Id verò est quod ego mihi puto palmarium,
Me repperisse, quo modo adolescentulus

Meretri cum ingenia & mores posset noscere:
Maturè vt cum cognorit, perpetuò oderit.
Quæ dum foris sunt, nihil videtur mundius,
Nec magis compositum quidquā, nec magis elegans.
Quæ, cum amatore suo cum coenant, liguriunt.
Harum videre ingluuiem, sordes, inopiam.
Quàm inhonestæ solæ sint domi, atque auidæ cibi,
Quo pacto ex iure hesterno panem atrum vorent.
Nosse omnia, hæc, salus est adolescentulis.
Py. *Ego pol te pro istis dictis & factis, scelus*
Vlciscar; vt ne impune in nos illuseris.

ACTVS QVINTI, SCENA V.

Pythias, Parmeno.

P. PROH *Deum fidem facinus fœdum; ò infelicem adolesentulum,*
O scelestum Parmenonem, qui istum huc audixit. P. *quid est?*
Py. *Miseret me: itaque, vt ne viderem, misera huc effugi foras.*
Quæ futura exempla dicunt in eum indigna. Pa. *ò Iuppiter,*
Quæ illæc turba est? num nam ego perij? adibo. quid illuc Pythias?
Quid ais, in quem exempla fient? Py. *rogitas audacissime?*
Perdidisti istum, quem adduxti pro Eunucho adolescentulum,
Dum studes dare verba nobis. Pa. *quid ita? aut quid factum est? cedo.*

Py. Dicā, virginē istā Thaidi hodie quæ dono data est. Scin' eam hinc ciuem esse? & eius fratrem apprime nobilem?

Pa. Nescio. P. atqui sic inuēta est: eā iste vitiauit miser Ille vbi id resciuit factum frater violentissimus.

Pa. Quidnā fecit? Py. colligauit primū cū miseris modis.

Pa. Colligauit? hem. Py. atque equidem orante, ut ne id faceret, Thaide.

Pa. Quid ais? Py. nunc minatur porrò sese id, quod mœchis solet:

Quod ego nunquam uidi fieri, neque uelim. Pa. quæ audacia

Tantum facinus audet? Py. quid ita tantum? Pa. an non hoc maximum est?

Quis homo pro mœcho unquam uidit in domo meretricia

Deprendi quenquam? Py. nescio Pa. at ne hoc nesciatis Pythias,

Dico, edico uobis, nostrum esse illum herilem filium: Py. hem,

Obsecro an is est? Pa. ne quam in illum Thais uim fieri sinat.

Atque adeo autem cur non egomet intro eo? Py. uide Parmeno.

Quid agas, ne neque illi prosis, & tu pereas: nam hoc, putant,

Qui quid factum est, ex te esse ortum. Pa. quid igitur faciam miser?

Quidue incipiam? ecce autē uideo rure redeūtē senē.

Dicam huic, an nō? dicā hercle, etsi mihi magnū malum

Scio paratū: sed necesse est, huic ut subueniat. Py. sapis

Ego abeo intro: tu isti narrato ordine, ut factum siet.

ACTVS

ACTVS QVINTI, SCENA VI.

Laches, Parmeno.

L. *Ex meo propinquo rure hoc capio commodi:*
Neque agri, neque vrbis odiū me vnquā percipit.
Vbi satias cœpit fieri, commuto locum.
Sed est ne ille noster Parmeno? & certe ipsius est.
Quem præstolare Parmeno hic ante ostium;
Pa. *Quis homo est? hē saluum te aduenire, here, gaudeo.*
La. *Quem præstolare?* P. *perij: lingua hæret metu.* L. *hē,*
Quid est, quod trepidas? satis ne saluæ? dic mihi.
Pa. *Here primum te arbitrari, id, quod res est, uelim:*
Quidquid huius factum est, culpa non factum est mea.
La. *Quid?* Pa. *rectè sanè interrogasti, oportuit*
Rem prænarrasse me. emit quendam Phædria
Eunuchum, quē dono huic daret. La. *cui?* Pa. *Thaidi.*
La. *Emit; perij hercle: quanti?* Pa. *viginti minis.*
La. *Actū est.* P. *tū quādam fidicinam amat hic Chærea,*
La. *Hem, quid amat? an scit iam ille quid meretrix siet?*
An in astu venit; aliud ex alio malum.
Pa. *Here, ne me spectes: me impulsore hæc non facit,*
La. *Omitte de te dicere, ego te furcifer,*
Si uiuo sed isthuc, quidquid est, primum expedi.
Pa. *Is pro illo Eunucho ad Thaidem hanc deductus est.*
La. *Pro Eunuchon?* Pa *sic est, hunc pro mœcho postea*
Comprehendere intus, & constrinxere. La. *occidi.*
Pa. *Audaciam meretricum specta.* La. *nunquid est*
Aliud mali, damni ve. quod non dixeris
Reliquom? P. *tātū est.* La. *ceßon' huc intro irrumpere?*
Pa. *Nō dubium est, quò mihi magnū ex hac re sit malum*
Nisi,

Nisi, quia necesse fuit hoc facere, id gaudeo,
Propter me hisce aliquid esse euenturum mali:
Nam iam diu aliquam causam quærebat senex.
Quamobrem insigne aliquid faceret ijs: nunc repperit

ACTVS QVINTI, SCENA VII.

Pythias, Parmeno.

Py. NVNQVAM *ædepol quidquam iam diu, quod magis vellem euenire,*
Mihi euenit, quàm quod modo senex intro ad nos venit errans.
Mihi solæ ridiculo fuit, quæ, quid timeret, sciebam.
Pa. *Quid hoc autem est?* Py. *nunc id prodeo, vt conueniam Parmenonem,*
Sed vbi obsecro est? Pa. *men' quærit hæc?* Py. *atque eccum uideo: adibeo.*
Pa. *Quid est inepta? quid tibi uis? quid rides? pergin'?* Py. *perij.*
Defessa iam sum misera te ridendo? Pa. *quid ita?* P: *rogitas?*
Numquã ædepol hoĩem stultiorẽ uidi, nec uidebo, ah.
Non pote satis narrare, quos ludos præbueris intus.
At etiam primò callidũ, & disertum credidi hoĩem,
Quid? illico'ne credere ea, quæ dixi, oportuit te?
An pœnitebat flagitij, te auctore. quod fecißet
Adolescẽs, ni miserum insuper etiã patri indicare.
Nã quid illi credis animi tum fuisse, vbi uestẽs uidit
Illã esse eum indutum pater; quid? iã scis te perijsse
Pa. *Ehẽ quid dixti pessuma? an mẽtita es? etiã rides?*
Itan' lepidum tibi visum est scelus, nos irridere? Py. *nimium.*

nimium.

Pa. *Si quidem istbuc impune babueris?* Py. *verum; Par-reddam hercle.* Py. *credo.*

Sed in diē istuc Parmeno est fortasse, quod minitare:
Te iam pendebis qui stultum adolescētulum nobilitas
Flagitijs, & eundem indicas: vterque in te exempla edent.

P. *Nullus sum.* Py. *hic pro illo munere tibi honos est habitus abeo.*

Pa. *Egomet meo indicio miser, quasi sorex, hodie perij.*

ACTVS QVINTI, SCENA VIII.

Gnato, Thraso.

Gn. *QVID nunc; qua spe, aut quo consilio huc imus? quid cœptas Thraso?*
Ego'ne? vt Thaidi me dedam, et faciam quod iubeat.
les? Gn. *quid est?*

Th. *Quid minus, huic quàm Hercules seruiuit Ompha* Gn. *exemplum placet.*
Vtinam tibi commitigari videa sandalio caput.
Sed quid? fores crepuere ab ea, quid aūt hoc est mali?
Hunc ego nunquam videram etiam. quidnam properans hinc prosilit?

ACTVS QVINTI, SCENA IX.

Chærea, Parmeno, Phædria, Gnato, Thais.

Ch. *O Populares, ecquis me viuit hodiè fortunatior?*
Nemo hercle quisquam: nam in me planè dij potes-

potestatem suam
Omnem ostendere, cui tam subito tot congruerint commoda.
Pa. *Quid hic lætus est?* Ch. *ô Parmeno mi, ô mearum voluptatum omnium.*
Inuentor, inceptor, perfector, scin'me in quibus sim gaudijs?
Scis Pamphilam meam inuentam ciuem? Pa. *audiui.* C. *scis sponsam mihi?*
Pa. *Bene, ita me dij ament, factum.* Gn. *audin' tu illum? quid ait?* C. *tum autem Phædriæ,*
Meo fratri, gaudeo amorem esse omnem in tranquillo: vna est domus:
Thais patri se commendauit, in clientelam & fidem Nobis dedit se. P. *fratis igitur Thais tota est.* Ch. *scilicet.*
P. *Iā hoc aliud est qđ gaudeamus: miles pellitur foras.*
Ch. *Tum tu frater, vbi vbi est, fac quamprimum hæc diat.* Pa. *visam domum.*
T. *Nunquid Gnato dubitas, quin ego nunc perpetuò perierim?* Gn. *sine*
Dubio opinor. Ch. *quid commemorem primum, aut quem laudem maxume?*
Illum, qui mihi dedit consilium, vt facerem; an me, qui id ausus sim
Incipere? an fortunā collaudē, quæ gubernatrix fuit,
Quæ tot res, tātas, tā opportune in vnū cōclusit diē; ā
Mei patris festiuitatem & facilitatem? ô Iuppiter
Serua obsecro hæc nobis bona. Ph. *Dij vostram fidē, incedibilia*
Parmeno modo quæ narrauit, sed vbi est frater? C. *præsto est.* Ph. *gaudeo.*

C. *Sats*

C.*Satis credo nihil est Thaide hac, frater, tua dignius;*
*Quod ametur: ita nostræ est omni fautrix familiæ.*P.
hui, mihi (*magis amo.*
Illam laudas.? T.*perij, quanto spei est minus, tanto*
Obsecro Gnato in te spes est Gn.quid vis faciam ? T.
perfice hoc
Precibus pretio, vt hæream aliqua in parte tamen
apud Thaidem. (*ris.*
Gn.*Difficile est.*T.*si quid collibuit, noui te.hoc si effece*
Quoduis donũ, & præmiũ à me optato; id optatũ feres
Gn.*Ita ne*? T.*sic erit.*Gn.*hoc si efficio, postulo vt mihi*
tua domus
Te præsente, absente, pateat, inuocato vt sit locus
*Semper.*Th.*do fidem ita futurum.*Gn.*accingar*
Ph.*quem hic ego audio* ?
*O Thraso.*T.*saluete.*Ph.*tu.fortasse, quę facta hic siết*
*Nescis.*T.*scio.*Ph. *cur ergo in his te ego conspicor*
regionibus?
T.*Vobis fretus.*Ph.*scis, quàm fretus*? *miles edico tibi,*
Si in platea hac te offendero post vnquam nihil quod
dicas mihi,
Alium quærebam, iter hac habui: perijsti. Gn. *eia*
haud sic decet,
P.*Dictum est.* Gn. *non cognosco vestrum tam superbum.* Ph.*sic erit.*
G.*Prius audite paucis: quod com dixero, si placuerit,*
*Facitote.*Ph. *audiamus.* Gn. *tu concede paulum istuc Thraso,*
Principiò ego vos credere ambos hoc mihi vehementer velim,
Me, huius quidquid facio, id facere maximè cã mea:
Verum idẽ si vocis prodest, vos nõ facere inscitia est

Ph.

Ph.*Quid id est?* Gn. *militem riualem ego recipiendum censeo.*Ph.*bem* *(Phædria.*
Recipiendum: Gn. *cogita modò. tu hercle cum illa*
Et libenter viuis,& enim bene libenter victitas,
Et quod des paulum, & necesse est multum accipere Thaidem,
Ut tuo amori suppeditare possit,sine sumptu tuo;ad
Omnia hæc magis opportunus, nec magis ex vsu tuo
Nemo est principio, & habet quod det, & dat nemo largius.
Fatuus est,insulsus,tardus;stertit noctesque, et dies
Neque tu ictum metuas ne amet mulier: pellas facile, vbi velis.
Ph.*Quid agimus?* Gn.*præterea hoc etiam, quod ego nel primum puto,*
Accipit hoīem nemo melius prorsus,neque prolixius
Ph.*Mirū,ni illoc hominequoquo pacto opus est.* Ch. *idem arbitror.*
Gn.*Rectè facitis.vnum etiam hoc vos oro,ut me in vestrum gregem.*
*Recepiatis: satis diu hoc iam saxū uoluo.*P.*recipim⁹*
Ch.*Ac libēter.*G.*at ego p isto,Phædria et tu Chærea*
*Hūc comedēdū,et deridēdū vobis præbeo.*Ch.*placet.*
Ph.*Dignus est.*Gn.*Tharaso, vbi vis,accede.*Thr.*obsecro te,quid agimus?*
Gn.*Quid? isti te ignorabāt.postquā eis mores ostēdi tuos.*
Et collaudaui secundum facta,virtutes tuas,
Impetraui. T. *bene fecisti.gratiā habeo maximam.*
Nunquam etiam fui vsquam, quin me omnes amarent plurimum.
Gn.*Dixin' ego vobis,in hoc esse Atticā eloquentiam?*
Ph.*Nil pter missū est.ite hac.Vos valete,& plaudite*

Finis Eunuchi.

PERSONÆ.

Chremes senex. *Menedemus senex.*
Clitipho adolescens. *Clinia adolescens.*
Sytus seruus. *Dromo seruus.*
Sostrata matrona. *Phrygia ancilla.*
Bacchis meretrix. *Antiphila Cremetis filia.*
NVTRIX.

TEREN. HEAVTON TIMORVM. GRÆCA EST MENANDRV, ACTA LVDIS MEGALENSIB. L. CORNELIO LENTVLO, L. VALERIO FLACCO AEDILI. CVRVLIB. EGIT AMBIVIVS. TVRPIO. MODOS FECIT FLACCVS. CLAVDI. ACTA PRIMVM TIBIIS IMPARIBVS, DEINDE DVABVS DEXTRIS. ACTA ETIAM TERTIO, CI. SEMPRONIO, M. IVVENTIO COSS.

C. SVLPICII APOLLINARIS

PERIOCHA.

Trimetri.

IN militiam proficisci gnatum Cliniam,
Amantem Antiphilam, compulit durus pater;
Animiq; sese angebat, facti pœnitens,
Mox vt reuersus est clam patre diuortitur

Ad Clitiphonem. is amabat scortum Bacchidem.
Cum accerseret cupitam Antiphilam, Clinia,
Ut eius Bacchis venit amica, ac seruolæ
Habitum gerens Antiphila. factum id quò partem
Suum cælaret Clitipho hic technis Syri
Decem minas meretriculæ aufert à sene:
Antiphila Clitiphonis reperitur soror,
Hanc Clinia, altam Clipho vxorem accipit.

PROLOGVS

Trimetri omnes.

NE cui sit, vestrum mirum, cur parteis seni
Poeta dederit, quæ sunt adolescentium
Id primum dicam: deinde, quod veni, eloquar.
Ex integra, Græca, integram comœdiam
Hodie sum acturus Heauton timorumenon.
Duplex, quæ ex argumento facta est simplici.
Nouam esse ostendi, et quę esset: nunc, qui scripserit;
Et cuia Græca sit, ni partem maximam
Existimarem scire vestrum, id dicerem.
Nunc, quā obrē has parteis didicerim, paucis dabo.
Oratorem voluit esse me non prologum:
Vestrum iudicium fecit, me actorem dedit.
Sed hic actor tantum poterit à facundia,
Quantum ille potuit cogitare comodè.
Qui orationem hanc scripsit, quam dicturus sum.
Nam quòd rumores distulerunt maleuoli,
Multas contaminasse Græcas: dum facit
Paucas Latinas: factum hic esse id non negat,
Neque se id pigere; & deinde facturum autumat.
Habet bonorum exemplum: quo exemplo sibi
Licere id facere, quod illi fecerunt, putat.

Tum quòd maleuolus vetus poeta dictitat,
Repentè ad studium hunc se applicasse musicum,
Amico ingenio fretum, haud natura sua,
Arbitrium, verum vestra existimatio.
Valebit quam obrem omnes vos oratos volo,
Ne plus iniquum possit quam æquum oratio.
Facite, æqui sitis, date crescendi copiam
Nouarum, qui spectandi faciunt copiam
Sine vitijs ne ille pro se dictum existumet,
Qui nuper fecit seruo currenti in via
Decesse populum: cur insano seruiat?
De illius peccatis plura dicet cum dabit
Alias nouas nisi finem maledictis facit.
Adeste æquo animo date potestatem mihi
Statariam agere, vt liceat per silentium;
Ne semper seruos currens, iratus senex,
Edax parasitus, sycophanta autem impudens,
Auarus leno, assiduè agendi sint mihi.
Clamore summo, cum labore maxumo.
Mea causa, causam hanc iustā esse animū inducite
Vt aliqua pars laboris minuatur mihi;
Nam nunc nouas qui scribunt, nihil parcunt seni;
Laboriosa si qua est, ad me curritur:
Sin lenis est ad alium defertur gregem
In hac est pura oratio; experimini,
In vtranque partem ingenium quid possit meum,
Si nunquam auarè pretium statui arti meæ,
Et eum esse quæstum in animum induxi maxumum
Quam maxume seruire vostris commodis;
Exemplum statuite in me vt adolescentuli
Vobis placere studeant potius, quàm sibi.

ACTVS

ACTVS PRIMI, SCENA PRIMA.

Chremes, Menedemus, Senes.

QVanquã hæc inter nos nuper notitia admodum est
Inde adeo, quod agrum ĩ ꝓxumo hic mercatus es
Nec rei ferè amplius quidquam fuit:
Tamen uel uirtus tua, me, vel uicinitas,
(Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto)
Facit, vt te audacter moneam, & familiariter.
Quòd mihi videre præter ætatem tuam
Facere, & præter quàm res te adhortatur tua.
Non pro Deũ atque hominum fidẽ. quid uis tibi? aut
Quid quæris? annos sexaginta natus es.
Aut plus eo, ut conijcio: agrum in his regionibus
Meliorem, neque pretij maioris nemo habet:
Seruos complureis proinde quasi nemo habet.
Ita tutè attente illorum officia fungere.
Nunquam tam mane egredior; neque tam uesperi
Domum reuertor quin te fundo conspicer,
Fodere, aut arare, aut aliquid fere denique
Nullum remittis tempus, neque te respicis.
Hæc non voluptati esse satis certò scio.
At enim me, quantum hic operis fiat, pænitet,
Quòd in opere faciundo operæ consumis tuæ.
Si sumas in illis exercendis, plus agas.
Me. *Chreme, tantum'ne est ab re tua otij tibi,*
Aliena ut cures, eaque, nihil quæ ad te attinent
Ch. *Homo sum: humani a me nihil alienum puto.*
Vel me monere hoc, vel percontari puta;
(Rectum est) ego ut faciam, non ut deterream.

Me.*Mihi sic est usus: tibi ut opus est facto face.*
Ch. *An cuiquã est usus homini, se ut cruciet?* M.*mihi ẽ*
Ch.*Si quid laboris est, nollem: sed isthuc quid mali est?*
Quæso, quid de te tantum meruisti? M.*heu hoi.*
Ch.*Ne lacruma atq; isthuc, quidquid est fac me ut sciã*
Ne retice, ne verrere: crede inquam mihi:
Aut consolando, aut consilio, aut re iuuero,
M.*Scire hoc vis?* C.*hac causa equidem qua dixi tibi.*
Me.*Dicetur.* C.*at istos rastros interea ta men*
Depone ne labora. M.*minime.* C.*quam rem agis?*
Me.*Sine me vacuum tempus ne quod dem mihi*
Laboris. Ch.*non sinã, inquã.* Me.*ah, nõ æquum facis.*
Ch.*Hui, tam graueis hos quæso?* M.*sic meritũ est meũ.*
Ch.*Nunc loquere.* M.*filium vnicum adolescentulum*
Habeo, ah quid dixi habere me? imo habui Chreme:
Nunc habeam, necne, incertum est. Ch. *quid ita isthuc?* M.*scies.*
Est è Corintho hic aduena anus paupercula.
Eius filiam ille amare cœpit perdite,
Propę iam vt pro vxore haberet, hęc clã me omnia.
Vbi rem resciui, cœpi non humaniter.
Neque *vt ægrotum animum decuit adolescentuli*
Tractare, sed vi, & via peruolgata patrum:
Quotidie accusabam: hem: tibi ne hæc diutius
Licere speras facere, me uiuo patre,
Amicam vt habeas prope iam in vxoris loco;
Erras, si id credis, & me ignoras Clinia.
Ego te meum esse dici tantisper volo,
Dum quod te dignum est facies, sed si id non facies,
Ego, quod me inte sit facere dignum, inuenero
Nulla adeo ex re isthuc fit, nisi ex nimio otio.
Ego isthuc ætatis non amori operam dabam;
Sed

Sed in Asiam abij hinc propter pauperiem, atque ibi
Simul rem, & gloria armis belli repperi.
Postremò adeò res redijt; adolescentulus
Sæpe eadem, & grauiter audiendo, uictus est:
Aetate me putauit, & sapientia
Plus scire, & prouidere, quàm seipsum sibi:
In Asiam ad regem militatum abijt, Chreme.
Ch. *Quid ais?* M. *clam me profectus. menses treis abest.*
Ch. *Ambo accusandi; etsi illud inceptum, tamen.*
Animi est pudentis signum, & non instrenui.
Me. *Vbi comperi ex ijs, qui ei fuere conscij,*
Domum reuertor mæstus atque animo fere
Perturbato, atque incerto præ ægretudine;
Adsido: accurunt serui: soccos detrahunt;
Video alios festinare, lectos sternere,
Cænam apparare; pro se quisque sedulò.
Faciebat, quo illam mihi lenirent miseram.
Vbi uideo hæc, cœpi cogitare, hem, tot mea
Solius soliciti sunt causa, vt me unum expleant?
Ancillæ tot me uestiant? sumptus domi
Tantos ego solus faciam? sed gnatum vnicum,
Quem, pariter uti his decuit, aut etiam amplius
Quòd illa ætas magis ad hæc utenda idonea est,
Ego eum hinc eieci miserum iniustia mea.
Malo quidem me dignum quouis deputem,
Si id faciam: nam vsque dum ille uitam illã incolit.
Inopem, carens, patria ob meas iniurias
Interea usque illi de me supplicium dabo,
Laborans, quærens, parcens, illi seruiens.
Ita facio prorsus: nihil relinquo in ædibus.
Nec uas, nec uestimentum: corrasi omnia:
Faciundo facilè victum exercerent suum;

Omneis produxi, ac vendidi: inscripsi illico
Aedeis: mercedem quasi talenta ad quindecim
Coegi: agrum hunc mercatus sum: hic me exerceo:
Decreui, tantisper me minus iniuriæ
Chreme meo gnato facere, dum fiam miser:
Nec mihi fas esse vlla me voluptate hic frui,
Nisi vbi ille huc saluos redierit meus particeps.
Ch. *Ingenio te eße in liberos leni puto, &*
Illum obsequentem, si quis rectè aut commodè
Tractaret. Verum neque tu illum satis noueras,
Nec te ille, hoc vbi fit, ibi non verè viuitur.
Tu illum nunquam ostendisti, quanti penderes.
Nec tibi ille est credere ausus, quæ est æquum patri,
Quod si esset factum, hæc nunquam euenissent tibi.
Me. *Ita res est, fateor; peccatum a me maxumum est.*
Ch. *Menedeme, at porrò rectè spero, & illum tibi*
Saluum affuturum esse hic confido propediem.
Me. *Vtinam dij ita faxint* C. *facient nũc, si cõmodũ est,*
Dionysia hic sunt, hodie apud me sis volo,
Me. *Non possum.* C. *cur non: quæso tandẽ aliquantulum*
Tibi parce: idem abscens facere te hoc vult filius.
Me. *Non conuenit, qui illum ad laborem impulerim,*
Nunc me ipsum fugere. C. *siccine est sententia?*
Me, *Sic.* Ch. *bene. vale.* Me. *& tu.* Ch. *lacrumas excussit mihi,*
Miseretq; me eius: sed, vt diei tempus est;
Monere oportet me hunc vicinum Phaniam,
Ad cœnam ut veniat: ibo, vt uisam si domi est.
Nihil opus fuit monitore: iamdudum domi.
Aiunt, præsto apud me esse: egomet cõuiuas moror.
Ibi adeò hinc intro. sed quid crepuerunt fores?
Hinc a me quisnam egreditur? huc concessero.

ACTVS PRIMI, SCENA II.

Clitipho, Chremes.

Cl. *NIHIL ad huc est, quod uereare Clinia: haud quaquam etiam cessant.*
Et illam simul tum nuntio tibi hic ego affuturam
Hodie scio; proin tu sollicitudinem istā falsā, quæ te
Excruciat, omittas. Ch. *Qui cum loquitur filius?* Cl. *pater adest,*
Quem volui: adibo pater opportunè aduenis.
Ch. *Quid est?* Cl. *hunc Menedemum nostin'ne nostrum uicinum?* C. *probe.*
Cli. *Huic filium scis esse?* Ch. *audiui, in Asia.* Cli. *non est, pater; apud*
Nos est. C. *quid ais?* Cli. *uenientem, e naui egredientem adduxi illicò*
Ad cœnam. nam mihi magna cum eò iam inde usque a pueritia
Semper fuit familiaritas. Ch. *uo luptatem magnam nuntias.*
Quàm uellem Menedemum inuitatum, vt nobiscum hodie esset amplius,
Vt hāc lætitiā nec opināti primus ei obijcerem domi?
Atque etiam nunc tempus est. Cli. *caue faxis: non est opus pater.*
C. *Quapropter?* Cli. *quia enim incertum est etiam, quid se faciat. modò venit.*
Timet omnia, patris iram, & animum amicæ se erga vt sit suæ.
Eam miserè amat. propter eam hæc turba, atque abi-

tio euenit. Ch.*scio.*

Cli.*Nunc seruolum ad eam in vrbem misit, & ego nostrum vnà Syrum.*

Ch.*Quid narrat* Cli.*quid ille? se miserum esse.* Ch.*miserum quem minus credere est?*

Quid reliquid est, quin habeat quæ quidem in homine dicuntur bona?

Parenteis, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, diuitias.

Atque hæc perinde sunt, vt illius animus, qui ea possidet

Qui vti scit, ei bona; illi qui non vtitur rectè, mala.

Cli.*Immo ille senex fuit importunus semper: & nunc nihil magis.*

Vereor, quã ne quid in illũ iratus plus satis faxit pater.

Ch.*Ille'ne? sed reprimam me: nam in metu esse hunc, ibi est vtile.*

Cli.*Quid tute tecum;* Ch.*dicam, vt ut erat, mansum tamen oportuit.*

Fortasse aliquãto iniquior erat, præter eius libidinẽ;

Pateretur; nã quæ ferret, si parẽtem non ferret suũ?

Hunccine erat æquum ex illius more, an illum ex huius viuere? &

Quod illum insimulat durum, id non est: nam parentum iniuriæ

Vniusmodi sũt fermè, paulò qui est homo tolerabilis.

Scortari crebro nolunt crebro conuiuarier:

Præbent exiguè sumptum: & ea sunt tamen ad virtutem omnia.

Verũ ubi animus semel se cupiditate deuinxit mala,

Necesse est Clitipho consilia consequi consimilia: hoc

Scitum est, PERICVLVM *ex alijs facere, tibi quod ex vsu siet.*

Cli.

Cli. Ita credo. Ch. ego ibi hinc intrò, vt videam, nobis quid cœnæ siet.

Tu, ut tẽpus est diei, uide sis, ne quò hinc abe es lõgiꝰ.

Cli. quã iniqui sũt patres ĩ omneis adolescẽteis iudices;

Quia quũ esse cẽsent, nos iã à pueris illicò nasci senes,

Neq; illarũ affines rerũ esse, quas fert adolescentia.

Ex sua libidine moderantur, quæ, est nunc, non quæ olim fuit. (rit;

Mihi si vnquã filius erit, nę ille facili me vtetur pa-

Nã & cognoscẽdi, et ignoscẽdi dabitur peccati locus

Non vt meus, qui mihi per alium ostendit suũ sñiam.

Perij, is mihi, vbi adbibit plus paulò, sua quæ narrat facinora?

Nũc ait. periclũ ex aliis facito, tibi quod ex usu siet.

Astutus. næ ille hau scit, quàm mihi nunc SVRDO narret fabulam.

Magis nunc me amicę dicta stimulant: da mihi, atque affer mihi:

Cui quid respondeam, nil habeo: neque me quisquam est miserior:

Nam hic Clinia, etsi is quoque suarum rerum satagit: attamen

Habet bene ac pudicè eductã, ignarã artis meretricię

Mea est potẽs procax, magnifica, sumptuosa, nobilis,

Tum, quòd dem ei, rectè est: nam nihil esse mihi religio est dicere.

Hoc ego mali nõ pridẽ ĩueni: neq; etiãdum scit pater

ACTVS SECVNDI, SCENA PRIMA.

Clinia, Clitipho.

Cl. SI mihi secundę res de amore meo essent, iam dudum scio.

Venissent, sed vereor, ne me absente mulier hic corrupta sit.
Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant:
Occasio, locus, ætas, mater, sub imperio cuius est, mala
Cui nihil præter pretium iam dulce est. Clit.*Clinia.* Clin.*hei misero mihi.*
Clit.*Etiam caues, ne videat fortè hinc à patre aliquis exiens?*
Clin.*Faciam: sed nescio quid profectò mihi animus præsagit mali.*
Cli.*Pegin' istuc prius dijudicare, quã scis, q̃d veri siet?*
Cli.*Si nihil mali eßet, iam hic adessent.* Clit.*iam aderunt.* Clin.*quando istuc erit.*
Clit.*Non cogitas hinc longius abeße? & nostri mores mulierum.*
Dũ moliũtur, dũ comũtur, annus est. Cli. *ò Clinipho.*
Timeo. Clit.*respira: eccũ Dromonem cum Syro vnà adsunt tibi.*

ACTVS SECVNDI, SCENA II.

Syrus, Dromo, Clinia, Clitipho.

Sy. *AIn' tu?* Dr.*sic est.* Sy.*verum interea dum sermones cædimus,*
Illæ sunt relictæ. Clit.*mulier tibi adest: audin' Clinia*
Clin.*Ego vero audio nunc demum, & video, & valeo Clitipho.*
Clit.*Minime mirũ: adeo impeditæ sunt: ancillarũ gregẽ*
Ducunt secum Clin.*perij, vnde illi sunt ancillæ:* Clit.*men' rogas?*

Sy. Non

Sy. Nõ oportuit relictas: portant quid rerum hei mihi.
Sy. Auru, vestẽ & vesperacit, & nõ nouerunt viam.
Factũ a nobis stultè est: abidum tu Dromo illis obuiã
Propere: quid stas? Clin. væ misero mihi, quanta de
spe decidi:
Cli. Quid istuc? quæ res te sollicitat autem? Clit. rogitas
quid siet?
Viden' tu ancillas, aurum, vestẽ? quam ego cum vna
hic ancillula.
Ego reliqui vnde ea eße censes; Clit. vah, nunc demum
intellego.
Sy. Dij boni quid turbæ est? ædes nostræ vix capiẽt, scio
Quid comedent? quid ebibent? quid sene erit nostro
miserius,
Sed video, accos quos uolebam. Clin. ò Iuppiter, vbĩ
nam est fides?
Dum ego propter te errans, patria careo demens, tu
interea loci
Collocupletasti te Antiphila, e me ĩ bis deseruisti malis
Propter quam in summa infamia sum, & meo patri
minus sum obsequens:
Cuius nunc pudet me, & miseret: qui harum mores
cantabat mihi,
Mouisse frustra: neque potuisse vnquam me ab
ac expellere.
Quod nũc faciã tamẽ; cũ gratũ mihi esse potuit, nolui.
Nemo est miserior me. Sy. hic de nostris verbis errat
videlicet,
Quæ hic sumus locuti. Clinia, aliter tuum amorem.
atque est, accipis:
Nã, & uita est eadem, & animus te erga idẽ, ac fuit
Quantum ex ipsa re coniecturam fecimus.
Cli. Quid

Cli. *Quid est obsecro: nã mihi nũc nihil rerũ omniũ est,*
Quod malim, quàm me hoc falsò suspicarier.
Sy. *Hoc primum, vt ne quid huius ignores: anus*
Quæ est dicta mater esse ei ante hac, non fuit:
Ea obijt mortem, hoc ipsa itinere alteræ
Dum narrat, fortè audiui. Clit. *quæ nam est altera?*
Sy. *Mane, hoc quod cœpi primum, enarrem, Clitipho:*
Post isthuc veniã. Clit. *propera.* Sy. *iã primũ omniũ,*
Vbi ventum ad ædeis est, Dromo pultat fores;
Anus quædam prodit hac vbi aperuit, ostium,
Continò hic se coniecit intro, ego consequor:
Anus foribus obdit pessulum; ad lanam redit.
Hinc sciri potuit, haud nusquam alibi, Clinia,
Quo studio vitam suam te absente exegerit,
Vbi de improuisò est interuentum mulieri.
(Nam ea res dedit tum existimandi copiam
Quotidianæ vitæ consuetudinem;
Quæ cuiusque ingenium vt sit, declarat maxume.)
Texentem telam studiosè ipsam offendimus,
Mediocriter vestitam veste lugubri,
Eius anius causa opinor, quæ erat mortua:
Sine auro tum ornatam, ita vti quæ ornatur sibi;
Nulla rẽ malas expolitam muliebri:
Capillus passus prolixus, circum caput.
Reiectus neglegenter, pax. Clin. *Syre mi, obsecro*
Ne me in lætitiam frustra conijcias. Sy. *anus*
Subtegmen nebat. præterea vna ancillula
Erat; ea texebat vnà pennis obsita.
Neglecta, immunda illuuie. Clit. *si hæc sunt Clinia*
Vera, ita uti credo quis te, est fortunatior?
Scin' hanc, quam dicit sordidatam, & sordidam?
Magnũ hoc quoq; signũ est dominã esse extra noxiã,

Cum eius tam negliguntur internuncij.
Nam disciplina est, eiusdem muneririer
Anc.illas primum, ad dominas qui affectant viam.
Cli.*Perge obsecro te, & caue ne falsam gratiam*
Studeas inire. quid ait, vbi me nominas?
Sy.*Vbi dicimus rediisse te: & rogare vti*
Veniret ad te, mulier telam deserit
Continuo, & lacrumis opplet, os totum sibi, vt
Facile scires desiderio id fieri tuo.
Cl.*Præ gaudio (ita me dij ament) vbi sim nescio.*
Ita timui. Clit.*at ego nihil esse sciebam Clinia.*
Agedum vicissim Syre dic quæ illa est altera.
Sy.*Adducimus tuã Bacchidẽ.* Clit.*hẽ, quid Bacchidẽ?*
Eho scelesto quò illã aducis. S.*quò illã ego ad nos, s.*
Clit.*An patrem'ne?* S.*ad eum ipsum.* Cli.*ò hominis impudentem audaciam* Sy.*heus*
Tu, NON, *fit sine perriclo facinus magnum et memorabile.*
Clit.*Hic uide: in mea uita tu tibi laudẽ is quæsitũ, scel'*
Vbi si paulum modò quid te fugerit, ego perierim.
Quid illo facias? S.*at enim.* Clit.*quid enim?* S.*si sinas, dicam* Cli.*sine.*
Clit.*Sino ita res est, hæc nunc quasi cum.* Clit.*quas, malum, ambages mihi*
Narrare occipit; Cli.*Syre, uerũ hic dicit: mitte: ad rem redi:*
Sy.*Enimuero reticere nequeo, multimodis iniurius*
Clitipho est, neque ferri potis est. Cli.*audiendum hercle est, tace.*
Sy.*Vis amare: uis potiri, uis quod des illi effici.*
Tuũ esse ĩ potiundo periclũ nõ uis; haud stulte sapis:
Si quidẽ id sapere est uellet id. quid nõ potest, cõtigere.
Aut

Aut hæc cum illis sunt habenda, aut illa cum his amittenda sunt.
Harum duarum cōditionum nunc vtrā malis, vide:
Etsi consilium, quod cœpi, rectum esse et tutum scio:
Nam tua apud patrem amica tecum sine metu ut sit, copia est:
Tū, illi argētū, quod pollicitu'es eadē hac inueniā via
Quod ut efficerem, orando surdas iam aureis reddideras mihi.
Quid aliud tibi uis? Cli.*siquidem hoc fit.* S.*siquidem experiundo scies.*
Cli.*Age age, cedo istuc tuum consilium quid id est:* S. *assimulabimus:*
Tuam amicam huius eße amicam: Cli. *pulcrè cedo quid hic faciet sua?*
An ea quoque huius dicetnr, si hæc vna] dedecori est parum?
Sy.*Immo ad tuam matrem deducetur.* Cli.*quid eò?* Sy. *longum est Clitipho,*
Tibi si narrem. quam ob rem id faciam: vera causa est. Cli. *fabulæ.*
Nihil satis firmi video, quam obrem accipere hunc mihi expediat metum
Sy.*Mane; habeo aliud. si istuc metuis, quod ambo confiteamini*
Sine periculo esse. Clit.*huiusmodi, obsecro aliquid reperi.* Sy.*maxume*
Ibo obuiam hinc: dicā, vt reuortātur domū. Clit.*hem*
Quid dixti? S.*ademptū tibi iam faxo omnem metum,*
INAVREM *vtramuis otiosè, vt dormias.*
Clit.*Quid ago nūc?* Cli.*tūne; quod boni est.* Clit. *Syre dicmodò.*

Verum. S. *age modo: hodie sero, ac nequidquã voles.*
Clin. *Datur modò fuere dum licet, nam nescias,*
Eius sit potestas posthac, an nunquam tibi.
Clit. *Syre inquam.* S. *perge porrò, tamen istuc ago.*
Cl. *Verũ hercle istuc est, Syre, Syre, ĩquã, heus he⁹, Syre*
Sy. *Cõcaluit; quia vis?* Clit. *redi, redi.* S. *adsũ: dic q̃d est*
Iã hoc quoque negabis tibi placere. Clit. *immo Syre,*
Et me, & meum amorem, & famam permitto tibi.
Tu es iudex; ne quid accusandus sis, vide.
Sy. *Ridiculum, est, istuc me admonere Clitipho.*
Quasi istic minor mea res agatur, quàm tua.
Hic si quid nobis fortè aduersi euenerit.
Tibi erunt parata verba, huic homini verbera.
Quapropter neutiquam hæc res neglectu est mihi.
Sed istum exora, vt suam esse assimulet. Cli. *scilicet*
Facturum me esse: in eum iam res rediјt locum,
Vt sit necesse. Clit *meritò amo te Clinia.*
Clin. *Verum iam ne quid titubet.* S. *perdocta est probe.*
Clit. *At hoc demiror, qui tam facilè potueris*
Persuadere illi, quæ solet quos spernere.
Sy. *In tempore ad eam ueni, quod rerum omnium est*
Primum nam miserè quendam offendi ibi militem
Eius noctem orantem. hæc arte tractabat uirum
Cupidum ut illius animum inopia incenderet,
Eademq. vt apud te esset hoc quàm gratissima.
Sed heus tu, vide sis, ne quid imprudens ruas.
Patrem nouisti, ad has res quàm sit perspicax?
Ego te autem noui, quàm soleas impotens,
Inuersa verba euersas ceruices tuas,
Gemitus, screatus, tussis, risus, abstine.
Clit. *Laudabis.* S. *vide sis.* Clit. *tutemet mirabere.*
Sy. *Sed quàm citò sunt consecutæ mulieres?*

Clit.

Clit. *Vbi sunt? cur retines?* S. *iam nunc hæc non est tua.*
Cli. *Scio, apud patrem, at nunc interim.* S. *nihilo magis*
Clit. *Sine.* S. *nō sinā inquā.* Clit. *quæso paulisper.* S. *veto.*
Clit. *Saltem salutare.* S. *abeas, si sapis.* Clit. *eo quid*
Istic? S. *manebit.* Clit. *ò felicem hominem.* S. *ambula*

ACTVS SECVNDI, SCENA III.

Bacchis, Antiphila, Clinia, Syrus

B. A EDEPOL *Antiphila mea laudo te, & fortunatam iudico,*
Id cum studuisti, isti formæ mores, vt consimiles forent:
Mihimeq. (ita me dij ament) miror, si te sibi quisque expetit.
Nam mihi, quale ingenium haberet, fuit indicio oratio tua.
Et cum egomet nunc mecum in animo uitam tuam considero.
Adeoque vostrarū omniū, volgus quæ ab segregant;
Et vos esse istiusmodi, & nos non esse, haud mirabile est.
Nam vobis expedit esse bonas; nos, quibus cum vos est non sinunt.
Quippè forma impulsi nostra nos amatores colunt:
Hæc vbi ĩmutata est, illi suū animum aliò conferunt.
Nisi prospectum interea aliquid nobis est, desertæ viuimus.
Vobis cū vno simul vbi ætatē agere decretū est viro
Cuius mos maxume est consimilis vostrum; hi se ad vos applicant;

Hoc beneficio vtrique ab vtrisque verò deuincimini
Vt nũquã vlla amori vestro ĩcider possit calamitas.
An.*Nescio alias: me scio quidem semper fecisse sedulò*,
Vt ex illius commodo meum compararem commodum Cli.*vah.*
Ergo mea Antiphila tu nunc sola reducem me in patriam facis.
Nam dum abs te absum, omnes mihi labores fuere, quos cepi, leues,
Præterquam tui carendum quod erat. S. *credo.* Cli. *Syre, vix suffero.*
Hoccine miserum non licere meo modo ingenio frui;
Sy.*Immo, vt patrem tuum vidi esse habitum, diu etiam duras dabit.*
Ba.*Quisnam hic adolescens est, qui intuetur nos?* A.*ah, retine me obsecro.*
B.*Amabo quid tibi est;* A,*disperij.* B.*perij miserá, quid stupes,*
Antiphila? A.*videon' Cliniam, au non?* B. *quem vides;* Cli.*salue anime mi:*
A.*O mi expectate Clinia, salue.* Cli.*ut vales?*
An.*Saluum venisse gaudeo.* Cli.*teneone te*
Antiphila, animo exoptato maxume meo?
Sy.*Ite intrò: nam vos iam dudum expectat senex.*

ACTVS TERTII, SCENA PRIMA.

Chremes Menedemus.

Ch. L VCESCIT: *hoc iam cesso pultare ostium*
Vicini? primum ex me ut sciat, sibi filium
Rediisse, etsi adolescentem hoc nolle intellego.

Verum, cum uideam miserum hūc tam excruciarier.
Eius abitu, cælem tam insperatum gaudium,
Cum illi nihil pericli ex indicio siet?
Haud faciam: nam, quòd potero, adiuuabo senem.
Ita vt filium meum amico, atque æquali suo
Video inseruire, & socium esse in negotijs;
Nos quoque senes est æquum senibus seniquis.
Me. *Aut ego profectò ingenio egrtgie ad miseram*
Natus sum, aut illud falsum, est quod uolgò audio
Dici. DIEM *adimere ægritudinem hominibus.*
Nam mihi quidem quotidie augescit magis.
De filio ægritudo, & quanto diutius
Abest, magis cupio tantò, & magis desidero.
Ch. *Sed ipsum egreßum foras videos, adibo, allloquar,*
Menedeme salue: nuntium aporto tibi,
Cuius maxume te fieri participem cupis.
Me. *Nunquidnam de gnato meo audisti Chreme?*
Ch. *Valet, atq; viuit.* M. *quæso, vbinā?* C. *apud me domi*
M. *Me⁹ gnatus?* C. *sic est.* M. *venit?* C. *certe.* M. *Clinia*
Meus venit? C. *dixi.* M. *eam⁹, dum me ad eū obsecro*
Ch. *Non volt te scire se rediisse: etiam, & tuum*
Conspectum fugitat ob peccatum: tum hoc timet.
Ne tua duritia illa antiqua, etiam adducta sit;
M. *Nō tu ei dixisti, ut essē?* C. *nō* M. *quā ob rē Chreme?*
Ch. *Quia pessumè istuc in te at, atque in illum consulis,*
Si te tam leni, & victo eße animo ostenderis.
Me. *Non possum: satis iam satis pater durus fui.* C. *ah,*
Vehemens in vtranque partem Menedeme es nimis,
Aut largitate nimia, aut persimonia.
In eandem fraudem ex hac re, atque ex illa incides.
Primum, olim potius, commeare filium.
Quàm patere ad mulierculam, quæ paululo
Tum

Tum erat, contenta, cuiq; erant gratia omnia,
Proterruisti hinc ea coacta in gratijs.
Post illa cœpit victum volgo quærere.
Nunc, cum sine magno intertrimento non potest
Haberi, quiduis dare cupis. nam, vt tu scias,
Quàm ea nunc instructa pulchrè ad perniciem siet,
Primùm, iam ancillas secum adduxit plus decem,
Oneratas veste, atque auro satrapes si siet,
Sufferre amator nunquam eius sumptus queat,
Nedum tu possis? M. *estne ea intus?* C. *sit rogas,*
Sensi: nam ei vnam cœnam, atque eius comitibus
Dedi: quòd si iterum mihi sit danda, actum siet.
Nam, vt alia omittam, pitissando modo mihi
Quid vini absumpsit! sic hoc dicens, asperum
Pater est. hoc aliud lenius, sodes vide.
Releui dolia omnia, omnes serias:
Omnes habui sollicitos: atque hæc vna nox:
Quid te futurum censes, quem assidue exedent?
Sic me dij amabunt, vt tuarum misertum est
Menedeme fortunarum. M. *faciat, quod lubet.*
Sumat, consumat perdat, decretum est pati:
Dum illum modò habeam mecum. C. *si certũ est tibi*
Sic facere, illud permagni referre arbitror.
Ut nescientem sentiat te id sibi dare.
M. *Quid faciam?* C. *quiduis potius, quàm quod cogitas;*
Per alium quemuis ut des. falli te sinas
Technis per seruulum: etsi subsensi id quoque,
Illos ibi esse, & id inter se agere clanculum.
Syrus cum illo uestro consusurrat: conferunt
Consilia adolescentes: & tibi perdere
Talentum hoc pacto satius est, quam illo minam.
Non nunc pecunia agitur. sed illud, quo modo

Minimo periclo id demus adolescentulo.
Nam si semel tuum animum ille intellexerit,
Prius proditurum te tuam uitam, & prius.
Pecuniam omnem, quàm abs te amittas filium: hui,
Quantam fenestram ad nequitiam patefeceris.
Tibi autem porrò ut non sit soaue uiuere.
NAM *deteriores omnes sumus licentia.*
Quodcunque inciderit in mentem uolet: neque id
Putabit prauum, an rectum, quod petet fiet.
Tu, rem perire, & ipsum non poteris pati.
Dare denegaris: ibit ad illud illico,
Quo maxume apud te se ualere sentiet,
Abiturum se abs te esse illico minabitur.
Me.*Videre verum, atque ita vti res est dicere.*
Ch.*Somnum hercle ego hac nocte oculis non uidi meis;*
Dum id quæro, tibi qui filium restituerem.
Me.*Cedò dextram: porrò te oro idẽ, ut facias Chreme.*
Ch.*Paratus sum.* Me.*scin', quid nunc te facere uolo?*
Ch.*Dic.* M.*Quod sensisti illos me incipiere fallere,*
Id ut maturent facere: cupio illi dare,
Quod volt: cupio ipsum iam uidere. Ch.*operam dabo.*
Syrus est prehendendus, atque adhortandus mihi.
A me nescio, quis exit; concede hinc domum,
Ne il i nos inter nos congruere sentiant:
Paululum negoti mihi obstat. Symus, & Crito
Vicini nostri hic ambigunt de finibus;
Me cepere arbitrum: ibi, ac dicam, ut dixeram,
Operam daturum, me hodie non posse his dare.
Continuò hic adero. M.*ita quæso dij nostram fidem*
ITAM'*comparatam esse hominum naturã omnium*
Aliena melius ut uideant, & iudicent.
Quàm sua? an eò fit, quia in re nostra, aut gaudio
Sumus

Sumus prædediti nimio aut ægritudine?
Hic mihi nunc quanto plus sapi, quàm egomet mihi?
Ch. *Dissolui me otiosus, operam ut tibi darem.*

ACTVS TERTII, SENA II.
Syrus, Chremes.

Sy. HAC illac circunuersa: inueniendum est tamen
Argentum; intendenda in senem est fallacia.
C. *Nun me fefellit, hosce id struere? uidelicet.*
Est Cliniæ ille seruus tardiusculus:
Iccirco huic nostro tradita est prouincia.
Sy. *Quis hic loquitur? perij, numnam hæc audijt?* Ch.
Syre. Sy. *hem.*
Ch. *Quid tu istic?* Sy. *rectè. equidē te demiror, Chreme*
Tam mane qui herè tantum biberis. Ch. *nihil nimis.*
Sy. *Nihil, narras? visa vero est, quod dici solet,*
AQVILAE *senectus.* Ch. *eia.* Sy. *mulier cōmoda. &*
Faceta hæc est meretrix. Ch. *sanè idem uisa est mihi.*
Sy. *Equidem hercle forma luculenta.* Ch. *sic satis.*
Sy. *Ita non vt olim, sed vti nunc sanè bona.*
Minimeque miror, Clinia hanc si deceperit:
Sed habet patrē quendā, auidū, miserū, atque aridum,
Vicinum hunc; nostin? at quasi is non diuitijs
Abundet. gnatus, eius, profugit inopia.
Scin' esse factum, vt dico? Ch. *quid ego nesciam?*
Hominē pistrino dignū. Sy. *quem?* Ch. *istū seruolū.*
Dico adoloscentis. Sy. *Syre, tibi timui male.*
Ch. *Qui passus est id fieri* Sy. *quid faceret?* Ch. *rogas?*
Aliquid reperiret, fingeret fallacias,
Vnde esset adolescenti, amicæ quod daret.
Atque hunc difficilem inuitum seruaret senem.

Sy. Garris. Ch. *hæc facta ab illo oportebant Syre.*
Sy. *Eho quæso, laudas qui heros fallunt?* Ch. *in loco,*
Ego verò laudo. Sy. *rectè sanè.* Ch. *quippe quia,*
Magnarum sæpe id remedium ægritudinum est:
Iam huic mansisset vnicus gnatus domi.
Sy. *Ioco'ne, an serio illæc dicat, nescio;*
Nisi mihi quidem addit animum quò lubeat magis.
Ch. *At nunc quid expectat: Syre, an dum hinc denuo*
Abeat, cum tolerare huius sumptus non queat?
Nō'ne ad senē aliquā fabricā fingit? Sy. *stolidus est;*
Ch. *At te adiutare oportet, adolescentuli*
Causa. Sy. *equidem facile facere possum, si iubes,*
Etenim quo pacto id fieri soleat, calleo,
C. *Tanto hercle melior.* Sy. *non est mentiri meum,*
Ch. *Fac ergo.* Sy. *at heus tu, facito dū eadē ac memineris*
Si quid huius simile fortè aliquando euenerit,
Vt sunt humana, tuus vt faciat filius.
Ch. *Non usus veniet, spero.* Sy. *spero hercle ego quoque*
Neque eò nunc dico, quod quidquam illum senserim
Sed si quid, ne quid quæ sit eius ætas, vides:
Et ne ego te (si vsus veniat) magnificè Chreme,
Tractare possim Ch. *de istoc, cum usus venerit,*
Videbimus quid opus sit nunc istuc age.
Sy. *Nunquā commodius vnquam herum, audiui loqui.*
Nec cum malefacerem, crederem mihi impunius
Licere quisnam à nobis egreditur foras?

ACTVS TERTII, SCENA III.

Chremes, Clitipho, Syrus.

Ch. QVID *istuc, quæso? qui istic mos est Clitipho; ita ne fieri*
Oportet? Cli. *Quid ego feci?* Ch. *vidin'ego te modò manum in sinum huic:*
Me-

Meretrici inserere? Sy.acta haec est res, perij. Cl.me'n? Ch.Hisce oculis, ne nega.
Fatis adeò indignè iniuriam illi, qui non abstineas manum:
Nam istaec quidem contumelia est, hominem amicum ad te recipere,
Atque eius amicam subagitare: vel heri in vino, quàm immodestus
Fuisti? S. factum est. Ch.*quàm molestus? vt equidē,*
Ita me dij ament, metui quid futurum denique esset noui ego
Animos amātiū: grauiter aduortunt, quae nō censeas.
Cl.*At mihi fides apud hunc est, nihil me istius facturū pater,*
Ch.*Esto: at certè concedas ab eorum ore aliquantisper.* (aliquò
Libido multa fert: ea prohibet facere tua praesentia.
Ego de me facio coniecturam. nemo est meorum amicorum hodie. (deam
Apud quē expromere oīa mea occulta, Clitipho, au-
Apud aliū, prohibet dignitas: apud alium, ipsius facti piget, (credito
Ne ineptus, ne proteruus videar, quod illum facere
Sed nostrum est intellegere, vtcunque, atque vbicunque opus sit, obsequi.
Sy.*Quid istic nerrat?* Clit.*perij.* Sy. *Clitipho, haec ego praecipio tibi:*
Hominis es frugi, & temperantis functus officium. Clit.*tace*
Sodes. Sy.*rectè sane.* Ch. *Syre, pudet me.* Sy. *credo; neque id iniuria.*
Quid mihi molestum est. Cli.*pergin'* Sy. *hercle verum, dico, quod videtur.*

Cl. Non'ne accedam ad illos? C. eho quæso, vna accedendi via est?
Sy. Actum est. hic se prius indicarit, quàm ego argentum effero. Chreme,
Vin'tu homini stulto mihi auscultare? Ch. quid faciam? Sy. iube hunc
Abire hinc aliquò Cl. quò ego hinc abeam? Sy. quo? quò lubet. da illis locum:
Abi deambulatum. Cl. deambulatum, quo? S. vah, si desit locus.
Abi sanè istac, istorsum, quò vis. C. recte dicit: cēseo.
Cl. Dij te eradicent Syre, qui me istinc extrudis? Sy. at tu pol tibi
Posthac comprimito istas manus.
Censen' verò? quid illū porrò credis facturū Chreme?
Nisi, eum, quantum dij dant tibi opis, seruas, castigas, mones?
Ch. Ego istuc curabo, Sy. atqui nunc here' hic tibi asseruandus est,
Ch. Fiet. Sy. si sapias, nam mihi iam minus minusque obtemperat,
Ch. quid tu? eo quid de illo, quod dudum tecum ege, egisti Syre? aut
Reperisti quod placeat? an nondū ēt? Sy. de fallacia?
Inuenta est: inueni quandam nuper. Ch. frugi es: cedo quid est?
Sy. Dicam: verum, vt aliud ex alio incidit. Ch. quid nam Syre;
S. Pessuma hæc est meretrix. Ch. ita videtur. S. immo si scias.
Vah vide, quod inceptet facinus. Fuit quædam anus Corinthia

Hic:

Hic: huic drachmarũ argẽti hęc mille dederat mutuum.
Ch. *Quid tum?* S. *ea mortua est; reliquit filiam adolescentulam:*
Ea relicta huic arrahaboni est pro illo argento. Ch. *intellego.*
S. *Hãc secum hoc adduxit, eaque est nunc ad vxorẽ tuã.*
Ch. *Quid tum?* S. *Clinia orat sibi vti nunc det illam, illi tamen*
Post daturum mille nummum poscit. Ch. *& poscit quidem?* S. *hui.*
Dubium id est? Ch. *ego sic putaui. quid nunc facere cogitas?*
S. *Ego ne? ad Menedemum ibo: dicam hanc esse captã è caria.*
Ditẽ, et nobilẽ, si redimat, magnũ inesse in ea lucrum.
Ch. *Erras.* S. *quid ita?* Ch. *pro Menedemo nunc tibi ego respondeo.*
Non emo quid ais? S. *optata loquere* Ch. *atque non est opus,*
C. *Non opus est?* Ch. *non hercle vero.* S. *quid, istuc miror.* Ch. *iam scies.*
Mane mane, quid est, quod tam a nobis grauiter crepuere fores?

AATVS QVARTI, SENA PRIM.

Sograta, Chremes, Nutrix, Syrus.

So. N*Isi me animus fallit, hic profectò est annulus, quem ego suspicor.*
Is, qui cum exposita est gnata. C. *quid uolt sibi, Syre, hęc oratio?*

So.*Quid est? is ne tibi videtur?* Nu.*dixi equidem, vbi mihi hostendisti, illico.*
Eum esse. So.*at vt satis contemplata modò sis, mea nutrix.* Nu.*satis.*
So.*Abi nunc iam intrò, atque illa si iam lauerit, mihi nuntia.*
Hic ego virum interea opperibor. Sy.*te volt: videas, quid velit.*
Nescio, quid tristis est, non temere est: metuo quid sit. Ch.*quid siet?*
Næ ista hercle magno iã conatu magnas nugas dixerit
So.*Ehē mi uir.* C.*ehem mea uxor.* So.*& te ipsum quæro.* C.*loquere, quid uelis.*
So.*Primum te hoc oro, ne quid credas me aduersus edictum tuum.*
Facere ausam Ch.*Vis tibi me istuc (et si incredibile est) credere?*
Credo. S.*nescio quid peccati portet hæc purgatio.*
So.*Meministin' me esse grauidam, & mihi te magnopere interminatum,*
Si puellam parerem, nolle tolli? C.*scio quid feceris:*
Sustulisti. Sy.*si sic factum est, domina, ergo herus damno auctus est.*
So.*Minime, sed erat hic anus Corinthia, haud impura. ei dedi*
Exponendam. Ch.*ò Iupiter, tantam esse in animo inscitiam?*
So.*Perij quid ego feci?* Ch. *at rogitas?* S.*si pecaui mi Chreme,*
Insciēs faci. Ch.*id quidē ego, etsi tu neges certò scio*
Te inscientē atque imprudentē dicere, ac facere oĩa:
Tot peccata in hac re ostendis: nã iam primũ, si meũ
Imperium exequi voluisses, interemptam oportuit,

Non

Non simulare mortem verbis, re ipsa spē vitæ dare.
At id omitto: misericordia, animus maternus: sino.
Quām bene verò abs te prospectum est? quid voluisti? cogita:
Nempe anui prodita abs te filia est planissume,
Per te, vel vti quæstū faceret, vel vti veniret palā.
Credo id cogitasti: quiduis satius, est, dū viuat modò
Quid cum illis agas, qui neque ius, neque bonum, atque æquum sciunt,
Melius peius, prosit, obsit, nil vident, nisi quod lubet?
So. *Mi Chreme, peccaui, fateor, vī cor: nūc hoc te obsecro*
Quantò tuus est animus natu grauior, ignoscentior,
Vt meæ stultitiæ iustitia tua sit aliquid præsidi.
Ch. *Scilicet: equidem istuc factū ignoscā: verū Sostrata*
Male docet te mea facilitas multa. sed. istuc qdquid est,
Qua hoc occeptum est causa loquere. So. *vt stultæ, & miseræ omnes; sumus*
Religiosæ; cū exponendam do illi, de digito annulum
Detraho; & eum dico vt vnà cum puella exponeret.
Si moreretur, ne expers patris esset de nostris bonis;
Ch. *Istuc rectè, conseruastite, atque illam.* So. *hic is est annulus.*
Ch. *Vnde habes?* So. *quam Bacchis secum adduxit adolescentulam.* Sy. *hem.*
Ch. *Quid ea narrat?* So. *ea lauatum dum it, seruandum mihi dedit*
Annulum. non aduorti primū at postq̄ aspexi, illico
Cognoui: ad te exilui. C. *quid nunc suspicare, aut inuenis*
De illa? So. *nescio; nisi ex ipsa quæras vnde hunc habuerit,*
Si potis est reperiri. S. *interij: plus spei video q̄ volo:*

No-

Nostra est, ita si est. C. *viuit'ne illa, cui tu dederas?* So. *nescio.*

Ch. *Quid renuntiauit olim fecisse;* So *id, quod, iusseram.*

Ch. *Nomen mulieris cedò quod sit, vt quæratur.* So. *Philtere.*

Sy. *Ipsa est. mirũ; ni illa salua ẽ, & ego perij.* C. *Sostrata Sequere me intro hac.* So. *ut præter spem euenit, quã timui male,*

Ne nunc animo ita esses duro, vt olim in tollenda, Chreme,

Ch. NON *licet hoĩẽ esse sæpe ita ut volt, si res non sint. Nunc ita tempus est mihi, vt cupiam filiam: olim nil minus.*

Sy. *Nisi fallit me animus, haud multum a me aberit in fortunium:*

Ita hercle in angustũ oppidò nunc meæ cogũtur copiæ Nisi aliquid video, ne esse amicam hanc gnati resciscat seuex.

Nam quod sperem de argento aut posse postulem me fallere,

Nihil est: triumpho, si licet me latere tecto, abscedero. Curiorior, bolum tantum mihi ereptum tam subito è faucibus.

Quid agam? aut quid comminiscar? ratio de integro ineunda est mihi.

NIHIL *tã difficile est, qn querẽdo ĩuestigari possiet.*

Quid, si hoc sic incipiam nunc? nihil est. si sic: tantundem egero.

At sic opinor: non potest: immo optume. euge optumam habeo.

Retraham hercle, opinor, ad me illud idem fugitiuũ argentum tamen.

ACTVS

ACTVS QVARTI, SENA II.

Clinia, Syrus.

C. *NVlla mihi res posthac potest iam interuenire tanta,*
Quæ mihi ægritudinem afferat : tanta hæc letitia oborta est.
Dedo patri me nũc iam, vt frugalior sim, quam volt.
Sy. *Nil me fefellit, cognita est, quãtũ audio huius uerba*
Istuc tibi ex sententia tua obtigisse lætor.
C. *O mi Syre, audistin' obsecro? S. quid ni? qui vsque vnà affuerim.*
C. *Cui æque audisti cõmodi quidquam euenisse?* S. *nulli.*
C. *Atque, ita me dij ament, vt ego nunc non tam meapte causa.*
Lætor, quàm illius: quam ego scio esse honore quouis dignam.
Sy. *Ita credo: sed nunc Clinia age, da te mihi vicissim.*
Nã amici quoq; res est vidẽda in tuto vt collocetur,
Ne quid de amica nunc senex. Clin. *ò Iuppiter.* Sy. *quiesce.*
Cl. *Antiphila mea nubet mihi. Sy. siccine me interloquere?*
C. *Quid faciã Syre mi? gaudeo; ferme. S. fero hercle uero*
Cl. *Deorum vitam adepti sumus.* Sy. *frustra operam hanc opinor sumo.*
Cl. *Loquere, audio. S. at iam hoc non ages.* Clin. *agam.* S. *videndum est, inquam,*
Amici quoque res, Clinia, tui in tuto vt collocetur;
Nam si nunc à nobis, abis, & Bacchidẽ hic relinquis
No-

Noster resciscet illico esse amicam hanc Clitiphonis;
Si abduxeris, celabitur itidem, ut celata adhuc est.
Cl.*At enim istoc nihil est magis, Syre, meis nuptijs aduorsum;*
Nam quo ore appellabo patrem? tenes, quid dicam? Sy.*quid ni?*
Cl.*Quid dicā: quā causā afferā?* Sy.*quin nolo mentiare;*
Apertè, ita ut res sese habet, narrato. Clin. *quid ais?* Sy. *iubeo*
Illam te amare, et uelle uxorē hanc esse Clitiphonis
Cl.*Bonam atque iustam rem oppidò imperas, & factu facilem.*
Et scilicet iam me hoc uoles patrem exorare, ut celet
Senem nostrum Sy.*immo, ut recta uia rem narret ordine omnem.* Cli.*hem.*
Sat insanus es, et sobrius? tu quidē illū planè prodis:
Nam qui ille poterit esse in tuto, dic mihi? effero.
Sy.*Huic equidem consilio palmam do; hic me magnifice*
Qui vim tantam in me, & potestatem habeam tantæ astutiæ,
Vera dicendo ut eos ambos fallā, ut, cū narret senex
Vester nostro, istam esse amicam gnati, non credat tamen.
Cl.*At enim spem istoc pacto rursum nuptiarum omnem eripis:*
Nam *dum amicam hanc meam esse credet, non committet filiam.*
Tu fortasse, quid me fiat, parui curas, dum illi cōsulas.
Sy.*Quid malū me, ætatē censes uelle id adsimularier?*
Vnus est dies, dū argentū eripio; pax, nihil amplius.
Cliń.*Tantum sat habes? quid tum quæso, si hoc pater resciuerit?*

Sy.

Sy. *Quid, si redeo id illos qui aiunt,* QVID *si nunc Cœlum ruat?*

Cl. *Metuo qd agã.* S. *metuis? quasi nõ ca potestas sit tua Quo velis in tempore, vt te exoluas. rem facias palã.*

Clin. *Age, age traducatur. Bacchis.* S. *optume ipsa cx it foras*

ACTVS QVARTI, SCENA III.

Bacchis, Clinia, Syrus, Dromo, Phrygia.

B. SATIS *pol proternè me Syri promissa huc induxêrunt,*

Decem minas, quas mihi dare pollicitus est quod si is nunc me

Deceperit; sæpe obsecrans me, vt ueniam frustra veniet.

Aut, cum venturam dixero, & cõstituero; cũ is certè

Rennunciarit, Clitipho cum spe pendebit animi;

Decipiam, ac non veniam. Syrus mihi tergo pœnas, pendet.

Clin. *Satis scitè promittit tibi.* Sy. *atqui tu hanc iocari credis?*

Faciet, nisi caueo. B. *dormiũt: pol ego istos cõmouebo;*

Mea Phrygia, audistin' homo iste modò, quam uil lam demonstrauit.

Charini? P. *audiui.* B. *proximam esse huic fundo ad dextram?* P. *memini.*

B. *Curriculo percurre: apud eum miles Dionisia agitat*

Sy. *Quid incœpat?* B. *dic me hic oppidò esse inuitam, atque asseruari:*

Verum aliquo pacto uerba me his daturam esse, & uenturam.

Sy. Pe-

Sy. Perij hercle: Bacchis mane, mane; quo mittis istanc quæso?
Iube, maneat. B. abi S. quin paratum argentum. B. quin maneo.
S. Atqui iam dabitur. B. vt lubet, num ego insto? S. at scin' quid sodes?
B. Quid? S. transeundum nunc tibi est ad Menedemũ, & tua pompa
Eò traducenda est. B. quam rem agis scelus? S. egone? argentum cudo,
Quod tibi dem. B. dignam me putas, quam illudas? S. non est temerè.
B. Etiãne tecũ hic res mihi est? S. minimè: tuũ tibi reddo
B. Eatur. S. sequere hàc. heus. Dromo. D. quis me volt? S. Syrus. D. quid est rei?
Sy. Ancillã oẽs Bacchidis traducere huc ad vos ꝑpere
D. Quam ob rem? S. ne quæras. & ferant, quæ secum huc attulerunt.
Sperabit sumptũ sibi senex esse harũ abitu leuatum.
Næ ille haud scit, hoc paulum lucri, quantum ei damni apportet.
Tu nescis id, qđ scis, Dromo, si sapies. D. mutũ dices

ACTVS QVARTI, SENA V.

Chremes, Syrus.

C. ITA me dij amabunt, vt nunc, Menedemi uicẽs
Miseret me, tantum deuenisse ad eum mali.
Illancine mulierem alere cum illa familia?
Etsi scio hosce aliquot dies non sentiet,
Ita magno desiderio fuit ei filius

Verum

Verum ubi videbit tantos sibi sumptus domi
Cuotidianos fieri, nec fieri, modum.
Optabit rursum, vt abeat ab se filius
Syrum optume, eccũ. S. cesso hũc adoriri? C. Syre. S. hem
C. Quid est? S. te mihi ipsum iam duaũ optabam dari.
C. Videre egisse iam nescio, quid, cum sene.
S. De illo, quod dictum dudum? ac factum reddidi.
C. Bonan' fide? S. bona hercle. C. non possum pati.
Quin tibi caput demulceam. accede huc Syre;
Faciam boni tibi aliquid pro ista, re ac lubens.
S. At si scias, quàm scitè in mentem venerit.
C. Vah gloriare euenisse ex sententia?
S. Non hercle verò verum dico. C. dic, quid est?
S. Tui Clitiphonis esse amicam hanc Bacchidem
Menedemo dixit Clinia, & ea gratia
Secum adduxisse, ne tu id persentisceres.
C. Probè. S. dic sodes. C. nimiũ inquã. S. immo sic satis.
Sed porrò ausculta quod superest fallaciæ.
Sese ipse dicet tuam vidisse filiam,
Sibi complacitam eius formam, postquam aspexerit:
Hanc se cupere vxorem. C. modò quæ inuenta est. S. eã:
Ee quidem iubebit posci. C. quam obrem istuc, Syre?
Nam prorsus nihil intellego. S. hui, tardus es.
C. Fortasse. C. argentum dabitur ei ad nuptias,
Aurum, atque vestem, qui, tenesne? Ch. comparet.
Sy. Id ipsum. C. at illi ego nec do, nec despõdeo. (vt lubet.
Sy. Non quã obrem? C. quã obrem, me rogas? homini? S.
Non ego perpetuò dicebam illam illi vt dares,
Verum vt simulares. C. non mea est simulatio:
Ita tu istæc tua misceto, ne me admisceas.
Egon cui daturus non sim, vt ei spondeam?
Sy. Credebam. C. minimè. S. scitè poterat fieri.

Et ego hoc quia dudum tu tantopere iusseras.
Eò cœpi. C.*credo.* S.*ceterum equipem istbuc Chreme*
Aequi, bonique facio. C.*atqui tum maxume*
Volo te dare operam vt fiat, verum alia via.
Sy.*Fiat: quæratur aliud. sed illud quod tibi*
Dixi de argento, quod ista debet Bacchidi,
Id nunc reddendum est illi: neque tu scilicet
Eò nunc confugies, quid mea? num mihi datum est?
Num iussi? num illa oppignerare filiam
Meam me inuito potuit? verùm illud Chreme
Dicunt? IVS *summum, sæpe suma malitia est.*
Ch.*Haud faciam.* S.*immo alijs licet, tibi non licet,*
Omnes te in lauta, & bene parte aucta putant:
Ch.*Quin egomet iam ad eam deferam.* S.*immo filium*
Iube potius. C.*quam obrem?* S.*quia enim in eum suspectio est*
Translata amoris. Ch.*quid tum?* S.*quia videbitur.*
Magis verisimile id esse, cum hic illi dabit:
Et simul conficiam facilius ego quod volo.
Ipse adeò adest. abi effer argentum. Ch.*effero.*

ACTVS TERTII, SCENA V.

Clitipho, Syrus.

Cli. *NVlla est tam facilis res, quin difficilis siet;*
Quā inuitus facias: uel me hæc deambulatio,
Quàm non laboriosa, ad languorem dedit:
Nec quidquam magis nunc metuo quàm denuo
Miser aliquò extrudar hinc, ne accedā ad Bacchidē.
Vt te omnes equidem dij, deæ, quantum est Syre
Cum istboc inuento, cumq; incœpto perdunt.
Huiusmodi mihi res semper comminiscere,

Vbi

Vbi me ex carnifices. Sy. *i hinc quò dignus es,*
Quàm pænè tua me perdidit proteruitas.
Cl. *Vellē hercle factū: ita meritus*. S. *merit⁹? quo modó?*
Ne me istuc ex te prius audisse gaudeo
Quàm argentum haberes, quod daturus iam fui.
Cl. *Quid igitur dicam tibi vis? abijsti: mihi:*
Animam adduxti, quam non liceat tangere.
Sy. *Iam non sum iratus, sed scin' vbi nunc sit tibi*
Bacchis? Cli. *apud nos*. Sy. *non* Cl. *vbi igitur?*
Sy. *apud Cliniam.*
Cl. *Perij*. Sy. *bono animo es: iā argentū ad eā deferes.*
Qđ ei es pollicitus. Cl. *garris. vnde id?* Sy. *a tuo patre.*
Cl. *Ludis fortaße me*. Sy. *ipsa re experibere.*
Ci. *Næ ego fortunatus homo sum deamo te Syre.*
Sy. *sed pater egreditur. caue, quidquā admiraturus sies.*
Qua causa id fiat, obsecundato in loco;
Quod imperabit, facito, loquitor paucula.

ACTVS QVARTI, SCENA VI.

Chremes, Clitipho, Syrus.

Ch. *VBi Clitipho nunc est?* Sy. *eccum me inque.*
Cl. *eccum hic tibi.*
Ch. *Quid rei esset dixtin' huic?* Sy. *dixi pleraq; omnia.*
Ch. *Cape hoc argentum, ac defert*. S. *hei, quid stas lapis?*
Quin accipis? Cl. *cede sanè*. S. *sequere hac me ocyus.*
Tu hic nos dum eximus, interea opperibere:
Nam nihil est illic, quod moremur diutius.
Ch. *Minas quidem iam decem habet à me filia;*
Quas pro alimentis esse nunc duco datas.
Hasce ornamentis consequentur alteræ,

Porrò hæc talenta dotis apposcent duo.
Quàm multa iniusta, ac praua fiunt moribus?
Mihi nunc, relictis omnibus, inueniendus est
Aliquis labore inuenta mea cuidem bona.

ACTVS QVINTI, SCENA VII.

Menedemus Chremes.

M. *Multò omnium nunc me fortunatissimum*
Factum puto esse gnate, cum te intelligo
Resipisse. Ch. *vt errat?* Me. *teipsũ quærebã Chreme:*
Serua, quod in te est filium, & me, & familiam,
Ch. *Cedo, quid vis faciam?* Me. *inuenisti hodie filiam.*
Ch. *Quid tum?* Me. *hanc vxorem sibi dari volt Clinia.*
Ch. *Quæso, quid hoĩs es?* Ne quid? *Ch. iam ne oblitus es*
Inte nos quid sit dictum de fallacias,
Vt ea via abs te agentum auferretur? Me. *scio.*
Ch. *ea res nunc agitur ipsa.* Me. *quid dixti Chreme?*
Errraui, res acte est, quanta despe decidi!
Ch. *Et quidem istæc, quæ est apud te Clitiphonis est*
Amica. Me. *ita aiunt.* Ch. *& tu credis?* Me. *omnia,*
Ch *Et illum aiunt velle vxorem, ut cum dasponderim*
Des quis aurum, ac vestem, atque alia, quæ opus sunt comparet
Me. *Id est profectò; id amicæ dabitur.* Ch. *scilicet*
Daturum. M. *vah, frustra igitur gausus sum miser.*
Quiduis tamen tam malo, quàm hunc amittere.
Quid nunc renunciem abs te responsum Chreme.
Nescentiat me sensisse, atque ægre ferat?
Ch. *Egre? nimũ illi Menedeme indulgeas.* M. *sine.*
Inceptum est perfice hoc mihi perpetuò Chreme,

Ch. *Dic conueniſſe egiße te de nuptijs.*
Me. *Dicam, quid deinde.* Ch. *me facturum eſſe omnia,*
Generum placere: poſtremò etiam, ſi voles,
Deſpõsã, quoq; eſſe dicito. Me. *bem iſtuc volueram.*
Ch. *Tanto ocyus te vt poſcat, & tu id quod cupis.*
Quàm ocyſſime ut des. M. *cupio.* Ch. *næ tu propediem*
Ut iſtam rem uideo, iſtius obſaturabere
Sed hæc ita vt ſunt, cautim, & paulatim dabis,
Si ſapies. M. *faciã.* Ch. *abi intrò: vide, quid poſtulent*
Ego domi ero, ſi quid me uoles. M. *ſanè, volo:*
Nam te ſciente, faciam, quidquid egero.

ACTVS QVARTI, SENA I.

Menedemus, Chremes.

M. EGO me non tam aſtutum neque ita perſpicacem eſſe, id ſcio:
Sed hic adiutor meus, & monitor, & præmonſtrator. Chremes:
Hoc mihi præſtat. in me quiduis harũ rerũ conuenit
Quæ ſunt dicta in ſtultum, caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus.
In illũ nil põt: nã exuperat eius ſtultitia omnia hæc.
Ch. *Obe, iam deſine deos vxor gratulando obtundere,*
Tuam eſſe inuentam gnatam; niſi illos ex tuo ingenio iudicas.
Ut nil credas intelligere, niſi idem dictũ eſt centies
Sed quid iãdudũ interim il lic gnatus ceßat cũ Syro?
Me. *Quos ais homines Chreme ceſſare,* Ch. *bem, Menedeme aduenis?*
Dic mihi Cliniæ quæ, dixi, nunciaſtin'? Me *omnia.*

Ch. *Quid ait?* Me. *gaudere adeo occœpit, quasi qui cu-piunt nuptias,*
Ch. *Ha, ha, hæ.* Me, *quid risisti?* Ch. *serui uenere in mentem Syri*
Calliditates. Me. *ita ne?* Ch. *uoltus quoq; hominum fingit scelus.*
Me. *Gnatus quòd se assimulat lætum, id dicis?* Ch. *id* M. *idem istuc mihi*
Venit in mentem. Ch. *veterator.* Me. *magis si magis noris, putes,*
Ita rem esse. Ch. *ain'tu?* Me. *quin tu ausclulta.* C. *mane: prius hoc scire expeto,*
Quid perdideris. nam vbi desponsam nuntiasti filiò,
Continuo iniecisse verba tibi Dromonem, scilicet,
Sponsæ vestem, aurum, atque ancillas opus esse, argentum vt dares.
Me. *Non,* Ch. *quid non?* Me. *non inquam.* Ch. *neque ipse gnatus?* Me. *nihil prorsus, Chreme.*
Magis vnũ, ét instare, vt hodie conficerentur nuptiæ.
Ch. *Mira narras. quid Syrus meus? ne is quidem quidquam.* Me. *nihil.* *(tam planè scias.*
Ch. *Quamobrẽ?* M. *nescio equidem: sed te miror, qui alia*
Sed ille tuum quoque Syrus idem mire finxit filium,
Vt ne paululũ quidẽ suboleat amitã esse hãc Cliniæ.
Ch. *Quid ais?* Me. *mitto iam osculari, atque amplexari: id nil puto.*
Ch. *Quid est, quod amplius simuletur?* M. *vah.* Ch. *quid est?* Me. *audi modo:*
Est mihi vltimis cõclaue in ædibus quoddam retro:
Huc est intrò latus lectus, vestimentis stratus est.
Ch. *Quid, postquã hoc est factum?* Me. *dictum factum, huc abijt. Clitipho*

Ch.

C.*Solus*? M.*solus*. C.*timeo*. M.*Bacchi cõsecuta est illico*
Ch.*Sola*? Me.*sola*. Ch.*perij*. Me.*vbi abiere intrò, operuere ostium* Ch.*hem*.
Clinia hæc fieri videbat? M.*quid ni*? *vnà mecũ simul*.
Ch.*Filij est amica Bacchis*, *Menedeme* . *occidi*
M.*Quãobrem*? Ch.*decem dierum vix mihi est familia*.
Me.*quid*? *istuc times*, *quòd operã amico ille dat suo*;
C:*Immo quod amicæ*. M.*si dat*. C.*an dubiũ id tibi est*?
Quenquam ne animo tam comi esse, *aut leni putas*,
Qui se vidente amicam patiatur suã? Me.*ha*, *ha*, *hæ*.
Quidni? *quod verba facilius dentur mihi*:
Ch.*Derides*? *merito mihi nunc ego succenseo*.
Quot res dedere, *vbi possem persentiscere*,
Ni essem lapis? *quæ vidi*? *væ misero mihi*.
At næ illud haud inultum, *si viuo*, *ferent*:
Nam iam. Me.*non tu te cohibes*? *non te respicis*?
Non tibi ego exempli satis sum? Ch. *præ iracundia*
Menedeme, *non sum apud me*. Me. *te'ne istuc loqui*?
Nonne id flagitium est, *te alijs consilium dare*,
Foris sapere, *tibi non posse auxiliarier*;
Ch.*Quid faciam*? Me.*id*, *quod me fecisse aiebas parum*:
Fac, *te esse patrem sentiat*: *fac*, *vt audeat*
Tibi credere omnia, *abs te petere*, *&* *poscere*;
Ne *quam aliam quærat copiam*, *ac te deserat*.
Ch.*Immo abeat potius multo quouis gentium*,
Quam hic per flagitium ad inopiam redigat patrem:
Nam si illi pergo suppeditare sumptibus
Menedeme, *mihi illæc verè ad rastros res redit*.
Me.*Quot incommoda tibi in hac re capies*, *nisi caues*?
Difficilem ostendis te esse, *&* *ignosces tamen*
Post, *et id ĩgratũ*. C.*ah nescis*, *quã doleã*. M.*vt lubet*
Quid hoc, *quod*, *volo*, *vt illa nubat nostro*? *nisi q̃d est*

Quod malis, Ch.*immo & gener, & affines placent.*
Me.*Quid dotis dicam te dixisse filio?*
Quid obticuisti; Ch.*dotis?* Me.*ita dico,* Ch. *ab.* Me. *Chreme,*
Ne quid vereare, si est minus: nil dos nes mouet,
Ch.*duo talenta pro re nostra ego esse decreui satis:*
Sed ita dictu opus est, si me vis saluum esse, & rem, & filium,
Me.*mea omnia bona doti dixisse illi.* Me. *quã rẽ agis?*
Ch.*Id miriari te simulato, & illum rogitato simul,*
Quamobrem id faciam. Me. *quin ego verò quamobrem id facias, nescio.*
Ch.*Ego ne? vt illius animũ, qui nũc luxuria, et lasciuia*
Difluit retundã, redigam, vt, quò se uortat, nesciat.
Me.*Quid ais:* Ch. *mitte, ac sine me in hac re gerere mihi morem* Me,*sino:*
Ita'ne vis? Ch.*ita.* Me.*fiat,* Ch. *age iam, vt vxorem accersat, paret*
Se.*Hic ita, vt liberos est æquum dictis confutabitur.*
Sed Syrum. Me.*quid eum;* Ch.*ego'ne? si viuo, adeò exordinatum dabo,*
Adeò depex, vt, dum uiuat, meminerit semper mei:
Cui sibi me pro ridiculo, ac delectamento putat.
Non (ita me dij ament) auderet facere hæc viduæ mulieri,
Cuæ in me fecit.

ACTVS QVINTI, SCENA II.

Clitipho, Menedemus, Chremes Syrus.

C. *ITane tandem, quæso est Menedeme, vt pater*
Tam in breui, spatio omnem de me eiecerit animum patris?

Cuod-

Quodnã ob facinus qd ego tamẽ sceleris admisi miseri
Volgò id faciunt, Me.*scio tibi esse grauius multo, ac durius.*
Cui sit. verũ ego haud minus ęgre patio id,qui nescio,
Nec rõnem capio, nisi quod tibi bene ex aío volo C.*hic*
Patrem astare aiebas? Me.*eccum,* Ch.*quid me incusas Clitipho?*
Quidquid ego huius feci,tibi prospexi et stultitiæ tuę
Vbi te vidi animo eße amißo, & suauia in præsentia
Quæ eßent prima habere, neque consulere in longitudinem:
Cepi rationem vt neque egeres, neque vt hæc posses perdere.
Vbi,cui decuit primò,tibi nõ licuit per te mihi dare,
Abi ad ꝓxumos,tibi qui erant,eis cõmisi, et credidi.
Ibi tuæ stultitiæ semper erit præsidium Clitiphc,
Victus,vestitus,quo in tectũ te receptes Cl.*hei mihi*
C.*Satius est,quã te ipso hærede hæc possidere Bãcchidẽ.*
Sy.*Disperij,scelestus quantas turbas conciui insciens?*
C.*Emori cupio.*Ch.*prius, quæso, disce, quid sit viuere.*
Vbi scies,si displicebit vita tum istoc vitior.
Sy.*Here,licet ne?* Ch. *loquere* Sy. *at tutò.* Ch. *loquere.*
Sy,*quæ ista est prauitas.*
Quæ ve est amentia,quod peccaui ego,id obeße huic? Ch.*ilicet.*
Ne te admisce: nemo accusat. Syre. te: nec tu arã tibi
Neque peccatorem pararis. Sy. *quid agis.* Ch. *nihil. succenseo.*
Nec tibi,nec huic,nec uos est æquũ, quod facio mihi.
Sy.*Abijt,uah rogasse uellem.* Cl.*quid Syre;* Sy. *vnde mihi peterem cibum.*
Ita nos abaljenauit, tibi iam esse ad sororẽ intelligo.

Slit.

Slit. *Adeo'ne rem rediisse, ut periclum etiam fame mihi sit Syre?* (*satis.*

Sy. *Modo liceat viuere, spes est.* Clit. q? S. *nos esurituros*

Cli. *Irrides in re tãta, neq; me quidquã cõsilio addiuas?*

Sy. *Jmmo & ibi nunc sum, & usque dudum id egi, dum loquitur pater.*

Et quantum ego intellegere possum. Cl. *quid?* S. *non abierierit longius.*

Cli. *Quid id ergo?* Sy. *sic est, non esse horum te arbitror.* Cl. *quid istuc Syre?*

Satin' sanus es? Sy. *ego dicam, quod mihi in mentem, tu diiudica.*

Dum istic fuisti solus, dum nulla alia delectatio,

Quæ propior esset, te indulgebãt, tibi dabãt, nunc filia

Postquàm est inuenta vera, innenta est causa, qua te expellerent.

Cli. *Est verisimile.* Sy. *an tu ob peccatum hoc, esse illum iratum putas;* (*iis*

Cli. *Nõ arbitror.* Sy. *nũc alid specta:* MATRES *oẽs fi-*

In peccato adiutrices, auxilio in paterna iniuria

Solent esse, id non fit. Cl. *verum dicis, quid ergo nunc faciam* Syre;

Sy. *Suspectionem quære ex illis istã: rem profer palàm.*

Si non est verum, ad misericordiam ambos adduces citò, aut

Scies cuius sis. Clit. *rectè suades, faciam.* Sy. *sat rectè hoc mihi in*

Mentem venit: nanque adolescens, quam minima in spe situs erit.

Tam facillimè patris pacem in leges conficiet suas.

Etiã haud scio, an'ne vxorẽ ducat, ac Syro nil gratiæ

Quid autem hoc? senex exit foras, ego fugio: adhuc

quod

quod factum est,
Miror non iussisse illico me aripi, ad Menedemum hunc pergam, eum
Precatorem mihi paro: seni nostro fidei nihil habeo.

ACTVS QVINTI, SCENA III.

Sostrata, Chremes.

S. P*Rofectò, nisi caues tu homo, aliquid gnato confisicies mali.*
Idq; adeò miror, qui tã ineptũ quid quã potuerit tibi
Venire in mentem, mi vir. C. *oh, pergin' mulier esse? vllam ne ego*
Rem vnquam volui, quin tu in ea mihi aduorsatrix fueris, Sostrata? at
Si rogitem iam, quid est quod peccem, aut quam ob rem id faciam, nescias.
Inquare nunc tã cõfidẽter restas stulta; S. *ego nescio*
C. *Immo scis potius, quam quidem redeat ad integrum eadem oratio*
S. *Oh, iniquos es, qui me tacere. de re tanta postules.*
C. *Non postulo: iam loquere. nihilominus ego hoc faciã tamen.*
S. *Facies?* C. *verum.* S. *non vides, quantũ mali ex ea re excites?*
Subditum se suspicatur. C. *ain' tu? subditum?* S. *certe, inquam mi vir.* C. *confitere tu.*
Tuũ non esse. S. *ah, obsecro te istuc nostris inimicis siet*
Egon confitear meum non esse filium qui sit meus?
C. *Quid metuis? ne no, cum velis conuincas esse illum tuum?*

S. *Quò*

sa magis
Patiar Clitipho flagitijs tuis me infamen fieri.
So.*Dij istec prohibeant.* Ch.*nescio Deos,ego,quod potero,enitar sedulo.*
Quæris id, quod habes,parentes,quod abest,non quæris patri
Quo modo obsequare,& serues, quod labore inuenerit
Non mihi per fallácias addacere ante occulos? pudet
Dicere hac præsente,verbũ turpe: at te id nullo modo
Facere piguit. Clit.*eheu,quàm ego nunc totus displiceo mihi,*
Quàm pudet, neque, quod principium incipiam ad placandum,scio.

ACTVS QVINTI, SCENA V.

Menedemus, Chremes, Clitipho, Sostrata.

M. ENimuero *Chremes nimis grauiter cruciat adolescentulum,*
Nimisq; inhumane exeo ergo,vt pacem conciliem, optume
Ipsos video, Ch.*ehẽ,Menedeme cur non accersi iubes*
Filiam,& quod dotis dixi, firma? So.*mi uir, te obsecro*
Ne facias. Clit.*pater, obsecro,ut mihi ignoscas.* M.*da ueniam Creme:*
Sine te exorem. Ch.*egon'mea bona,ut dem Bacchidi dono? sciens*
Non faciam. M.*at id nos non sinemus.* Clit.*si me viuum uis pater,*
Ignosce. S.*age,Chreme mi.* M.*age,quæso, ne tam obfirma*

ADELPHORVM PERSONÆ.

Mitio	*ſenex,*
Demea	*ſenex,*
Sanio	*leno,*
Aeſchinus	*adoleſcens,*
Syrus	*ſeruus,*
Cteſipho	*adoleſcens,*
Soſtrata	*matrona,*
Canthara	*nutrix,*
Geta	*ſeruus,*
Hegio	*ſenex*
Dromo	*ſeruus.*

ADELPHI TERENTII.

ACTA LVDIS FVNERAL. L. ÆMILII PAVLI. Q. FABIO MAXIMO, P. CORNELIO AFFRICANO ÆD. CVR. EGEREL. ATTILIVS PRÆNESTINVS, MINVTIVS PROTIMVS. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDII TIBIIS SARRANIS FACTA GRÆCA MENANDRV, L. ANICIO. C. CORNELIO COSS.

C. SVLPICII APOLINARIS

PERIOCHA.

Senarij omnes.

DVos cum haberet Demea adoleſcentulos,
Dat Mitioni fratri adoptandum Aeſchinum.
Sed Cteſiphonem retinet, hunc Citharistriæ

Lepore

Quorum opera in bello, in otio, in negotio,
Suo quisque tempore usus est sine superbia.
Dehinc ne expectetis argumentum fabulæ:
Senes qui primi uenient hi partem aperient,
In agendo partem ostendent; facite æquanimitas
Vestra poetæ ad scribendum augeat industriam.

ACTVS PRIMI, SCENA I.

Mitio.

M. *STorax non rediit hac nocte a cœna Aeschinus*
Neque seruuolorũ quisquã, qui aduorsum ierãt
Profectò hoc uere dicunt: si absis uspiam,
Aut vbi si cesses, euenire ea satius est
Quæ in te vxor dicit, & quæ in animo cogitat,
Irata, quàm illa, quæ parentes propitij.
Vxor, si ceßes, aut te amare cogitat,
Aut te te amari, aut potare, aut animo obsequi;
Et tibi bene esse soli, cum sibi male.
Ego, quia non rediit filius, quæ cogito? &
Quibus nunc sollicitor rebus! ne aut ille alserit,
Aut vspiam ceciderit, aut perfregerit aliquid?
Vah, quemquam'ne hominẽ in animo instituere, aut
Parare, quod si charius, quàm ipse est sibi?
Atqui ex me hic non natus est, sed ex fratre. is adeò
Dissimili studio est iam inde ab adolescentia,
Ego hanc clementem vitam vrbanam, atque otium.
Secutus sum: & quod fortunatum isti putant,
Vxorem nunquam habui: ille contrà, hæc omnia,
Ruri agere uitam, semper parce, ac duriter
Se habere: uxorem duxit: nati filij
Duo inde ego hunc maiorem adoptaui mihi,

Et ego hoc quia dudum tu tantopere iusseras.
Eò cœpi. C.*credo.* S.*cæterum equipem isthuc Chreme*
Aequi,bonique facio. C.*atqui tum maxume*
Volo te dare operam vt fiat,verum alia via.
Sy.*Fiat:quæratur aliud.sed illud quod tibi:*
Dixi de argento,quod ista debet Bacchidi,
Id nunc reddendum est illi:neque tu scilicet
Eò nunc confugies, quid mea? num mihi datum est?
Num iussi?num illa oppignerare filiam
Meam me inuito potuit? verùm illud Chreme
Dicunt? IVS *summum,sæpe suma malitia est.*
Ch.*Haud faciam.* S.*immo alijs licet,tibi non licet,*
Omnes te in lauta,& bene parte aucta putant:
Ch.*Quin egomet iam ad eam deferam.* S.*immo filium*
Iube potius. C.*quam obrem?* S.*quia enim in eum suspectio est*
Translata amoris. Ch.*quid tum?* S.*quia videbitur.*
Magis verisimile id esse,cum hic illi dabit:
Et simul conficiam facilius ego quod volo.
Ipse adeò adest.abi effer argentum. Ch.*effero.*

ACTVS TERTII, SCENA V.

Clitipho,Syrus.

Cli. *NVlla est tam facilis res,quin difficilis siet;*
Quā inuitus facias:uel me hæc deambulatio,
Quàm non laboriosa,ad languorem dedit:
Nec quidquam magis nunc metuo quàm denuo
Miser aliquò extrudar hinc,ne accedā ad Bacchidē.
Vt te omnes equidem dij,deæ,quantum est Syre
Cum isthoc inuento,cumq; incœpto perdunt.
Huiusmodi mihi res semper comminiscere,

Ubi

Vbi me ex carnifices. Sy. *i hinc quò dignus es,*
Quàm pænè tua me perdidit proteruitas.
Cl. *Vellē hercle factū: ita meritus.* S. *merit⁹? quo modo?*
Ne me istuc ex te *prius audisse gaudeo*
Quàm argentum haberes, quod daturus iam fui.
Cl. *Quid igitur dicam tibi vis? abijsti: mihi:*
Animam adduxti, quam non liceat tangere.
Sy. *Iam non sum iratus, sed scin' vbi nunc sit tibi*
Bacchis? Cli. *apud nos.* Sy. *non* Cl. *vbi igitur?*
Sy. *apud Cliniam.*
Cl. *Perij.* Sy. *bono animo es: iā argentū ad eā deferes.*
Qd' ei es pollicitus. Cl. *garris. vnde id?* Sy. *a tuo patre.*
Cl. *Ludis fortaße me.* Sy. *ipsa re experibere.*
Ci. Næ *ego fortunatus homo sum deamo te* Syre.
Sy. *sed pater egreditur. caue, quidquā admirarus sies.*
Qua causa id fiat, obsecundato in loco;
Quod imperabit, facito, loquitor paucula.

ACTVS QVARTI, SCENA VI.

Chremes, Clitipho, Syrus.

Ch. VBi *Clitipho nunc est?* Sy. *eccum me inque.*
Cl. *eccum hic tibi.*
Ch. *Quid rei esset dixtin' huic?* Sy. *dixi pleraq; omnia.*
Ch. *Cape hoc argentum, ac defert.* S. *hei, quid stas lapis?*
Quin accipis? Cl. *cede sanè.* S. *sequere hac me ocyus.*
Tu hic nos dum eximus, interea opperibere:
Nam nihil est illic, quod moremur diutius.
Ch. *Minas quidem iam decem habet à me filia:*
Quas pro alimentis esse nunc duco datas.
Hasce ornamentis consequentur alteræ,

Porrò hæc talenta dotis apposcent duo.
Quàm multa iniusta, ac praua fiunt moribus?
Mihi nunc, relictis omnibus, inueniendus est
Aliquis labore inuenta mea cuidem bona.

ACTVS QVINTI, SCENA VII.

Menedemus Chremes.

M. *MVltò omnium nunc me fortunatissimum*
Factum puto esse gnate, cum te intelligo
Resipisse. Ch. *vt errat?* Me. *te ipsũ quærebã Chreme:*
Serua, quod in te est filium, & me, & familiam,
Ch. *Cedo, quid vis faciam?* Me. *inuenisti hodie filiam.*
Ch. *Quid tum?* Me. *hanc vxorem sibi dari volt Clinia.*
Ch. *Quæso, quid hoĩs es? Ne quid?* Ch. *iam ne oblitus es*
Inte nos quid sit dictum de fallacias,
Vt ea via abs te agentum auferretur? Me. *scio.*
Ch. *ea res nunc agitur ipsa.* Me. *quid dixti Chreme?*
Erraui, res acte est, quanta despe decidi?
Ch. *Et quidem istæc, quæ est apud te Clitiphonis est*
Amica. Me. *ita aiunt.* Ch. *& tu credis?* Me. *omnia,*
Ch *Et illum aiunt velle vxorem, ut cum dasponderim*
Des quis aurum, ac vestem, atque alia, quæ opus sunt
comparet
Me. *Id est profectò; id amicæ dabitur.* Ch. *scilicet*
Daturum. M. *vah, frustra igitur gauisus sum miser.*
Quiduis tamen iam malo, quàm hunc amittere.
Quid nunc renunciem abs te responsum Chreme.
Nesciat me sensisse, atque ægre ferat?
Ch. *Egre? nimĩ illi Menedeme indulgeas.* M. *sine.*
Inceptum est perfice hoc mihi perpetuò Chreme,

Ch.

Ch. *Dic conueniſſe egiſſe te de nuptijs.*

Me. *Dicam, quid deinde.* Ch. *me facturum eſſe omnia;*
Generum placere: poſtremò etiam, ſi voles,
Deſpōsā, quoq; eſſe dicito. Me. *hem iſtuc volueram.*

Ch. *Tanto ocyus te vt poſcat, & tu id quod cupis.*
Quàm ocyſſime ut des. M. *cupio.* Ch. *næ tu prope diem*
Vt iſtam rem uideo, iſtius obſaturabere
Sed hæc ita vt ſunt, cautim, & paulatim dabis,
Si ſapies. M. *faciā.* Ch. *abi intrò: vide, quid poſtulent*
Ego domi ero, ſi quid me uoles. M. *ſanè, volo:*
Nam te ſciente, faciam, quidquid egero.

ACTVS QVARTI, SENA I.

Menedemus, Chremes.

M. EGO *me non tam aſtutum neque ita perſpicacem eſſe, id ſcio:*
Sed hic adiutor meus, & monitor, & præmonſtrator. Chremes:
Hoc mihi præſtat. in me quiduis harū rerū conuenit
Quæ ſunt dicta in ſtultum, caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus.
In illū nil pōt: nā exuperat eius ſtultitia omnia hæc.

Ch. *Obe, iam deſine deos vxor gratulando obtundere,*
Tuam eſſe inuentam gnatam; niſi illos ex tuo ingenio iudicas.
Vt nil credas intelligere, niſi idem dictū eſt centies
Sed quid iādudū interim il lic gnatus ceſſat cū Syro?

Me. *Quos ais homines Chreme ceſſare,* Ch. *hem, Menedeme aduenis?*
Dic mihi Cliniæ quæ, dixi, nunciaſtin'? Me. *omnia.*

Ch. *Quid ait?* Me. *gaudere adeo occœpit, quasi qui cu-piunt nuptias,*

Ch. *Ha, ha, hæ.* Me, *quid risisti?* Ch. *serui uenere in mentem Syri*

Calliditates. Me. *ita ne?* Ch. *uoltus quoq; hominum fingit scelus.*

Me. *Gnatus quòd se assimulat lætum, id dicis?* Ch. *id* M. *idem istuc mihi*

Venit in mentem. Ch. *veterator.* Me. *magis si magis noris, putes,*

Ita rem esse. Ch. *ain'tu?* Me. *quin tu ausculta.* C. *mane: prius hoc scire expeto,*

Quid perdideris. nam vbi desponsam nuntiasti filiô,
Continuo iniecisse verba tibi Dromonem, scilicet,
Sponsæ vestem, aurum, atque ancillas opus esse, argentum vt dares.

Me. *Non,* Ch. *quid non?* Me. *non inquam.* Ch. *neque ipse gnatus?* Me. *nihil prorsus, Chreme.*

Magis vnū, ēt instare, vt hodie conficerentur nuptiæ.

Ch. *Mira narras. quid Syrus meus? ne is quidem quidquam.* Me. *nihil.* *(tam planè scias.*

Ch. *Quamobrē?* M. *nescio equidem: sed te miror, qui alia*
Sed ille tuum quoque Syrus idem mire finxit filium,
Vt ne paululū quidē suboleat amicā esse hāc Cliniæ.

Ch. *Quid ais?* Me. *mitto iam osculari, atque amplexari: id nil puto.*

Ch. *Quid est, quod amplius simuletur?* M. *vah.* Ch. *quid est?* Me. *audi modo:*

Est mihi vltimis cōclaue in ædibus quoddam retro:
Huc est intrò latus lectus, vestimentis stratus est.

Ch. *Quid, postquā hoc est factum?* Me. *dictum factum, huc abijt. Clitipho*

Ch.

C.*Solus?* M.*solus.* C.*timeo.* M.*Bacchi cõsecuta est illico*
Ch.*Sola?* Me.*sola.* Ch.*perij.* Me.*vbi abiere intrò, operuere ostium* Ch.*bem.*
Clinia hæc fieri videbat? M.*quid ni? vnà mecũ simul.*
Ch.*Filij est amica Bacchis, Menedeme. occidi*
M.*Quãobrem?* Ch.*decem dierum vix mihi est familia.*
Me.*quid? istuc times, quòd operã amico ille dat suo;*
C:*Immo quod amicæ.* M.*si dat.* C.*an. dubiũ id tibi est?*
Quenquam ne animo tam cõmi esse, aut leni putas,
Qui se vidente amicam patiatur suã? Me.*ha, ha, hæ.*
Quidni? quod verba facilius dentur mihi:
Ch.*Derides? merito mihi nunc ego succenseo.*
Quot res dedere, vbi possem persentiscere,
Ni essem lapis? quæ vidi? væ misero mihi.
At næ illud haud inultum, si viuo, ferent:
Nam iam. Me.*non tu te cohibes? non te respicis?*
Non tibi ego exempli satis sum? Ch. *præ iracundia*
Menedeme, non sum apud me. Me. *te'ne istuc loqui?*
Nonne id flagitium est, te alijs consilium dare,
Foris sapere, tibi non posse auxiliarier;
Ch.*Quid faciam?* Me.*id, quod me fecisse aiebas parum:*
Fac, te esse patrem sentiat: fac, vt audeat
Tibi credere omnia, abs te petere, & poscere;
Ne quam aliam quærat cõpiam, ac te deserat.
Ch.*Immo abeat potius multo quouis gentium,*
Quam hic per flagitium ad inopiam redigat patrem:
Nam si illi pergo suppeditare sumptibus
Menedeme, mihi illæc verè ad rastros res redit.
Me.*Quot incommoda tibi in hac re capies, nisi caues?*
Difficilem ostendis te esse, & ignosces tamen
Post, et id ĩgratũ. C.*ah nescis, quã doleã.* M.*vt lubet*
Quid hoc, quod, volo, vt illa nubat nostro? nisi qd est

Quod malis, Ch. immo & gener, & affines placent.
Me. Quid dotis dicam te dixisse filio?
Quid obticuisti; Ch. dotis? Me. ita dico, Ch. ab. Me. Chreme,
Ne quid vereare, si est minus: nil dos nos mouet,
Ch. duo talenta pro re nostra ego esse decreui satis:
Sed ita dictu opus est, si me vis saluum esse, & rem, & filium,
Me. mea omnia bona doti dixisse illi. Me. quã rẽ agis?
Ch. Id mirari te simulato, & illum rogitato simul,
Quamobrem id faciam. Me. quin ego verò quamobrem id facias, nescio.
Ch. Ego ne? vt illius animũ, qui nũc luxuria, et lasciuia
Difluit retundã, redigam, vt, quò se uortat, nesciat.
Me. Quid ais: Ch. mitte, ac sine me in hac re gerere mihi morem Me, sino:
Ita'ne vis? Ch. ita. Me. fiat, Ch. age iam, vt vxorem accersat, paret
Se. Hic ita, vt liberos est æquum dictis confutabitur.
Sed Syrum. Me. quid eum; Ch. ego'ne? si viuo, adeò exordinatum dabo,
Adeò depex, vt, dum uiuat, meminerit semper mei:
Cui sibi me pro ridiculo, ac delectamento putat.
Non (ita me dij ament) auderet facere hæc viduæ mulieri,
Cuæ in me fecit.

ACTVS QVINTI, SCENA II.

Clitipho, Menedemus, Chremes Syrus.

C. ITane tandem, quæso est Menedeme, vt pater
Tam in breui, spatio omnem de me eiecerit animum patris?

Cuod-

Quodnã ob facinus qd ego tamẽ sceleris admisi miseri
Volgò id faciunt, Me. scio tibi esse grauius multo, ac durius.
Cui fit. verũ ego haud minus ęgre patio id, qui nescio,
Nec rõnem capio, nisi quod tibi bene ex aío volo C. hic
Patrem astare aiebas? Me. eccum, Ch. quid me incusas Clitipho?
Quidquid ego huius feci, tibi prospexi et stultitiæ tuę
Ubi te vidi animo esse amisso, & suauia in præsentia
Quæ essent prima habere, neque consulere in longitudinem:
Cepi rationem vt neque egeres, neque vt hæc posses perdere.
Ubi, cui decuit primò, tibi nõ licuit per te mihi dare,
Abi ad pxumos, tibi qui erant, eis cõmisi, et credidi.
Ibi tuæ stultitiæ semper erit præsidium Clitipho,
Victus, vestitus, quo in tectũ te receptes Cl. hei mihi
C. Satius est, quã te ipso hærede hæc possidere Bacchidẽ.
Sy. Disperij, scelestus quantas turbas conciui insciens?
C. Emori cupio. Ch. prius, quæso, disce, quid sit viuere.
Ubi scies, si displicebit vita tum istoc vitior.
Sy. Here, licet ne? Ch. loquere Sy. at tutò. Ch. loquere.
Sy, quæ ista est prauitas.
Quæ've est amentia, quod peccaui ego, id obesse huic? Ch. ilicet.
Ne te admisce: nemo accusat. Syre. te: nec tu arã tibi
Neque peccatorem pararis. Sy. quid agis. Ch. nihil. succenseo.
Nec tibi, nec huic, nec uos est æquũ, quod facio mihi.
Sy. Abijt, uah rogasse uellem. Cl. quid Syre; Sy. vnde mihi peterem cibum.
Ita nos abalienauit, tibi iam esse ad sororẽ intelligo.
Siit.

Slit.*Adeo'ne rem rediisse,ut periclum etiam fame mihi sit Syre?* (*satis.*
Sy.*Modo liceat viuere,spes est.*Clit.q̃? S.*nos esurituros*
Cli.*Irrides in re tãta, neq; me quidquã cõsilio adiuuas?*
Sy.*Immo & ibi nunc sum,& usque dudum id egi,dum loquitur pater.*
Et quantum ego intellegere possum. Cl. *quid?* S. *non abierierit longius.*
Cli.*Quid id ergo?* Sy.*sic est,non esse horum te arbitror.* Cl.*quid istuc Syre?*
Satin'sanus es? Sy.*ego dicam,quod mihi in mentem, tu diiudica.*
Dum istic fuisti solus,dum nulla alia delectatio,
Quæ propior esset,te indulgebãt,tibi dabãt,nunc filia
Postquàm est inuenta vera,inuenta est causa, qua te expellerent.
Cli.*Est verisimile.*Sy.*an tu ob peccatum hoc,esse illum iratum putas;* (*iis*
Cli.*Nõ arbitror.*Sy.*nũc alid specta:* MATRES *oẽs fi-*
In peccato adiutrices,auxilio in paterna iniuria
*Solent esse,id non fit.*Cl.*verum dicis,quid ergo nunc faciam Syre;*
Sy. *Suspectionem quære ex illis istã: rem profer palàm.*
Si non est verum, ad misericordiam ambos adduces citò,aut
Scies cuius sis. Clit. *rectè suades , faciam.* Sy. *sat rectè hoc mihi in*
Mentem venit: nanque adolescens,quam minima in spe situs erit.
Tam facillimè patris pacem in leges conficiet suas.
Etiã haud scio,an'ne vxorẽ ducat,ac Syro nil gratiæ
Quid autem hoc? senex exit foras, ego fugio: adhuc
quod

quod factum est;
Miror non iussisse illico me aripi, ad Menedemum hunc pergam, eum
Precatorem mihi paro: seni nostro fidei nihil habeo.

ACTVS QVINTI, SCENA III.

Sostrata, Chremes.

S. *PRofectò, nisi caues tu homo, aliquid gnato confisicies mali.*
Idq; adeò miror, qui tā ineptū quid quā potuerit tibi
Venire in mentem, mi vir. C. *oh, pergin' mulier esse? vllam ne ego*
Rem vnquam volui, quin tu in ea mihi aduorsatrix fueris, Sostrata? at
Si rogitem iam, quid est quod peccem, aut quam ob rem id faciam, nescias.
Inquare nunc tā cōfidēter restas stulta; S. *ego nescio*
C. *Immo scis potius, quàm quidem redeat ad integrum eadem oratio*
S. *Oh, iniquos es, qui me tacere. de re tanta postules.*
C. *Non postulo: iam loquere. nihilominus ego hoc faciā tamen.*
S. *Facies?* C. *verum.* S. *non vides, quantū mali ex ea re excites?*
Subditum se suspicatur. C. *ain' tu? subditum?* S. *certe, inquam mi vir.* C. *confitere tu.*
Tuū non esse. S. *ah, obsecro te istuc nostris inimicis siet*
Egon confitear meum non esse filium qui sit meus?
C. *Quid metuis? ne no, cum velis conuincas esse illum tuum?*

S. *Quòd*

sa magis

Patiar Clitipho flagitijs tuis me infamem fieri.

So. *Dij istec prohibeant.* Ch. *nescio Deos, ego, quod potero, enitar sedulo.*

Quæris id, quod habes, parentes, quod abest, non quæris patri

Quo modo obsequare, & serues, quod labore inuenerit

Non mihi per fallacias addacere ante occulos? pudet

Dicere hac præsente, verbū turpe: at te id nullo modo

Facere piguit. Clit. *eheu, quàm ego nunc totus displiceo mihi,*

Quàm pudet, neque, quod principium incipiam ad placandum, scio.

ACTVS QVINTI, SCENA V.

Menedemus, Chremes, Clitipho, Sostrata.

M. *ENimuero Chremes nimis grauiter cruciat adolescentulum,*

Nimisq; inhumane exeo ergo, vt pacem conciliem, optume

Ipsos video; Ch. *ehē, Menedeme cur non accersi iubes*

Filiam, & quod dotis dixi, firma? So. *mi uir, te obsecro*

Ne facias. Clit. *pater, obsecro, ut mihi ignoscas.* M. *da ueniam Creme:*

Sine te exorem. Ch. *egon' mea bona, ut dem Bacchidi dono? sciens*

Non faciam. M. *at id nos non sinemus.* Clit. *si me viuum uis pater,*

Ignosce. S. *age, Chreme mi.* M. *age, quæso, ne tam obfirma*

ADELPHORVM PERSONÆ.

Mitio	*senex,*
Demea	*senex,*
Sanio	*leno,*
Aeschinus	*adolescens,*
Syrus	*seruus,*
Ctesipho	*adolescens,*
Sostrata	*matrona,*
Canthara	*nutrix,*
Geta	*seruus,*
Hegio	*senex*
Dromo	*seruus.*

ADELPHI TERENTII.

ACTA LVDIS FVNERAL. L. ÆMILII PAVLI. Q. FABIO MAXIMO, P. CORNELIO AFFRICANO ÆD. CVR. EGEREL. ATTILIVS PRÆNESTINVS, MINVTIVS PROTIMVS. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDII TIBIIS SARRANIS FACTA GRÆCA MENANDRV, L. ANICIO. C. CORNELIO COSS.

C. SVLPICII APOLINARIS

PERIOCHA.

Senarij omnes.

DVos cum haberet Demea adolescentulos,
Dat Mitioni fratri adoptandum Aeschinum:
Sed Ctesiphonem retinet, hunc Citharistriæ

Lepore

Quorum opera in bello, in otio, in negotio,
Suo quisque tempore usus est sine superbia.
Dehinc ne expectetis argumentum fabulæ:
Senes qui primi uenient hi partem aperient,
In agendo partem ostendent; facite æquanimitas
Vestra poetæ ad scribendum augeat industriam.

ACTVS PRIMI, SCENA I.

Mitio.

M. *STorax non rediit hac nocte a cœna Aeschinus*
Neque seruulorũ quisquã, qui aduorsum ierãt
Profectò hoc uere dicunt: si absis uspiam,
Aut vbi si cesses, euenire ea satius est
Quæ in te vxor dicit, & quæ in animo cogitat,
Irata, quàm illa, quæ parentes propitij.
Vxor, si ceßes, aut te amare cogitat,
Aut te te amari, aut potare, aut animo obsequi;
Et tibi bene esse soli, cum sibi male.
Ego, quia non rediit filius, quæ cogito? &
Quibus nunc sollicitor rebus? ne aut ille alserit,
Aut vspiam ceciderit, aut perfregerit aliquid?
Vah, quemquam'ne hominẽ in animo instituere, aut
Parare, quod si charius, quàm ipse est sibi?
Atqui ex me hic non natus est, sed ex fratre. is adeò
Dissimili studio est iam inde ab adolescentia,
Ego hanc clementem vitam vrbanam, atque otium.
Secutus sum: & quod fortunatum isti putant,
Vxorem nunquam habui: ille contrà, hæc omnia,
Ruri agere uitam, semper parce, ac duriter
Se habere: uxorem duxit: nati filij
Duo inde ego hunc maiorem adoptaui mihi,

Eduxi a paruulo, habui, amaui pro meo:
In eo me oblecto: solum id est charum mihi:
Ille vt item contrà me habeat, facio sedulò:
Do, prætermitto non necesse habeo omnia
Pro meo iure agere: postremo, alij clanculum
Patres quæ faciunt, quæ fert adolescentia,
Ea ne me cælet, consuefeci filium:
N*am qui mentiri, aut fallere insuerit patrem, aut*
Audebit, tanto magis audebit cæteros
PVDORE, *& liberalitate liberos*
Retinere, satius esse credo, quàm metu.
Hæc fratri mecum conueniunt, neque placent.
Venit sæpe ad me clamitans, quid agis Mitio?
Cur perdis adolescentem nobis? cur amat?
Cur potat? cur tu his rebus sumptus fuggeris?
Vestitu nimium indulges nimium ineptus es:
N*imium ipse durus est, præter æquum, & bonum;*
ET ERRAT *longè mea, quidem sententia,*
Qui imperium credat grauius esse, aut stabilius,
Vti quod fit quàm illud, quod amicitia adiungitur.
Mea est sic ratio, & sic animum induco meum.
Malo coactus, qui suum officium facit.
Dum id rescitum iri credit, tantisper cauet:
Si sperat fore clàm, rursum ad ingenium redit.
Ille, quem beneficio adiungas, ex animo facit
Studet par referre, præsens, absensq; idem erit.
Hoc patrium est, potius cosuefacere filium,
Sua sponte rectè facere, quàm alieno metu.
Hoc pater, ac dominus interest. hoc qui nequit,
Fateatur nescire imperare liberis
Sed estne hic ipsus, de quo agebam? & certè is est,
N*escio quid tristem video credo iam, vt solet,*
Iur:

Iurgabit. saluum aduenire Demea
Gaudemus.

ACTVS PRIMI, SCENA II.

Demea, Mitio.

De. HEM, *opportunè; te ipsum quærito.*
M. *Quid tristis es? De. rogas me, vbi nobis Aeschinus*
Siet: quid tristis ego sim? Mi, dixin' hoc fore? ?
Quid is fecit? De quid ille fecerit: quem neque pudet
Quid quam: neq; metuit quemquã: neque legẽ putat
Tenere se vllam. nam illa, quæ antehac facta sunt,
Omito, modò quid designauit? Mi. quidnam id est?
De. *Fores effregit, atque in ædes irruit*
Alienas. ipsum dominum, atque omnem familiam
Multauit vsque ad mortem, eripuit mulierem
Quam amabat: clamant omnes indignissimè
Factum esse. hoc aduenienti quot mihi Mitio
Dixere? in ore est omni populo denique
Si conferendum exemplum est, non fratem uidet
Rei dare operam; ruri esse parcum, ac sobrium?
Nullum huius simile factum hæc cui illi Mitio
Dico tibi dico: tu illum corrumpi sinis.
Mi. HOMINE *imperito nunquã quidquam iniustius,*
Qui, nisi quod ipse facit, nihil rectum putat.
D. *Quorsũ istuc?* M. *quia tu Demea hæc malè iudicas.*
Non est flagitium, mihi crede, adolescentulum
Scortari, neque potare, non est, neque fores
Effringere hæc si neque ego, neque tu fecimus,
Non sinit egestas facere nos. tu nunc tibi

Id laudi ducis, quod tum fecisti inopia.
Iniurium est, nam si esset, vnde id fieret.
Faceremus: & tu illum tum, si esses homo,
Sinere, nunc facere, dum per ætatem licet,
Potius quàm, vbi te expectatum eiecisset foras,
Alieniore ætate post faceret tamen.
De.*Prò Iuppiter, red ges tu homo me ad insaniam.*
Non est flagitium facere hæc adolescentulum? M.*ah*
Ausculta, ne me obtundas de hac re sæpius.
Tuum filium dedisti adoptandum mihi.
Is meus est factus si quid peccata Demea,
Mihi peccat: ego illi maxumam partem feram.
Obsonat potat olet vnguenta de meo
Amat? dabitur a me argentum, vbi erit commodū,
Vbi non erit fortasse excludetur foras.
Fores affregit? restituentur: discidit:
Vestem? resarcietur. est, dijs gratia:
Et vnde hæc fiant, & ad huc non molesta sunt.
Postremò aut desine, aut cedò quemuis arbitrum:
Te plura in hac re peccare ostendam. De.*hei mihi.*
Pater esse disce ab alijs, qui vere sciunt
Mi.*Natura tu illi pater es, consilijs ego.*
De.*Tun' consulis quidquam?* Mi.*ah, si pergis, abiero.*
De.*Siccine agis?* Mi.*an ego toties de eadem re audiā?*
De.*Curæ est mihi.* Mi.*& mihi curæ est; Verum Demea*
Curemus æquam vterque partem, tu alterum
Ego item alterum: nam ambos curare propemodum
Reposcere, illum est quem dedisti. De.*ah.* Mitio.
Mi.*Mihi sic uidetur.* De.*quid istuc? tibi si istuc placet,*
Profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet.
Jam si verbum unum posthàc. Mi.*rursum Demea*
Jrascere? De *an non credis? repeton' quem dedi?*

Aegre

Aegre est. alienus non sum si obsto. hem desino.
Unum uis curem, curo: & est dijs gratia,
Cum ita, ut uolo, est: iste tuus, ipse sentiet
Posterius: nolo in illum grauius dicere.
Mi. *Nec nihil neque oīa hæc sunt: quæ dicit, tamen.*
Non nihil molesta hæc sunt mihi; sed ostendere,
Me ægre pati illi nolui: nam ita est homo:
Cum placo aduorsor sedulò, & deterreo,
Tamen humane vix patitur: verum si augeam,
Aut etiam adiutor sim eius iracundiæ,
Insaniam profectò cum illo: etsi Aeschinus
Nonnullam in hac re nobis facit iniuriam.
Quam hic non amauit meretricem? aut cui nō dedit
Aliquid? postremò nuper (credo iam omnium
Tædebat) dixit velle vxorem ducere.
Sperabam iam deferuisse adolescentiam:
Gaudebam: ecce autem de integro: nisi quidquid est;
Volo scire, atque hominē conuenire, si apud forum est

ACTVS SECVNDI, SCENA I.

Sannio, Aeschinus.

S. O*Bsecro, populares ferte misero, atque innocenti auxilium:*
Subuenite inopi. Ae. *otiosè, nunc iā illico hic consiste;*
Quid respectas? nihil pericli est. nunquam, dum ego adero, hic te
Tanget. Sa. *ego istam inuitis omnibus.*
Ae. *Quanquam est scelestus, non committet hodie vnquam iterum, vt vapulet.*
Se. *Aeschine audi, ne ignarum te dicas fuisse meorum morum;*

Leno ego sum. Ae.*scio,* Sa.*at ita, vt usquam fuit fide quisquam optuma.*
Tu quòd te posterius purges, nolle hanc iniuriã mihi
Factam esse: huius non faciam: crede hoc, ego meum ius persequar?
Neque tu verbis solues vnquam, quod re mihi mâle feceris.
Noui ego vestra hæc: nollem factum: dabitur iusiu randum, te esse
Indignum iniuria hac: indignis cum egomet sim acceptus modis.
Ae.*Abi prę strenuè, ac fores aperi.* Sa.*cæterũ nihil facis*
Ae.*I intro nunc iam.* Sa.*at enim non sinam,* Ae. *accede illuc Parmeno.*
Nimium istoc abijsti: hic propter hunc assiste: hem, sic volo,
Caue nunc iam oculos à meis oculis quoquam dimoueas tuos,
Ne mora sit, si innuerim, quin pugnus continuò in mala hæreat.
Sa.*Istuc volo ergo ipsum experiri* Ae.*hem, serua: omitte mulierem.*
Sa.*O facinus indignum.* Ae.*geminabit, nisi caues.* Sa. *hei misero mihi.*
Ae.*Non innueram; verum in istam partem potius peccato tamen:*
I nunc iam. Sa.*quid hoc rei est? regnum ne Aeschine hic tu possides?*
Ae.*Si possiderem, ornatus esses tuis virtutibus.*
Sa.*Quid tibi rei mecum est?* Ae. *nihil.* S. *quid? nostin' qui sim?* Ae.*non desidero.*
Sa.*Tetigin' tui quidquam?* Ae. *si attigisses, ferres in*
fortu-

fortunium.

Sa. *Qui tibi magis licet meam habere, pro qua ego argentum dedi?*

Responde. Ae. *ante ædes non fecisse erit melius hic conuitium.*

Nã si molestus pgis esse, iã intrò arripiere, atque ibi

Vsq; ad necẽ operiere loris. S. *loris liber?* Ae. *sic erit.*

Sa. *O hominem impurum, hiccine libertatem aiunt æquam esse omnibus?*

Ae. *Si satis iã debacchatus es leno, audi si vis nunc iã.*

Sa. *Egon' debacchatus sum in te, an tu in me?* Ae. *omitte ista, atque ad rem redi.*

Sa. *Quam rem? quò redeam?* Ae. *iam ne me vis dicere, quod ad te attinet?*

Sa. *Cupio modo æqui aliquid.* Ae. *vah, leno iniqua me non volt loqui.*

Sa. *Leno sum, fateor, pernicies communis adolescentiũ,*

Periurus, pestis tamen tibi a me nulla ẽ orta iniuria.

Ae. *Nam hercle etiam id restat.* Sa. *illuc quæso redi, quo cœpisti, Aeschine.*

Ae. *Minis uiginti tn illã emisti, queres tibi uortat male.*

Argenti tantum tibi dabitur. Sa. *quid, si ego, illam nolo vendere,* *(vendendam censeo,*

Coges me? Ae. *minimè.* Sa. *nãq; id metui.* Ae. *neque*

Quę libera est nã ego illã liberali assero causa manu.

Nunc vide vtrum vis argentum accipere, an causam meditari tuam.

Delibera hoc, dum ego redeo, leno. Sa. *prò supreme Iuppiter,*

Minimè miror, qui insanire occipiũt ex iniuria (meã

Domo me eripuit, verbtraui: me inuito abduxit

Homini misero plus quingẽtos colaphos ifregit mihi.

Ob malefacta hęc tātidē emptā postulat sibi tradier?
Verū .n. quādo bene promeruit, fiat: suū ius postulat.
Age in cupio, modò si argentum reddat sed ego hæc hariolor,
Vbi me dixero dare tanti, testeis faciet illico
Vendidiße me: de argento somnium: mox cras redi.
Id quoque poßum ferre, si modò reddat: quanquam iniurium est.
Verum cogito id, quod res est: quando eum quæstum occœperis,
Accipiunda, & mußitanda iniuria adolescentiū est.
Sed nemo dabit: frustra egomet mecum has rationes deputo.

ACTVS SECVNDI, SCENA II.

Syrus, Sannio.

Sy. *TAce, egomet conueniam iam ipsum: cupide accipiat faxo, atque etiam*
Bene dicat secum eße actum. quid istuc
Sannio est, quod te audio
Cum hero nescio quid concertaße? S. nunquam vidi iniquius.
Cōcertationē cōparatā, quā quæ hodie inter nos fuit.
Ego vapulando, ille verberando, vsque ambo defeßi sumus
Sy. Tua culpa. Sa. quid agerem? Sy. adolescenti morem gestum oportuit.
Sa. Qui potui melius? quin hodie vsque os præbui. Sy. age, scis quid loquar?
PECVNIAM in loco neglegere, maxumum interdum

dum est lucrum. Sa. *hui.*
Sy. *Metuisti, si nunc de tuo iure concessisses paululum,*
Atque adolescenti esses morigeratus, hominum homo stultissime,
Ne nō tibi istuc faeneraret? Sa. EGO *spē pretio nō emo.*
Sy. *Nūquā re facies: abi, nescis ïescare homines, Sannio*
Sy. *Credo istuc melius esse: verum ego nunquam adeo astutus fui,*
Quin, quidquid possē, mallē auferre potius ī presētia.
Sy. *Age, noui tuum animum: quasi quidquam tibi sint viginti minae,*
Dum huic obsequare: praeterea autem te aiunt proficisci Cyprum. Sa. *hem.*
Sy. *Coemisse, hinc quae illuc veheres, multa: nauem conductam: hoc scio,* (*ages,*
Animus tibi pēdet: vbi illinc, spero, redieris, tū hoc
Sa. *Nusquam pedem perij hercle: hac illi spe hoc inceperunt.* Sy. *timet:*
Inieci scrupulum homini. Sa. *ò scelera: illuc vide,*
Ut in ipso articulo oppressit. emptae mulieres
Complures, & item hinc alia, quae porto Cyprum.
Ni eò ad mercatum venio, damnum maxumum est.
Nunc si hoc omittā vbi illinc rediero, actum agam.
Nihil est, refrixerit res. nunc demum venis?
Cur passus? vbi eras? vt sit satius perdere,
Quam aut hic nunc manere, tā diu, aut tū persequi.
Sy. *Iam ne enumerasti, quod ad te rediturum putes?*
Sa. *Hoccine illo dignū est? hoccine incipere Aeschinum?*
Per oppressionem vt hanc mihi eripere postulet?
Sy. *Labascit vnum hoc habeo: vide si satis placet:*
Potius, quam venias in periclum Sannio,
Serues ne, an perdas totum, diuiduum face.
Mina

Mina decem corradet alicunde. Sa. *hei mihi.*
Etiam de sorte nunc uenio in dubium miser.
Pudet nihil: omnes dentes labefecit mihi:
Præterea colaphis tuber est totum caput.
Etiam insuper defraudet? nusquã abeo. Sy. *vt lubet.*
Numquid vis, quin abeam? Sa. *immo hercle hoc, quæso, Syre,*
Vt vt hæc sunt facta, potius, quàm lites sequar,
Meum mihi reddat, saltem quanti empta est; Syre
Scio te non vsum amicitia mea:
Memorem me dices esse, & gratum. Sy. *sedulò*
Faciam. sed Ctesiphonem video; lætus est
De amica. Sa. *quid, quod, te oro?* Sy. *paulisper mane.*

ACTVS SECVNDI, SCENA III.

Ctesipho, Syrus.

C. *Abs quiuis homine, cum est opus, beneficium accipere gaudeas:*
Verum enimuerò id demum iuuat, si, quem æquum est benefacere, is facit.
O frater frater, quid ego nũc te laudẽ? satis certo scio.
Nunquam ita magnificè quidquam dicam, id virtus quin superet tua:
Itaque vnam hanc rem me habere præter alios præcipuam arabitror,
Fratrem homini nemini esse primarum artium magis principem.
S. *O Ctesipho.* C. *o Syre, Aeschinus vbi est?* S. *ellum, te expectat domi.* C. *hem.*
S. *quid est?* C. *quid sit: illius opera Syre nunc viuo: festiuum*

ffiuum caput :

Omnia sibi qui post putarit esse præ meo commodo.

Maledicta, famam, meum amorem, & peccatum in se transtulit.

Nil pote supra, sed quidnam foris crepuit ; S. mane, ipse exit foras.

ACTVS SECVNDI, SCENA IIII.

Aeschinus, Sannio, Ctesipho. Syrus.

Ae. *VBi ile est secrilegus?* San. *men' quærit? numquidnam effert: occidi.*

Nihil video. Aes. *ehé, opportune, te ipsum quærito, quid sit Ctesipho?*

In tuto est omnis res. omite vero tristitiam tuam.

Ct. *Ego illam facile vero omitto, qui quidem te habeam fratrem.*

O mi germane, ah vereor coram in os te laudare amplius.

Ne id assentandi magis quàm quod habeam gratum, faccere existumes.

Ae. *Age inepte, quasi nunc non norimus nos inter nos Ctisipho.*

Sed hoc mihi dolet, nos penè scisse, & penè in eũ locũ

Rediisse, vt, si omnes cuperent, nihil tibi possent auxiliarier,

Ct. *Pudebat.* Ae. *ah, stultitia est istæc, non pudor, tam ob paruolam*

Rem penè ex patria. turpe dictu. Deos quæso vt istæc prohibeant.

Ct. *Peccaui.* Ae. *quid ait tandem nobis Sannio?* Sy. *iam mitis est.*

Ae. Ego

Ae. *Ego ad forum ibo, vt hunc absoluam, tu intro ad illam Ctesipho.*

Sa. *Syre insta.* Sy. *eamus, neque hic properat in Ciprũ.* Sa. *ne tam quiedm.*

Quamuis ẽt maneo otiosus hic. Sy. *redderetur, ne time.*

Sa. *At vt omne reddat.* Sy. *omne reddet, tace modo, ac sequere hac.* Sa *sequor.*

Ct. *Heus hens Syte.* Sy *hem quid est?* Ct. *obsecro, hercle hominem istum impurissimum*

Quam primum obsoluitote, ne, si magis irratus fiet,

A. q ıá ad patrem hoc. permanet. atque ego tunc perptuo perierim.

Sy. *Non fiet: bono animo esto. tu cum illa te intus oblecta interim;*

Et lectulos iube sterni nobis, & parari cetera.

Ego i.m transacta re conuortam me domũ cũ obsonis

Ct. *Ita quæso: quando hoc bone successit, hilarem hunc sumamus diem.*

ACTVS TERTII, SENA I.

Sostrata, Canthara.

O*Bsecro mea tu nutrix, quid nunc fiet?* Ca. *quid fiet, rogas?*

Recte ædopol spero. S. *modo dolores, mea tu, occipiũt primulum.*

Ch. *Iam nunc times, quasi nunquam adfueris, nunquam tute peperis.*

S. *Miseram, me, neminem habeo, solæ sumus: Geta autẽ hic non adest:*

Nec habeo, quẽ ad obstetricẽ mittã, nec qui accersat Aeschium,

C. Po-

C. Polis quidem iam hic aderit? nam nunquam vnum intermittit diem,
Quin semper veniat. S. solus mearum miseriarum est remedium.
C. E re nata melius fieri haud potuit, quàm factum est, hera:
Oblatũ quando vitium est, quod ad illum attinet potissimum,
Talẽ, tali genere, tali animo natum ex tãta familia.
S. Ita pol est, vt dicis: saluus nobis, Deos quæso; vt siet.

ACTVS TERTII, SCENA II.

Geta, Sostrata, Canthara.

G. NVnc illud est, quod, si omnes, omnia sua consilia conferant,
Atq; huic malo salutẽ quærãt, auxilij nihil afferant,
Qđ mihiq;, hereq. filiæq; herili est, væ misero mihi,
Tot res repente circũuallant, vnde emergi non pot,
Vis egestas iniustitia sollicitudo, infamia
Hoccine seclum! o scelera genera sacrilega, o hominẽ impium.
S. Me miseram quidnam est, quod sic video timidũ & properantem Getam?
G. Quem neque fides, neque iusiurandum, neque ulla misericordia
Repressit; neque reflexit; neque quòd partus instabat prope,
Cui miseræ indigne per vim vitium obtulerat. S. non intellego
Satis, quæ loquatur. C. proprius obsecro accedamus Sostrata. G. ah,

Me miseriũ, vix sum cõpos animi: ita ardeo iracũdia.
Nihil est, quod malim, quàm illam totam familiam mihi obuiam
Dari, vt iram hanc in eos euomam omnem, dum ægritudo hæc est recens:
Satis mihi id hẽam supplicij, dũ illos vlciscar modo.
Seni animam primum extinguerem ipsi, qui illud produxit scelus:
Tum autem Syrum impulsorem? vah, quibus illum lacerarem modis?
Sublimem medium arriperem, & capite primum in terram statuerem,
Vt cerebro dispergat viam:
Adolescẽti ipsi oculos erriperẽ, post hæc p̃cipitẽ darẽ
Cæteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, & prosternerem.
Sed cesso hoc malo heram impertiri propere? S. reuocemus Geta. G. hem,
Quisquis es sine me. S. ego sum Sostrata. G. vbi ea est? te ipsam quærito;
Te expecto: oppidò opportune te obtulisti mihi obuiã.
Hera. S. quid est? quid trepidas? G. hei mihi. S. quid festinas mi Geta?
Animũ recipe. G. prorsus. S. Quid istuc prorsus ergo est? G. perijmus.
Actum est. e loquere obsecro, quid sit. G. iam. So. quid iam Geta?
G. Aeschinus. quid ergo is? G. alienus est a nostra familia. So. hem,
Perij, quare? G. amare occepit aliã. S. ve miseræ mihi.
G. Neque id occulte fert: à lenone ipsus eripuit palam.
S. Satin' hoc certo? G. certe, hisce oculis egomet vidi

Sostrata. S.ah,

Me miseram, quid credas iam? aut cui credas? nostrum ne Aeschinum,

Nostram vitam omnium, in quo nostræ spes, opesque omnes sitæ erant.

Qui sine hac iurabat se vnum nunquã victurũ diem

Qui in suo gremio positurum puerum dicebat, patrem

Ita obsecraturum, vt, liceret hanc vxorem ducere.

G.Hera, lacrumas mitte, ac potius, quod ad hanc rem opus porrò est, prospice.

Patiamur ne, an narremus cupiã? C.hau, hau, mi homo, sanun'es;

An hoc proferendum tibi usquam esse videtur? G. mihi quidem non placet.

Iam primum illũ allieno aĩo a nobis esse res ipsa indicat.

Nunc si hoc palam proferemus, ille inficias ibit, sat scio

Tua fama, et gnatæ uita in dubiũ veniet: tũ si maxume

Fateatur, cum amet, aliam, non est utille hanc illi daxi.

Qua propter quoquo pacto tacito est opus? S.ah minimè gentium.

Non faciam. G. quid agis? S.proferam. G.hem, mea Sostrata, vide quam rem agas

S.Periore res loco esse nõ põt, q̃ in hoc, quo nũc sita est

Primum indotata est: tum præterea, quæ secunda ei dos erat

Periit: p virgine dari nuptũ nõ põt: hoc reliquum est

Si inficias ibit, testis, mecũ est annulus, quẽ amiserat

Postremò, quãdo ego conscia mihi sum, a me culpam hanc procul esse, nec

Pretium, neque rem vllam intercessisse illa aut me indignam, experiar Geta. (tes, abi,

C.Quid istuc? accedo, ut melius dicas. S.tu quantum po

Atq;

Atq; Hegionioni cognato hu⁹ rē oē narrato ordine.
Nā is nr̄o Simulo fuit sūm⁹, & nos coluit maxume.
Ge. *Nam hercle alius nemo respicit nos.* So. *properata mea Canthara,*
Curre, obstetricem accerse, vt cum opus sit ne in mora nobis siet.

ACTVS TERTII, SCENA III.

Demea.

D'Isperij: Ctesiphonem audiui filium
Unà affuisse in raptione cum Aeschino
Id misero restat mihi mali, si illum potest,
Qui alicuius rei est, etiam eū ad nequitiā abducere.
Vbi ego illum quæram? credo adductum in ganeum
Aliquò persuasit ille impurus, sat scio.
Sed eccum ire Syrum video: hinc scibo iam, vbi siet.
Atque hercle hic de grege illo est: si me senserit.
Eum quæritate, nunquam dicet carnufex.
Non ostendam me id velle.

ACTVS TERTII, SCENA IV.

Syrus, Demea.

Sy. *Omnem rem modo seni,*
Quo pacto haberet, enarramus ordine.
Nil quidquam vidi lætius. De. *prò Iuppiter.*
Hominis stultitiam. Sy. *collaudauit filium.*
Mihi, qui dedissem consilium, egit gratias.
D. *Disrumpor.* Sy. *argentum adnumerauit illico.*
Dedit

Dedit præterea in sumptum dimidium minæ:
Id distributum sanè est ex sententia. De. *hem,*
Huic mandes, si quid rectè curatum velis,
Sy. *Hem Demea, haud aspexeram te quid agitur?*
De. *Quid agatur; vostram nequeo mirari satis.*
Rationem. Sy. *est hercle inepta, ne dicam dolo, atque*
Absurda, hispes cæteros purga Dromo
Congrum istum maxumum in aqua sinito ludere
Paulisper: vbi ego venero, exossabitur: (*placent:*
Prius nolo. De. *heccin, flagitia?* Sy. *mihi quidem non*
Et clamo sæpe salsamenta hæc Stephanio
Fac macerentur pulchrè. De. *dij vostram fidem;*
Vtrum studione id sibi habet, an laudi putat.
Fore, si perdiderit gnatum? væ misero mihi,
Videre videor iam diem illum, cum hinc egens
Profugiet aliquò militatum. Sy. *ò Demea,*
ISTVC *est sapere, non quod ante pedes modo est,*
Videre, sed etiam illa, quæ futura sunt,
Prospicere? D. *quid istæc iã penes uos psaltria est?*
Sy. *Ellam intus.* De. *eho, an domi est habiturus?* Sy. *credo; vt est* (*tas*
Dementia De. *hæccine fieri flagitia?* Sy. *inepta leni*
Patris, & facilitas praua. De. *fratris me quidem*
Pudet, pigetque. Sy. *nimium inter vos* Demea, *ac*
Non, quia ades præsens, dico hoc pernimiũ inter est,
Tu quantus quantus nihil nisi sapientia es,
Ille futilis somnium. sineres verò ilum tuum
Facere hæc! De. *sinerē illum? an nõ sex totis mensib.*
Prius olfecissem, quam ille quidquam cœperit?
Sy. *Vigilantiam tuam tu mihi narras?* De. *sic siet*
Modo, vt nũc est quæso. Sy. *vt qsq; suũ volt esse, ita ē.*
Me. *Ruid eum? vidistin' hodie?* Sy. *tuum ne filium?*

(Abigā hūc rus)iā dudum aliqd ruri agere arbitror.
De.Satis scis ibi eum esse? Sy.oh,qui egomet produxi.
De.optume est.
Metui;ne hæreret hic Sy.atque iratum admodum.
De.Quid autem? Sy.adortus,iurgio fratrem apud forū
De psaltria istac D.anī verò? Sy.vah. nihil reticuit:
Nam, vt numerabatur fortè argentum, interuenit
Homo de improuiso,cœpit clamare, Aeschine.
Hæccine flagitia facere te? hæc te mittere
Indigna genere nostro? De.oh,lacrumo gaudio
Sy.Non tu hoc argentum perdis,sed vitam tuam
De.Saluos,sit:spero,est similis maiorum suum. Sy.hui.
De.Syre,præceptorum plenus istorum ille.Sy.phi,
Domi habuit vnde disceret.De.fit sedulò:
Nihil prætermitto:consuefacio;denique.
Inspicere,tanquam in speculum,in vitas omnium
Iubeo,atque ex alijs sumere exmplum sibi.
Hoc facito.Sy.rectè sanè.De.hoc fugito.Sy.callide.
De.hoc laui est.Sy.istæc res est.De.hoc.vitio datur.
Sy.Probissime: De.porro autē.Sy.non hercle otiū est
Nunc mihi auscultandi:pisces ex sententia
Nactus sum ibi mihi ne corrumpantur,cautio est:
Nam id nobis tam flagitium est quàm illa Demea
Non facere vobis.quæ modò dixti,& quod queo,
Conseruis ad eundem istunc præcipio modum.
Hoc falsum est,hoc adustū est,hoc lautū est parum;
Illud rectè,iterum sic memento:sedulò
Moneo,quæ possum pró mea sapientia.
Postremò,tanquam in speculum,in patinas Demea.
Inspicere iubeo,& moneo,quid facto vsus sit.
Inepta hæc,esse:nos quæ facimus,sentio,
Verum qu id facias? vt homo,est ita morem geras;
Nun-

Nunquid vis? De. mentem uobis meliorum dari,
Sy. Tu rus ab is hinc? D. rectè. Sy. nã quid tu hic agas,
Vbi si quid bene precipias, nemo obtemperat?
De. Ego verò hinc abeo, quãdo is, quãobrem huc uenerã
Rus abijt: illum curo unum: ille ad me attinet:
Quando ita volt frater, de istoc ipse uiderit.
Sed quis illic est, procul quem video? est ne hic Hegio.
Tribulis noster? si satis cerno, hercle is est,
Vah, homo amicus nobis iam inde a puero, Dij boni,
Ne illiusmodi iam magna nobis ciuium
Penuria est antiqua homo virtute, ac fide.
Haud citò mali quid ortum ex hoc sit publicè.
Quàm gaudeo, ubi etiam huius generis reliquias
Restare uideo vah, uiuere etiam nunc lubet.
Opperiar hominem hic, ut salutem, & colloquar.

ACTVS TERTII, SCENA IV.

Hegio, Geta, Demea, Pamphila.

He. PRo dij immortales. facinus indignum, Géta.
Quid narras? Ge. sic est factum. He. *exillan' familia:*
Tam liberali facinus esse ortum? ò Aeschine
Pol haud paternum istuc dedisti. De. uidelicet
De psaltria hac audiuit. id illi nunc dolet
Alieno: pater is nihil pendit: hei mihi,
Vtinam hic prope adesset alicubi, atque audiret hæc.
Nil facient, quæ illos æquum est, haud sic aufernt.
He. *In in te spes omnis Hegio nobis sita est:*
Ge. *Te solum habemus, tu es patronus, tu parens.*
Ille tibi moriens nos commendauit senex

Si deseris tu perijmus. He.*caue dixeris:*
Nec faciam,neque me satis piè posse arbitror.
De.*Adibo.saluere Hegionem plurimum*
Iubeo. He *te quærebam ipsum,salue Demea.*
De.*Quid autem?* He.*maior filius tuus Aeschinus;*
Quem fratri adoptandum dedisti;neque boni.
Neque liberalis functus officium viri est.
De.*Quid istuc?* He.*nostrū amicū noras Simulum,atque*
Aequalem? De.*quid ni?* He.*filiam eis virginem*
Vitiauit. De.*hem,* He,*mane,nōdum audisti Dema*
Quod est grauissimum. De.*anquidq̃ est ēt amphius:*
He.*Vero amplius: nā hoc q dē ferunaū aliquo modo est:*
Persuasit nox,amor,vinum,adolescentia:
Humanum ast.ubi scit factum, ad matrem uirginis
Venit ipsus,vltro,lachrumans,orans,obsecrans,
Fidem dans,iurans se illam ducturum domum.
Ignotum est tacitum,est creditum est.uirgo ex eo
Compressu grauida facta est:mensis hic decimus est:
Ille bonus vir nobis psaltriam,si Dijs placet,
Parauit,qui cum uiuat,illam deserat.
De.*Pro certon'tu istæc dicis?* He.*mater virginis,*
In medio est,ipsa:uirgo,res ipsa hic Geta
Præterea,vt captus est,seruolorum non malus,
Neque iners,alit illas solus omnem familiam
Sustentat: hunc abduce,vinci,quære rem.
Ge.*Immo hercle exterque,nisi ita factū est Demea;*
Postremò non negabit:coram ipso cedo.
De.*Pudet;nec,quid agam,neque quid huic respondeam*
Scio Pam.miseram me,differor doloribus.
Iuno Lucina fer opem serua me obsecro. He.*hem.*
Numnā illa quæso parturit; G.*certè Hegio,* He.*hem,*
Illæc fidem nunc vostram implorat,Demea:

Quod vos ius cogit, id voluntate impetret.
Hoc primum vt fiant, deos quæso, vt vobis decet;
Sin aliter animus vester, est, ego Demea
Summa ui defendam hanc, atque illum mortuum,
Cognatus mihi erat: vnà a pueris paruoli
Sumus educti: vna semper militiæ, & domi
Fuimus: paupertatem vna pertulimus grauem.
Quapropter nitar, faciam, experiar, denique
Animam relinquam potius, quam illas deseram.
Quid mihi respondes? D. *fratrem conueniam, Hegio:*
Is quod mihi de hacre dederit consilium, id sequar.
De. *Sed Demea hoc tu facito cum animo cogites,*
Quàm vos facillime agitis quàm estis maxume
Potentes, dites fortunati, nobiles,
Tam maxume vos æquo animo æqua noscere
Oportet, si uos voltis perhiberi probos.
De. *Redito fient, quæ fieri æquum, est omnia.*
He. *Decet te facere: Gæta, duc me intro ad Sostratam*
De. *Non me indicente hæc fiunt; vtinam hoc sit modo*
Defunctum: verum nimia illæc licentia
Profecto euadet in aliquod magnum malum.
Ibo, ac requiram, fratrem, vt in eum hæc exomam.

ACTVS TERTII, SENA IV.

Hegio.

He. B*Ono animo fac sis Sostrata, & istã, quod potes.*
Fac consolere. ego Mitionem, si apud forum est,
Conueniam, atque, vt res gesta est narrabo ordine.
Si est, vt facturus officium siet suum;
Faciat: sin aliter de hac re s eius sentetia est;
Respondeat mihi, vt, quid agam, quamprimum sciam

ACTVS QVINTI, SCENA I.

Ctesipho, Syrus.

Ct. *A In' patrem hic bijsse rus?* Sy. *iam dudum.* Ct. *dic sodes* Sy. *apud*
Villam est. nunc eum maxume operis aliquid facere credo. Ct. *vtinam quidem.*
Quod cum salute eius fiat, ita se defatigarit velim,
Vt triduo hoc ꝑpetuo e lecto prorsus nequeat surgere
Sy. *Ita fiat, et istoc si quid potis est rectius.* Ct. *ita: nam hunc diem (gere:*
Miserè nimis perpetuum, vt cœpi, cupio in lætitia de-
Et illud rus nulla alia causa tam malè odi, nisi quia
Propè est: quòd si abesset longius,
Prius nos oppressisset illis, quam huc reuorti posset iterum.
Nũc, vbi me illic nõ videbit, iã huc reccuret, sat scio
Rogabit me, ubi fuerĩ: quẽ egò hodie toto nõ uidi die,
Quid dicam? Sy. *nihil ne in mente est.* Ct. *nunquam quidquam.* Sy. *tanto nequior.*
Cliens, amicus, hospes nemo est vobis; Ct. *sunt: quid postea?*
Sy. *Hisce operã vt data sit.* Ct. *quæ non data sit? non potest fieri.* Sy. *potest,*
Ct. *Interdiu, sed si hic pernocto, causæ quid dicam, Syre?*
Sy. *Vah, quàm vellem etiam noctu amici operam nos esset dari*
Quin tu otiosus es: ego illius sensum pulchrè calleo.
Cum feruit maxume, tã placidum, quàm ouem, reddo. Ct. *quomodo?*
Ct. *Laudarier te audit libenter: facio te apud illũ deũ:*

Virtutes

Virtutes narro. Ct.*meas?* Sy.*tuas. homini illico lacrumæ cadunt,*

Quasi puero, gaudio, hem tibi autem. C. *quidnã est?* Sy. LVPVS *in fabula*

Ct.*Pater ne est?* Sy.*ipsus.* & Ct.*Syre quid agimus?* Sy.*fuge modo intro ego videro.*

Ct.*Si quid rogabit, nusquam tu me. audistin'* Sy. *potin' ut desinas*

ACTVS QVARTI, SCENA II.

Demea, Ctesipho, Sirus.

De. *NAe ego homo sum infelix, primum fratrem nusquam inuenio gentium:*

Præterea autem, dũ illũ quæro, a villa mercenariũ.

Vidi: is filium negat esse ruri: nec, quid agam, scio:

C.*Syre.* S. *quid ais?* C.*men' quærit?* S.*verum.* C.*perij.* S. *quin tu animo bono es.*

D.*Quid hoc malũ infelicitatis? nequeo satis decernere:*

Nisi me credo huic esse natum rei, ferundi miserijs.

Primus sentio mala nostra: primus rescisco omnia.

Primus porrò obnuncio ægre solus, si quid sit fero.

S.*Rideo hunc: primũ ait se scire. is solus nescit omnia.*

D.*Nunc redeo: si fortè frater redierit, viso.* C.*Syre.*

Obsecro, vide ne ille huc prorsus se irruat. S.*etiã taces*

Ego cauebo. C.*nunquam hercle hodie ego istuc committam tibi.*

Nam me iam in cellam aliquam cum illa concludam id tutissimum est.

S.*Age tamen ego hunc amouebo.* D.*sed eccum sceleratum Syrum.*

S.*Non hercle hic quidẽ durare quisquã, si sic fit potest.*

Sire equidem uolo,quot mihi sint domini, quæ hæc est
miseria ? D.*quid*
Ille gannit ? quid volt ? quid ais bone vir ? hem, est
frater domi?
S.*quid, malum, bone vir mihi narras ? equidem petij.*
D. *quid tibi est?*
S.*Rogitas? Ctesipho me pugnis miserũ, et istã psaltriã.*
Vsque occidit. D.*hem quid narras ;* S. *hem, vide vt*
discidit labrum.
D.*Quam ob rem?* S. *me impulsore hanc emptã esse ait.*
D.*non tu eum rus hinc modò*
Produxe aiebas? S. *factũ verum post uenit insaniẽs*
Nil pepercit. non puduisse verberare hominẽ senem,
Quem ego modo puerum tantillum in manibus ge-
staui meis ?
D.*Laudo Ctesipho.patrissas:abi virum te iudico.*
S.*Laudas ? næ ille continebit posthac,si sapiet manus.*
D.*Fortiter.* S.*perquam,quia miseram mulierem,& me*
seruolum,
Qui referire non audebam,vicit,hui, perfortiter.
D.*Non potuit melius : idem sensit, quod ego, te esse*
huic rei caput.
Sed istne frater intus ? S. *non est.* D. *vbi illum quæ-*
ram cogito.
S.*Scio,vbi sit, verum hodie nunquam monstrabo.* D.
hem quid ais ? S.*ita.*
D.*Diminuetus tibi quidẽ iã cerebrũ.* S. *at nomẽ nescio*
*Illius hominis,sed locũ noui, vbi sit.*D.*dic.ergo locũ.*
S.*Nostin' porticum apud macellum hanc deorsum ?* D.
quid ni nouerim?
S.*Præterito hac recta platea sursum : vbi eò veneris,*
Cliuos deorsũ vorsum est, hac te præcipitato : postea

Est ad hanc manum facellũ: ibi angiportũ propter est
D. Quônam? illic, ubi etiam caprificus magna est: nostin'?. D. noui. S. hac pergito.
D. Id quidem angiportum non est peruium. S. verum hercle. vah.
Censen' hominem me esse? erraui, in porticum rursum redi.
Sanè hac multo proprius ibis, & minor est erratis.
Scin' Cratini huius ditis ædeis? D. scio. S. vbi eas præterieris,
Ad sinistram hac recta platea', vbi ad Dianæ veneris.
Ito ad dextram: prius, quam ad portam venias, apud ipsum lacum
Est pistrilla, & ex aduersum est fabrica, ibi est. D. quid ibi facit?
S. Lectules in sole iligneis pedibus faciundos dedit,
Vbi potetis vos. D. sanè bene; sed cesso ad eũ pgere?
S. I sanè, ego te exercebo hodie, vt dign⁹ es, silicernium.
Aeschinus odiosè cessat: prandium corrumpitur:
Ctesipho autem in amore est totus. ego iam prospiciam mihi:
Nam iam adibo, atque vnumquodque, quod quidem erit bellissimum,
Corpã, et cyathos sorbillãs paulatim hũc producã die.

ACTVS QVARTI, SCENA III.
Mitio, Hegio.

M. EGo in hac re nihil reperio, quamobrem lauder tantopere Hegio.
Meum officium, facio: quod peccatum a nobis ortum est, corrigo:

Nisi

Nisi si me in illo credisti esse hominum numero, qui ita putant
Sibi fieri iniuriam, vltro si quam fecere ipsi, expostulant;
Et vltro accusant: id quia non est a me factum, agis gratias?
H. *Ah minime, nunquam te aliter, atque es: in animum induxi meum.*
Sed quæso, vt vnà mecum ad matrem uirginis eas Mitio
Atque istec eadem, quæ mihi dixti, tute dicas mulieri;
Suspicionem hanc propter fratrem eius esse & illam psaltriam:
M. *Si ita æquum cēses, aut ita opus est facto; eamus.* H. *bene facis:*
Nam & illi animum iam releuabis, quæ dolore, ac miseria
Tabescit: et tu officio fueris functus, sed si aliter putas
Egomet narrabo quæ mihi dixti. M. *immo ego ibo.* H. *bene facis:*
OMNES, *quibus res sunt minus secundæ, magis sunt, nescio quomodo*
Suspiciosi, ad contumeliam omnia accipiunt magis:
Propter suam impotentiā, se semper credunt neglegi.
Quapropter te ipsum purgare, ipsis coram, placabilius.
M. *Et recte, & verum dicis.* H. *sequere me, ergo hac intrò.* M. *maxume.*

ACTVS QVARTI, SCENA IV.

Aeschinus.

Ae. *Discrutior animi. hocine de improuiso mali mihi obiici*

Tantum, vt neque quid de me faciam, neque quid agam, certum siet?

Membra metu debilia sunt: animus timore obstupuit: pectore

Consistere nihil consilij quicquā potest. Vah quomodo

Me ex hac turba expediam? tantam nunc suspectio de me indicit,

Neque eā immerito: Sostrata credit, mihi me emisse hanc psatriam:

Anus indicium id fecit mihi.

Nam vt hinc fortè ea ad obstreticem missa erat, vbi eam vidi, illi co...

Accedo, rogito, Pamphila, quid agat iam partus adsiet

Eo ne obstetricem accersat. illa exclamat, abi, abi, iam Aeschine.

Satis diu verba dedisti satis adhuc tua nos frustrata est fides.

Hem, quid isthuc, obsecro, inquā, est? ualeas, habeas illam, quæ placet.

Sensi illico id illas suspicari: sed me repressi tamen,

Ne quid de fratre garrulæ illi dicerem, ac fieret alam.

Nunc quid faciam? dicamne fratris esse hanc? quod minime est opus.

Usquam

Vsq; afferri: agè, omitto, fieri potis est uti ne quã exeat
Ipsũ id metuo vt credant: tot cõcurrunt verisimilia
Egomet rapui: ipse egomet solui argentum. ad me abducta est domum.
Hæc adeo mea culpa fateor fieri nonne hanc rem patri ut ut
Erat gesta indicasse: exorassem, vt eã ducerẽ domũ.
Cessatum est usque adhuc, nunc iam porrò Aeschine expergiscere:
Nunc hoc primum est: ad illas ibi, ut purgem me, accedam ad fores: (miser-
P *erij, horresco sẽper, ubo pultare hasce occipio fores*
Heus, heus: Aeschinus ego sum, aperite aliquis actutum ostium.
Prodit nescio quis, concedam huc.

ACTVS QVARTI, SCENA V.

Mitio, Aeschinus.

M. *ITa vti dixi, Sostrata*
Facite: ego Aeschinum conueniam, ut quomodo acta hæc sint, sciat,
Sed quis ostium hoc pultauit? Aes. *pater hercle est: perij.* M. *Aeschine,*
Aes. *Quid huic hic negoti est?* M. *tu ne hac pepulisti fores? tacet.*
Cur hunc ai quantisper non ludo? melius est:
Quandoquidem hoc nunquã mihi ipse uoluit credere.
Nil mihi respondes? Ae. *non equidẽ istas, quod sciam.*
M. *Itan'? nam mirabar, quid hic negoti esset tibi:*
Et uhuil: salua res est. Ae. *dic sodes pater,*

Tibi

Tibi verò quid istic est rei? M.*nihil mihi quidem:*
Amicus quidam me à foro abduxit modò.
Huc aduocatum sibi. A.*quid?* M:*ego dicam tibi.*
Habitant hic quædam mulieres pauperculæ:
Opinor eas non nosse, te. & certè scio:
Neq; enim diu huc cõmigrarunt. Ae. *quid tũ postea?*
M.*Virgo est cum matre.* Ae. *perge.* M. *hæc virgo orba est patre:*
Hic meus amicus illi genere est proxumus:
Huic leges cogũt nubere hãc. Ae. *perij.* M.*quid est.*
Ae.*Nil; rectè · perge.* M.*is venit, vt secum auehat;*
Nã habitat Mileti Ae.*hẽ, uirginem ut secũ auehat?*
M.*Sic est.* Ae. *Miletum vsque obsecro?* M. *ita.* Ae. *animo male est.*
Quid ipsæ? quid aiunt? M.*quid istas cẽses nihil enim.*
Commenta mater est, esse ex alio uiro.
Nescio quo, puerum natum, neque eum nominat?
Priorem esse illlum, non oportere huic dari.
Ae. *Eho, non ne hæc iusta tibi videntur postea?*
M.*Non.* A.*obsecro non? an illam hinc abducet pater?*
M.*Quidni illam abducet;* Ae. *factum à vobis duriter*
Immisericorditerq; atque etiam, si est pater
Dicendum magis apertè, illiberaliter,
M.*Quam ob rem?* Ae.*rogas me? quid illi tandẽ, creditis,*
Fore animi misero, qui illi consueuit prius.
(Qui infelix haud scio, an illam miserè nunc amat)
Cum hanc sibi uidebit præsens præsenti eripi,
Abduci ab oculis? facinus indignum pater.
M.*Qua ratione istuc? quis despondit; quis dedit?*
Cui quando nupsit? auctor his rebus quis est?
Cur duxit alienam? Ae.*an sedere oportuit*
Domi virginem tam grandem, dum cognatus hic

Illinc

Illinc veniret, expectantem? hæc mi pater
Te dicere æquum fuit, & id defendere,
M. Ridicule, aduorsumne illum causam dicerem,
Cui veneram aduocatus? sed quid ista Aeschine
Nostra? aut quid nobis cum illis? abeamus quid est?
Quid lacrumas? Ae. pater obsecro, ausculta. M. Aeschine; audiui omnia,
Et scio, nã amo te: quo magis, que agis, curæ sunt mihi
Ae. Ita velim me promerẽtẽ a mes, dũ niuas, mi pater.
Vt me hoc delictum admisisse in me id mihi vehementer dolet.
Et me tui pudet. M. credo hercle nã ingenium nouitum
Liberale: sed, vereor, ne indiligens nimium sies.
In qua ciuitate tandem te arbitrare uiuere?
Virginem vitiasti, quam te ius non fuerat tangere.
Iam id peccatũ primũ magnum at humanum tamẽn.
Fecere alij sæpe item boni. at postquam euenit, cedo,
Nũquid circunspexti? aut nunquid tete prospexti tibi
Quid fieret? qua fieret? si te ipsũ mih puduit dicere:
Quã rescicerẽ? hæc dũ dubitas, menses abierunt decẽ.
Prouidisti & te, et illam miseram, & gnatum, quod quidem in te fuit.
Quid credebas, dormienti hæc tibi confecturos deos?
Et sine tua opera illã in cubiculũ iri deductũ domũ?
Nolim cæterarum rerum te socordem eodẽ modo.
Bono animo es, duces uxorem hanc. Ae. hem M. bono animo es inquam, Ae. pater
Obsecro num ludis tu tunc me Mi. ego te; quam obrem? Ae. nescio.
Nisi, quia tam miserè hoc esse cupio verum, eò vereor magis. (abi,
M. Abi domum, ac deos comprecare, vt vxorẽ accersas:
Ae. Quid

Ae. *Quid? iamne vxorem?* Mi. iam. Ae. *iam?* Mi. *iam quantum potes.* Ae. *dij me pater.*
Omnes oderint, ni magis te, quam oculos nunc amo meos.
Mi. *Quid? quàm illam?* Ae. *æque.* Mi. *perbenignè.* Ae. *quid? ille vbi est Milesius?*
Mi. *Abijt, perij, nauem ascendit. sed cur cessas.* Ae. *abi pater.*
Tu potius deos comprecare: nam tibi eos certe scio
Quo uir melior multo es, quàm ego sum, obtem peraturos magis.
Mi. *Ego eo intro, vt, quæ opus sunt, parentur: fac tu, vt dixi si sapis.*
Ae. *Quid hoc negoti; hoc est patrem esse, aut hoc est filium esse.*
Si frater, aut sodalis esset, qui magis morem gereret?
Hic nō amādus? hiccine nō gestādus in sinu est? hem.
Itaque; adeo magnam mihi iniecit sua commoditate curam,
Ne fortè imprudens faciā, quod nolit, sciens cauebo.
Sed cesso ire intrò, ne mora meis nuptij egomet sim?

ACTVS QVARTI, SCENA VI.

Demea.

D. DEfessus sum ambulando. *vt Syre te cum tua Monstratione magnus perdat Iuppiter.*
Perreptaui vsque; omne oppidum ad portum ad lacū;
Quò non? neq; fabrica vlla erat, neque fratrem homo
Vidisse se aiebat quisquam nunc uerò domi
Certum obsidere est vsque, donec redierit.

ACTVS

ACTVS QVARTI, SCENA VII.

Mitio, Demea.

Mi. IBo, illic dicam nullam esse in nobis moram.
De. Sed eccum ipsum, te iam dudum quæro Mitio.
Mi. Quidnam? De. fero alia flagitia ad te ingentia
Boni illius adolescentis. Mi. ecce autem. De. noua,
Capitalia. M. ohe, iã. De. nescius, qui vir siet. M. scio
De. Ah stulte, tu de psaltria me somnias
Agere: hoc peccatum est in virginem ciuem. M. scio.
De. Eho, scis, & patere? Mi. quid ni patiar? D. dic mihi.
Non clamas? non insanis? Mi. non. D. malim quidem
De. Puer natus est. M. dij bene vortant, D. virgo nihil habet.
Mi. Audiui. De. & ducenda indotata est? Mi. scilicet.
De. Quid nũc futurũ est? M. id enim, quod res ipsa fert,
Illinc huc transferetur virgo D. ô Iuppiter,
Istoccine pacto oportet? Mi. quid faciam amplius?
De. Quid facias, rogitas? si non re ipsa tibi dolet,
Simulare certè est hominis, Mi. quin iam uirginem
Despondi: res composita est fiunt nuptiæ:
Dempsit metũ oẽm: hæc magis sunt hoĩs De. cæterum
Placet tibi factum Mitio: Mi. non, si queam
Mutare, NVNC, cum non queo, equo animo fero.
ITA vita est hominum, quasi cum ludas tesseris,
Si illud, quod est maximè opus, iactu non cadit,
Illud, quod cecidit forte, id arte vt corrigas.
De. Corrector, nempe tua arte uiginti minæ
Pro psaltria periere: quæ, quantum potest,
Aliquo abijcienda est, si non pretio, at gratijs.

Mi. Ne-

M. Neque est, neque illam sanè studeo vendere.
D. Quid igitur facies? M. domi erit. D. pro diuûm fidem.
Meretrix, & materfamilias erit vnà in domo?
M. Cur non? De. sanum ne te credis esse? Mi. equidem arbitror.
De. Ita me dij ament (vt uideo ego, tuam ineptiam)
Facturum credo, vt habeas qui, cum cantites.
Mi. Cur non? De. & noua nupta eadem hæc discet? Mi. scilicet
De. Tu inter eas restim ductans saltabis. Mi. probè.
Et tu nobiscum vnà, si opus sit, De. hei mihi,
Non te hæc pudent? M. iam verò omitte Demea,
Tuam istanc iracundiam, atque ita vt decet,
Hilarum ac lubentem fac te ingnati nuptijs.
Ego hos conueniam; posthuc redeo. De ò Iuppiter,
Hanccine vitam? hoscine mores? hanc dementiam?
Vxor sine dote ueniet: intus psaltria est:
Domus sumptuosa: adolescens luxu perditus:
Senexe delirans: ipsa, si cupiat, Salus
Seruare prorsus non potest hanc familiam.

ACTVS QVINTI, SCENA I.

Syrus, Demea.

Sy. Edepol Syrisce te curasti molliter,
Lauteque munus administrasti tuum
Abi, sed postquam intus sum omnium rerum satur,
Prodeambulare huc libitum est. D. illud sis uide
Exemplum disciplinæ: S. ecce autem hic adest senex.
Noster. quid fit? quid tu es tristis? De. ohe scelus.
Sy. Eho iam tu verba fundes hic sapientia?

De. Tun'? si meus esses? Sy. dis quidem esses Demea,
Ac tuam rem constabilisses. De. exemplũ omnibus.
Curarem, ut esses. S. quamobrẽ? quid feci? De. rogas?
In ipsa turba, atque in peccato maxumo.
Quod uix sedatum satis est, potasti scelus.
Quasi, re bene gesta. S. sanè nollem huc exitum,

ACTVS QVINTI, SCENA II.

Dromo. Syrus, Demea.

Dr. HEus Syre, rogat te Ctesipho, ut redeas Sy. abi.
De. Quid Ctesiphonem hic narrat? Sy. nihil De. eho carnifex.
Est Ctesipho intus? Sy. non est. De. cur hic nominat.
Sy. Est alius quidam parasitaster paruolus,
Nostin'? De. iam scibo. Sy. quid agis? quò abis? De. mitte me.
Sy. Noli inquam. De. non manum abstines mastigia?
An tibi mauis cerebrum dispergi hic? Sy. abijt,
Aedepol comessatorem haud sanè commodum,
Præsertim Ctesiphoni. quid ego nunc agam?
Nisi dum hæ silescunt turbæ, interea in angulum
Aliquò abeam, atque edormiscam hoc vidi. sic agã.

ACTVS QVINTI, SCENA III.

Mitio, Demea.

Mi. PARATA a nobis sunt, ut dixi. Sostrata,
Vbi uis, quisnã à me pepulit tã grauiter fores?
De. Hei mihi, quid faciam? quid agam? quid clamem, aut querar?

O cælum, o terra, ò maria Neptuni. Mi. *hem tibi.*
Rescivit omnem rem: id nunc clamat: ilicet:
Paratæ lites: succurrendum est. De. *eccum adest.*
Communis corruptela nostrum liberum.
M. *Tandem reprime iracundiam. atque ad te redi.*
Di. *Repressi, redij, mitto maledicta omnia:*
Rem ipsam putemus. dictum inter nos hoc fuit,
Ex te adeò est ortum, ne tu curares meum,
Ne ve ego tuum, responde. Mi. *factum est, non ego.*
De. *Cur. nunc apud te potat? cur recipis meum?*
Cur emis amicam, Mitio? nam qui minus
Mihi idem ius æquum est esse quod mecum est tibi?
Quando ego tuum non curo, ne cura meum
Mi. *Non æquum dicis, non: nam vetus verbum hoc quidem est,*
COMMVNIA *esse amicorum inter se omnia.*
De. *Facetè; nunc demum istæc nata oratio est,*
Mi. *Ausculta paucis, nisi molestum, est Demea.*
Principiò, si id te mordet, sumptum filij
Quem faciunt, quæso hæc tecum cogites.
Tu illos duos olim pro re tollebas tua,
Quòd satis putabas tua bona ambobus fore,
Et me tum vxorem credidisti scilicet
Ducturum, eandem illam rationem antiquã obtine:
Conserva, quære, parce, fac, quàm plurimum
Illis relinquas, gloriam tu istam obtine:
Mea, quæ præter spem euenere, vtantur sine.
De summa nihil decedet: quod hinc accesserit
Id de lucro putato esse omnia si hæc voles
In animo vere cogitare Demea,
Et mihi, & tibi, & illis dempseris molestiam.
De. *Mitto rem; consuetudinem ipsorum.* M. *mane:*

Scio: istuc ibam multa in homine Demea
Signa insunt, ex quibus coniectura facilè fit,
Duo cum idem faciunt sæpe, vt possis dicere,
Hoc licet impunè facere huic, illi non licet:
Non quod dissimilis res sit sed quòd is qui facit:
Quæ ego esse in illis video: vt confidam fore, ita
Vt volumus. videor eos sapere. intelligere, in loco
Vereri, inter se amare: scire est liberum
Ingenium, atque animum: quouis illos tu die
Reducas. at enim metuas, ne ab re sint tamen
Omissiores paulo. o noster Demea
Ad omnia alia ætate sapimus rectius
SOLVM vnum hoc vitiũ affert senectus hominib.
Attentiores sumus ad rem omnes, quam sat est.
Quod illos sat ætas acuet. De. næ nimium modò
Bonæ tuæ istæ nos rationes, Mitio,
Et tuus iste animus æquus subuortat. M. tace;
Non fiet. mitte iam istæc: da te hodie mihi:
Exporge frontem. De. scilicet ita tempus fert,
Faciundum est ceterum rus cras cum filio
Cum primo lucu. M. immo de nocte censeo:
Hodie modò hilarum fac te, De. & istam psaltriam
Vnà illuc mecum hinc abstraham. Mi. pugnaueris.
Eo prorsus pacto illi alligaris filium.
Modo facito, vt illam serues. De. ego istuc uidero,
Atq; illi fauillæ plenæ fumi, ac pollinis
Coquendo sit faxo, & molendo præter hæc,
Meridie ipso faciam ut stipulam colligat
Tam excoctam reddam, atque atrã, quam carbo est.
est. Mi. placet.
Nunc mihi videre sapere atque equidem filium,
Tum etiam, si nolit, cogas, cum illa vna cubet;

De. Derides? fortunatus, qui isto animo sies.
Ego sentio. Mi. ah pergis ne? De, iam iam desino:
Mi. I ergo intro, & cui opus rei est, hilarem hunc sumamus diem.

ACTVS QVINTI, SCENA IV.

Demea.

De. NVMQVAM ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit,
QVIN res, ætas, usus semper aliquid apportet noui,
Aliquid moneat, vt illa, quæ te scire cedas, nescias,
Et quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies.
Quod mihi euenit nunc: nam ego uitam duram quã vixi usque, adhuc,
Prope iam excurso spatio, mitto, id quamobrem? re ipsa reperi
FACILITATE nihil hoĩ eße meli⁹, neq; clemẽtia id
Esse, verum, ex me atque ex fratre cuiuis facile est noscere.
Vitam ille suam semper egit in otio, in conuiuijs,
Clemens. placidus, nulli lædere os arridere omnibus;
Sibi uixit, sibi sumptũ fecit: omnes benedicũt; amant
Ego ille agrestis, sæuus, tristis, parcus, pruculentus, tenax,
Duxi vxorem: quam ibi miseriam vidi? nati filij,
Alia cura: porrò autem, illis dum studeo, vt quam primum
Facerẽ contriui in quærundo uitã, atq; ætatẽ meam,
Nunc exacta ætate, hoc fructi pro labore ab ijs fero,
Odium: ille alter sine labore patria potitur commoda,

Illũ amant me fugitant: illi credunt consilia omnia:
Illũ diligunt, apud illum sunt ambo, ego desertus sum:
Illum, vt uiuat optant, meam autem mortem expectant, scilicet:
Ita eos meo labore eductos maxumo, hic fecit suos
Paulo sumptu: miseriam omnem ego capio, hic potitur gaudia.
Agè, agè, nũc experiamur cõtra hæc, quid ego possiẽ
Blãde dicere, aut benignè facere, quãdo eò prouocat.
Ego quoq; a meis me amari, & magni pendi postulo.
Si id fit dando, atq; obseqnẽdo, non posteriores feram.
Deerit: id mea minime refert, qui sũ natu maxumus.

ACTVS QVINTI, SCENA V.

Syrus, Demea.

S. *Heus Demea, rogat frater: ne abeas longius.*
D. *Quis homo? o Syre noster, salue, quid fit? quid agitur?*
S. *Rectè.* D. *optume est iam nunc hæc tria primum addidi*
Præter naturam: o noster, quid fit? quid agitur;
Seruum haud illiberalem præbes te, & tibi
Lubens benè faxim. S. *gratiam habeo.* D. *atqui, Syre*
Hoc verum est, & ipsa re experire propediem.

ACTVS QVINTI, SCENA VI.

Geta, Demea.

G. *Hera, ego hinc ad hos prouisam, quam mox virginem*

Accersant. sed eccum Demeam: saluos
Ob, qui vocare? G. *Geta* D. *Geta. hominem maxumi*
Pretij esse hodie te iudicaui animo meo:
Nam is mihi est profectò seruus spectatus satis.
Cui dominus curæ est, ita vt tibi sensi, Geta:
Et tibi ob eam rem, si quid vsus venerit,
Lubens bene faxim. meditor esse affabilis,
Et bene procedit. G. *bonus es, cum hæc existumas.*
D. *Paulatim plebem primulum facio meam.*

ACTVS QVINTI, SCENA VII.

Aeschinus, Demea, Syrus, Geta.

Ae. *Occidunt me, qui dum nimis sanctas nuptias*
Student facere, in apparãdo consumunt diem.
D. *Quid agitur Aeschine?* Ae. *hẽ pater mi tu hic eras.*
D. *Tuus hercle vero & animo, & natura pater,*
Qui te plus quam oculos bosce: sed cur non domum
Vxorẽ accersis? Ae. *cupio, verum hoc mihi mora est*
Tibicina, & hymenæum qui cantent. D. *eho*
Vin' tu huic seni auscultare? Ae. *quid?* D. *missa hæc face,*
Hymenæum, turbam, lampadas, tibicinas:
Atque hanc in horto materiam iube dirui
Quantum potest hac transfer, vnam fac domum:
Traduc & matrem, & familiam omnem ad nos Ae. *placet,*
Pater lepidissime. D. *euge, iam lepidus vocor.*
Fratri ædes fient peruiæ: turbam domum
Adducet sumptum admittet; multa; quid mea?
Ego lepidus ineo gratiam, iube nunc iam

Dinumeret illi Babylo viginti minas.
Syre.cessas ire, ac facere? S.quid ago? D. dirue
Tu illas, abi, & traduce.G.dij tibi Demea
Bene faxint, cum te video nostræ familiæ
Tam ex animo factum uellt. D. *dignos arbitror;*
Tu quid ais?.Ae. sic opinor.D. multo rectius est,
Quàm illam puerperam nunc duci huc per uiam
Aegrotam. Ae.nihil enim uidi melius, mi pater
D.*Sic soleo:sed eccum Mitio egreditur foras.*

ACTVS QVINTI, SCENA VIII.
Mitio, Demea, Aeschinus.

M. *IVbet frater? ubi his est? tu iubes hoc Demea?*
D. *Ego verò iubeo, & in hac re, & alijs omnibus*
Quam maxume unam facere nos hanc familiam,
Colere, adiuuare, adiungere. Ae.*ita quæso pater.*
M.*Haud aliter censeo.D.immo hercle ita nos decet.*
Primum huius uxoris est mater, M.*quid postea?*
D.*Proba, & modesta* M.*ita aiunt.*D.*natu grandior*
M.*Scio.* D.*parere iam diu hæc per annos non potest:*
*Nec, qui eam respiciat, quisquam est: sola est.*M.
quam hic rem agit?
D.*Hanc te æquum est ducere, & te operā, ut fiat, dare.*
M.*Me ducere autem?* D.*te.*M.*me?* D. *te inquam.* M.
*ineptis.*D.*si tu sis homo,*
Hic faciat. Ae.*mi pater.* M.*quid? tu, asine, huic auscultas?* D.*nihil agis.*
*Fieri aliter nō potest.*M.*deliras.* Ae.*sine te exorem,*
mi pater.
M.*Insanis? aufer te* D. *age, da veniam filio.* M. *satis sanus es?*

Ego

Ego nouus maritus anno demũ quinto, et sexagesimo
Fiam. atque anum decrepitam ducam? id ne estis au
ctores mihi?
Ae. Fac: promisi ego illis. M. promisti autem? de te lar
gitor puer.
D. Age quid si quid te maius oret? M. quasi non hoc sit
maxumum.
D. Age, da veniã. Ae. ne grauare D. fac, promitte. M.
non omittis? Ae. non,
Nisi exorem. M. vis hæc quidem est. D. age, age, pro
lixe Mitio.
M. Etsi hoc mihi prauum, ineptum, absurdum, atque
alienum a uita mea
Videatur; si vos tantopere isthoc voltis, fiat. Ae.
bene facis?
Meritò te amo. D. verum quid? quid ego dicam?
hoc confit, quod volo.
Quid nunc quod restat? Heglo cognatus his is est
proxumus
Affinis nobis, paup: bene nos aliquid facere illi, decet:
M. Quid facere? D. agelli hic est sub vrbe paulum,
quod locitas foris:
Huic demus qui fruatur. M. paulum id autem? D.
si multum, tamen
Faciundum est: pro patre huic est, bonus est, noster
est recte datur.
Postremò, non meũ illud verbũ facio, quod tu Mitio
Bene, & sapienter dixi dudum: vitium commune
omnium est,
QVOD nimium ad rem in senecta attenti sumus
hanc maculam nos decet
Effugere: dictũ est uere, et re ipsa fieri oportet, Mitio
M. Quid

M. *Quid istuc est? dabitur quidem, quando hic volt,*
Aeschine. Ae. *mi pater.*
D. *Nunc tu mihi es germanus pariter corpore, & animo.* M. *gaudeo.*
D. *SVO sibi hunc gladio iugulo.*

ACTVS QVINTI, SCENA IX.

Syrus, Demea, Mitio, Aeschinus.

S. *Factum est, quod iussi Demea.*
D. *Frugi homo es. aedelpol hodie mea quidem sententia*
Iudico, Syrum fieri aequum liberu. M. *istunc liberum?*
Quodnam ob factum? D. *multa* S. *o noster Demea, aedepol vir bonus es:*
Ego istos vobis vsq; à pueris curaui ambos sedulò,
Docui, monui, bene praecepi semper, quae potui omnia
D. *Res apparet. et quidem haec porrò, obsonare, cum fide*
Scortum adducere, apparare de die conuiuium:
Nō mediocris hominis hęc sūt officia. S. *o lepidū caput*
D. *Postremo, hodie ī psaltria ista emūda, hic adiutor fuit*
Hic curauit: prodesse aequum est: alij meliores erunt.
Denique hic volt fieri. M. *uin'tu hoc fieri.* Ae. *cupio.*
M. *si quidem*
Tu vis, Syre, eho accede huc ad me, liber esto. S. *bene facis:*
Omnibus gratiam habeo, & seorsum tibi praeterea, Demea.
D. *Gaudeo.* Ae. *& ego,* S. *credo, vtinam hoc perpetuum fiat gaudium, ut*
Phrygiam uxorem meam vnà mecum uideam liberam.

vam. D. optumam

Mulierem quidem. S. et quidē nepoti tuo huius filio
Hodie primā māmā dedit hęc. D. hercle vero serio,
Siquidem prima dedit, haud dubium, quin emitti æquum siet.
M. *Ob eam rem?* D. *ob eam: postremò à me argentum, quanti est, sumito.*
S. *Dij tibi Demea omnes semper omnia optata adferant.*
M. *Syre pcessisti hodie pulchrè.* D. *si quidē porro Mitio*
Tu tuum officium facies, atque huic aliquid paululū præ manu
Dederis, unde vtatur. reddet tibi citò. M. *istoc vilius*
Ae. *Frugi homo est.* S. *reddam hercle. da modò,* Ae. *age pater.* M. *post consulam.*
D. *faciet.* S. *ò uir optume* Ae. *ò pater mi festiuissime.*
M. *Quid istuc? quæ res tā repentè mores mutauit tuos?*
Quid pluuiū? que estec subita est largitas? D. *dicā tibi*
Vt id ostenderem, quòd te isti facilem, et festiuū putāt
Id non fieri ex vera uita, neq; adeo ex æquo, & bono,
Sed ex assentando, indulgendo, & largiendo, Mitio.
Nunc adeò si ob eam rem uobis mea uita inuisa est Aeschine,
Quia non iusta ingiusta prorsus omnia oīno obsequor
Missa facio, effūdite, emitite, facite, quid uobis lubet.
Sed si id vultis potius, quæ uos propter adolescentiam
Min⁹ uidetis, magis īpēsè cupitis, cōsulitis parūm.
Hæc reprehēdere, et corrigere me, obsecundare in loco?
Ecce me, qui id faciā uobis. Ae. *tibi pater permittimus:*
Plus scis, quid facto opus est. sed de fratre quid fiet?
D. *sino:*
Habeat finem in istac faciat M. *istuc rectè. Plaudite,*
Hecyram in suum, id est, in ultimum locum reiecimus

P. TE-

P. TERENTII AFRIC. PHORMIO; FABVLÆ INTERLOCVTORES.

Phormio	*parasitus,*
Demipho	*senex.*
Antipho	*adolescens,*
Geta	*seruus,*
Dorio	*leno,*
Chremes	*senex,*
Phædria	*adolescens.*
Dauus	*seruus.*
Sophrona	*nutrix.*
Nausistrata	*matrona.*
Hegio,	
Cratinus.	*aduocati.*
Crito,	

ACTA LVDIS ROMANIS, L. POSTVMIO ALBINO, L. CORNELIO MERVLA, ÆDIL. CVR. EGERE, L. AMBIVIVS TVRPIO, L. ATTILIVS PRÆNESTINVS. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDII. TIBIS IMPARIB. TOTA GRÆCA APOLLODORV. EPIDICAZOMENOS, FACTA IIII. C. FANNIO, M. VALERIO COSS.

C. SVLPICII APOLINARIS PERIOCHA.

CHREMETIS *frater aberat peregrè Demipho,*
Relicto Athenis Antiphone filio.

Chremes

Chremes clam habebat Lemni vxorem, & filiam,
Athenis aliam coniugem, & amantem unice
Gnatum fiducinam. mater e Lemno aduenit
Athenas: moritur: uirgo sola (aberat Chremes)
Funus procurat. ibi eam uisam Antipho
Cum amaret, opera parasiti vxorem accipit.
Pater, & Chremes reuersi fremere: de in minas
Triginta dant parasito, vt illam coniugem
Haberet ipse argento hoc emitur fidicina.
Vxorem retinet, Antipho a patruo agnitam.

PROLOGVS.

POstquam poeta vetus poetam non potest
Retrahare à studio, & transdere hminuem in otium
Maledictis deterrere, ne scribat; parat:
Qui ita dictitat quas antehac fecit fabulas
Tenui esse oratione, & scriptura leuj.
Quia nusquam scripsit insanum adolescentulum
Ceruam videre fugere, & sectari canes.
Et eam plorare orare vt subi subueniat sibi.
Quòd si intelligeret, olim cum stetit noua,
Actoris opera magis stetisse, quàm sua;
Minus multo audaciter, quàm tædit, læderet:
Et magis placerent, quas fecisset fabulas.
Nunc si quis est, qui hoc dicat, aut sic cogitet,
Vetus si poeta non lacessisset prior,
Nullum inuenire prologum potuisset nouus,
Quem diceret, nisi haberet, cui malediceret:
Is sibi responsum, hoc habeat: in medio omnibus
Palmam esse positam qui artem tractant musicam.

Ille ad famam hunc ab studio studuit reÿcere?.
Hic respondere voluit, non lacessere.
Benedictis si certasset, audisset bene:
Quod ab ipso allatum est, sibi esse id relatum putet.
De illo iam finem faciam dicundi mihi,
Peccandi cum ipse de se finem non facit.
Nunc quid velim, animum attendite. apporto nouã
Epidicazomenon, quam vocant Comœdiam
Græci, Latini Phormionem nominant:
Quia primas parteis qui aget, is erit Phromio
Parasitus: per quem res agetur maxume.
Voluntas vestra si ad poetam accisserit,
Date operam adest æquo animo per silentium;
Ne simili vtamur fortuna, atque vsi sumus,
Cum per tumultum noster grex motus loco est:
Quem actoris virtus nobis restituit locum,
Bonitasque vestra adiuntans, atque æquanimitas.

ACTVS PRIMI, SCENA I.

Dauus.

A*Micus summus meus, & popularis Geta*
Here ad me uenit, *erat ei de ratiuncula*
Iam pridem apud me reliquum pauxillulum
Nummorum: id vt conficerem: confeci: affero.
Nam berilem filium eius duxisse audio
Vxorem ei credo munus hoc corraditur.
QVAM *inique comparatum est ÿ qui minus habent*
Vt semper aliquid addant diuitioribus.
Quod ille vnciatim vix demenso de suo,
Suum defrandans genium, comparsit miser.

Id illa vniuersum abripiet, haud existumans
Quanto labore partum. porrò autem Geta,
Ferietur aliò munere, vbi hera pepererit.
Porrò alio autem, vbi erit puero natalis dies,
Vbi initiabunt: omne hoc mater auferet.
Puer causa erit mittundi: sed videon' Getam?

ACTVS PRIMI SCENA II.

Geta, Dauus.

G. SI quis me quæret rufus. D. *præsto est, desine.* G. *oh,*
At ego obuiā conabar tibi Daue. D. *accipe, hem:*
Lectum est, conuenit numerus quantum debui.
G. *Amo te, & nonne glexisse habeo gratiam.*
D. *Presertim vt nunc sunt mores: adeò res redit:*
Si quis quid reddit, magna habenda est gratia,
Sed quid tu es tristis? G. *egone? nescis, quo in metu, et*
Quanto in periclo simus. D. *quid istuc est?* G. *scies,*
Modò ut tacere possis. D. *abi sis insciens.*
Cuius tu fidem in pecunia perspexeris,
Verere ei verba credere: vbi quid mihi lucri est.
Te fallere? G. *ergo ausculta.* D. *hāc operam tibi dico.*
G. *Senis nostri, Daue fratrem maiorem Cremem*
Nostin'? Da. *quid ni?* Ge. *quid? eius gnatum Phædriam?*
D. *Tanquam te.* G. *euenit senibus ambobus simul,*
Iter illi in Lemnum vt esset, nostro in Ciliciam
Ad hospitem atiquum; is senem per epistolas
Pellexit, modò non MONTES *auripollicens,*
D. *Cui tanta erat res, & supererat:* G. *desinas.*
Sic est ingenium D. *oh, regem me esse oportuit.*
G. *Abeuntes.*

G. *Abeuntes ambo hinc tum senes, me filijs*
Relinquunt quasi magistrum. D. *o Geta, prouinciam*
Cepisti duram. G. *mihi usu uenit, hoc, scio?*
Memini relinqui me, deo irato meo.
Cœpi aduorsari primo, quid uerbis opus est?
Seni fidelis, dum sum, scapulas perdidi.
D. *Venere in mētem istæc mihi: nam quæ inscitia est,*
ADVORSVM *stimulum calces?* G. *cœpi his omnia*
Facere, obsequi quæ uellent. D. *scisti* VTI *foro.*
G. *Noster mali nihil quidquam primo: hic Phædria*
Continuò quandam nactus est puellulam
Citharistriam hanc amare cœpit perdite:
Ea seruiebat lenoni impurissimo
Neque, quod daretur quidquam, id curarant patres
Restabat aliud nihil, nisi oculos pascere,
Sectari, in ludum ducere, & reducere,
Nos otiosi operam dabamus Phædriæ.
In quo hæc discebat ludo, ex aduorsum ei loco
Tonstrina erat quædam; hic solebamus ferè
Plerunque eam opperiri, dum inde iret domum.
Interea dum sedemus illi, interuenit
Adolescens quidam lacrumans; nos mirarier.
Rogamus, quid sit, nunquam æque (inquit) ac modo
Paupertas mihi onus visum est, & miserū, & graue
Modo quandam vidi virginem hic viciniæ,
Miseram, suam matrem lamentari mortuam.
Ea sita erat ex aduorso, neque illi beneuolens
Neque notus neque cognatus, extra vnam aniculā,
Quisquam aderat qui adiutaret funus. miseritum est
Virgo ipsa facie egregia quid, verbis opus est?
Commorat omnes nos: ibi continuò Antipho
Voltisne eamus uisere? alias, censeo,

Eamus

Eamus, duc nos sodes: imus venimus,
Videmus: virgo pulchra, & quo magis diceres,
Nihil aderat adiumenti ad pulchritudinem:
Capilus passus, nudus pes, ipsa horrida:
Lacrumæ, vestitus turpis, vt, ni vis boni
In ipsa inesset formam extinguerent
Ille, qui illam amabat fidicinam, tantum modo,
Satis, inquit [illegible]a est; noster verò. Da. iam scio;
Amare cœpit. Ge. scin quàm? quò euadat, vide:
Postridie ad anum recta pergit: obsecrat,
Vt sibi eius faciat copiam illa enim se negat,
Neque eum equum ait facere: illã ciuẽ esse Atticam
Bonam, bonis prognatam: si vxorem velit.
Lege id licere facere. sin aliter, neget
Noster, quid ageret, nescire, & illam ducere
Cupiebat, & metuebat absentem patrem.
Da. *Non, si rediisset, ei pater veniam daret?*
Ge. *Ille ne indotatam virginem atque ignobilem*
Daret illi? nunquam faceret, D. *quid fit denique?*
Ge. *quid fiat? est pasitus quidam Phormio,*
Homo confidens: qui illum dii omnes perduint.
Da. *Quid is facit?* G. *hoc consilium, quod dicam, dedit.*
Lex est, ut orbæ, qui sint genere proxumi,
Eis nubant: & illos ducere eadem hæc lex iubet.
Ego te cognatum dicam, & tibi scribam dicam:
Paternum amicum me assimulabo virginis:
Ad iudices veniemus: qui fuerit pater,
Quæ mater, qui cognata tibi sit, omnia hæc
Confingam, quod erit mihi bonum, atque commodũ,
Cum tu horum nihil refeles. vincam scilicet.
Pater aderit mihi paratæ lites, quid mea?
Illa quidem nostra erit. Da. *iocularem audaciam.*

Ge. *Persuasit homini: factũ est: ventum est: vincimur:*
Duxit. D. *quid narras.* G. *hoc, quod audis.* D. *ò Geta,*
Quid te futurum est? G. *nescio hercle: vnum hoc scio*
Quod fors feret, feremus æquo animo. Da. *placet:*
Hē istuc viri est officiunt. Ge. *in me oĩs spes mihi est*
Da. *Laudo.* Ge. *ad precatorem abeam credo, qui mihi.*
Sic oret: nunc amitte quæso hunc: cæterum
Posthac si quidquam, nihil precor. tantummodo
Non *addas: vbi ego hinc abiero vel occiditò.*
Da. *Quid ille pædagogus, qui citharistiam?*
Quid rei gerit? Ge. *sic, tenuiter.* Da. *non multũ habes*
Quod det fortasse. Ge. *immo nihil, nisi spem meram.*
Da. *Pater eius rediit, an non?* Ge. *nondum.* Da. *quid? senem*
Quo adexpectatis vostrum? G. *non certum scio:*
Sed epistolam abeo allatam esse audiui modo, &
Ad portitores esse delatam: hanc petam.
Da. *Nunquid Geta aliud me vis?* Ge. *vt bene sit tibi.*
Puer heus nemon' huc prodit? cape, da hoc Dorcio.

ACTVS PRIMI, SCENA III.

Antipho, Phædria.

An. ADEON' *rem rediisse, vt qui mihi consultum esse optume velit,*
Phædria, patrem extimescam. vbi in mentem eius aduenti venit?
Quod ni fuissem incogitans, ita eum expectarem, vt par fuit.
Ph. *Quid istuc est?* An. *rogitas? qui tam audacis facinoris mihi conscius.*

Sis?

Sis? quod vtinam ne Phormioni id suadere in mentem incidisset,
Neu me cupidum eo impulisset, quod mihi principiũ est mali
Non potitus essem: fuißet tum mihi illos ægre aliquot dies:
At nõ quotidian a cura hæc angeret animũ. Ph. *audio*
An. *Dum expecto, quam mox veniat, qui adimat hanc mihi consuetudinem.*
Ph. *Alijs quia desit quod amant, ægre est; tibi, quia superest, dolet.*
Amore abundas Antipho.
Nam tua quidem herclè certè vita hæc expetenda, optandaque est.
Ita me dij bene ament: vt mihi liceat tam diu, quod amo, frui,
Iam depacisci mortem cupio tu conijcito cætera,
Quid ego ex hac inopia nunc capiam, & quid tu ex istac copia:
Vt ne addam, quòd sine sumptu, ingenuam, liberalem nactus es:
Quod habes, ita vt voluisti, vxorem, sine mala fama: palma
Beatus, ni unũ hoc desit, aĩus, qui moleste istæc ferat
Et si tibi res sit cum eo lenone, quocum mihi est, tum sentias
Ita plerique ingenio sumus omnes: NOSTRI *nosmet pœnitet:*
An. *At tu mihi cõtra nũc videre fortunatus, Phædria*
Cui de integro est potestas etiã consulendi, quid velis
Retinere, amare, amittere: ego in eum incidi infelix locum,

Vt ne mihi eius sit amittendi, nec retinendi copia.
Sed hoc quid est? uideon' ego aduenire huc currentem Getam?
Is ipsus est: Ge. *timeo miser, quam nunc mihi hic rem nunciet.*

ACTVS PRIMI, SCENA IV.

Geta, Antipho, Phædria.

Ge. *NVllus ex, Geta nisi aliquod iam tibi consilium celere repereris:*
Ita subito nunc imparatum tanta te impendent mala
Quæ neque vti deuitem scio, neque quomodo me inde extraham:
Nam non potest celari nostra diutius iam audacia:
Quæ si non astu prouidentur, me, aut herum pessundabunt.
An. *quidnam ille commotus venit?* Ge. *tum temporis punctum mihi,*
Ad hanc rē est: herus adest, An. *quid istuc est mali?*
Ge. *Quod cum audierit, quod eius remedium inueniam iracundiæ?*
Loquar ne? incendam. taceam? instigem purgē me? LATEREM lauem.
Eheu me miserum, cum mihi paueo, tum Antipho me excruciat animi.
Eius me miseret: ei nunc timeo: is nunc me retinet: nam absque eo
Esset, recte ego mihi vidissem, & senis essem vltus iracundiam:
Aliquid conuasissem, atque hinc me conijcerem protinus

tinus in pedes.

An. Quam hic fugam, aut furtum parat,

Ge. Sed vbi Antiphonem reperiam? aut qua quaerere insistam via?

Ph. Te nomina An. nescio quo magnum hoc nuncio ex pecto malum.

P. Ah, sanus ne es?

Ge. Domum ire pergam: ibi plurimum est. Ph. reuocemus hominem. An. sta illico. Ge. hem.

Satis pro imperio quisquis es: An. Geta. Ge. ipse est, quem volui obuiam. (expedi.

An. Cedo, quid portas, obsecro? atque id, si potes, verbo

Ge. Faciam. An. eloquere. Ge. modo apud portum. An. meum ne? Ge. intellexti, An. occide Ph. hem.

An. Quid agam? Ph. quid ais? Ge. huius patrem vidisse me, patrumtuum.

An. Nam quod ego huic nunc subito exitio remedium inueniam miser?

Quod si eo meae fortunae redeunt, Phanium, abs te vt distrahar?

Nulla est mihi vita expetenda. Ge. ergo istaec cum ita sint Antipho,

Tanto magis te aduigilare aequum est. FORTEIS fortuna adiuuat.

An. Non sum apud me. Ge. atqui opus est nunc, cum maxume, vt sis Antipho.

Nam si senserit te timidum pater esse, arbitrabitur Commeruisse culpam. Ph. hoc verum est. An. non possum immutarier.

Ge. Quid aliquid grauius tibi nunc faciundum foret?

An. Cum hoc non possum, illud minus possem. Ge. hoc nihil est. Phaedria: licet

Quid conterimus operam frustra, quin abeam? Ph. *et quidem ego.* An. *obsecro,*
Quid si assimulabo? satin'est? Ge. *garris.* An. *uoltum contemplamini, hem,*
Satin' sic est? Gen. *non* An. *quid si sic?* Ge. *propemodum.* An. *quid si sic?* Ge. *sat est.*
Hem istuc serua, & verbum verbo, par pari vt respondeas:
Ne suis te iratus saeui dictis protelet. An. *scio.*
Ge. *Vi coactum te esse inuitum, lege, iudicio: tenes?*
Sed quis hic est senex, quem uideo in vltima platea?
An. *ipsus est.*
Non possum adesse. Ge. *ah quid agis? quo abis Antipho; mane,*
Mane inquã. An. *ego met me noui, et peccatũ meum:*
Vobis commendo Phanium, & vitam meam,
Ph. *Geta, quid nunc fiet?* Ge. *tu iam lites audies:*
Ego plectar pendens nisi quid me fefellerit.
Sed quod modo hic nos Antiphonem monuimus,
Id nosmetipsos facere oportet, Phaedria:
Ph. *Aufer mihi, Oportet: quin tu, quod faciam, impera.*
Ge. *Meministin' olim vt fuerit vostra oratio*
In re incipiunda ad defendendam noxiam?
Iustam illam causam facilem, vincibilem, optumam
Ph. *Memini.* G. *hem nunc ipsa est opus, aut, si quid põt, Meliore, & callidiore.* Ph. *fiet sedulo.*
Ge. *Nunc prior adito tu: ego in insidijs hic ero*
Succenturiacus, si quid deficies, Ph. *age.*

ACTVS

ACTVS PRIMI, SCENA V.

Demipho, Geta, Phædria.

De. *ITa ne tandem vxorem duxit Antipho iniussu meo?*

Nec meum imperium: age, mitto imperium: non simultatem meam

Reueris? saltē non pudere? ò facinus audax, o Geta

Monitor. Ge. *vix laudem.* De. *quid mihi dicent? aut quam causam reperient?*

Demiror. G. *atque repperi iam: aliud cura.* De. *an ne hoc dicent mihi?*

Inuitus feci: lex coegit. audio, & fateor. Ge. *placet.*

De. *Vtrum scientē, tacitū causā tradere aduersarijs,*

Etiam ne id lex coegit? Ph. *illud durum.* Ge. *ego expediam: sine*

De. *Incertum est, quid agam, quia præter spem, atque incredibile hoc mihi accidit.*

Ita sum irritatus, animum vt nequeam ad cogitandum instituere.

QVAMOBREM *omnes, cum secundæ res sunt maxume, tum maxumè*

Meditari secum oportet, quo pacto aduorsam ærumnam ferant:

Pericla dāna, exilia peregrè rediens semper cogitet,

Aut filij peccatū aut uxoris mortē, aut morbū filiæ:

Cōmunia cē hæc fieri posse: vt ne qd animo sit nouū:

Quidquid præter spem eueniat, omne id deputare esse in lucro:

Ge. *O Phædria, īcredibile est, quāto herū āte eo sapiētia*

Dinumeret illi Babylo viginti minas.
Syre.cessas ire, ac facere? S.*quid ago?* D. *dirue &*
*Tu illas, abi, & traduce.*G.*dij tibi Demea*
Bene faxint, cum te video nostræ familiæ
Tam ex animo factum uellt. D. *dignos arbitror;*
Tu quid ais?.Ae. sic opinor.D. multo rectius est,
Quàm illam puerperam nunc duci huc per uiam
Aegrotam.Ae.nihil enim uidi melius, mi pater
D.*Sic soleo:sed eccum Mitio egreditur foras.*

ACTVS QVINTI, SCENA VIII.
Mitio, Demea, Aeschinus.

M. *IVbet frater?ubi his est?tu iubes hoc Demea?*
D. *Ego verò iubeo, & in hac re, & alijs omnibus*
Quam maxume unam facere nos hanc familiam,
Colere, adiuuare, adiungere. Ae.*ita quæso pater.*
M.*Haud aliter censeo.*D.*immo hercle ita nos decet.*
*Primum huius uxoris est mater,*M.*quid postea?*
D.*Proba, & modesta* M.*ita aiunt.*D.*natu grandior*
M.*Scio.*D.*parere iam diu hæc per annos non potest:*
*Nec, qui eam respiciat, quisquam est: sola est.*M.
quam hic rem agit?
D.*Hanc te æquum est ducere, & te operã, ut fiat, dare.*
M.*Me ducere autem?*D.*te.*M.*me?* D.*te inquam.* M.
*ineptis.*D.*si tu sis homo,*
Hic faciat. Ae.*mi pater.*M.*quid? tu, asine, huic auscultas?* D.*nihil agis.*
*Fieri aliter nõ potest.*M.*deliras.*Ae.*sine te exorem, mi pater.*
M.*Insanis? aufer te* D. *age, da veniam filio.* M. *satis sanus es?*

Ego nouus maritus anno demũ quinto, et sexagesimo
Fiam. atque anum decrepitam ducam? id ne estis au ctores mihi?
Ae. *Fac: promisi ego illis.* M. *promisti autem? de te lar gitor puer.*
D. *Age quid si quid te maius oret?* M. *quasi non hoc sit maximum.*
D. *Age, da veniã.* Ae. *ne grauare* D. *fac, promitte.* M. *non omittis?* Ae. *non,*
Nisi exorem. M. *vis hæc quidem est.* D. *age, age, pro lixe Mitio.*
M. *Etsi hoc mihi prauum, ineptum, absurdum, atque alienum a uita mea*
Videatur; si vos tantopere istboc voltis, fiat. Ae. *bene facis?*
Meritò te amo. D. *verum quid? quid ego dicam? hoc confit, quod volo.*
Quid nunc quod restat? Heglo cognatus his is est proxumus
Affinis nobis, paup: bene nos aliquid facere illi, decet.
M. *Quid facere?* D. *agelli hic est sub vrbe paulum, quod locitas foris:*
Huic demus qui fruatur. M. *paulum id autem?* D. *si multum, tamen*
Faciundum est: pro patre huic est, bonus est, noster est: recte datur.
Postremò, non meũ illud verbũ facio, quod tu Mitio
Bene, & sapienter dixi dudum: vitium commune omnium est,
QVOD nimium ad rem in senecta attenti sumus hanc maculam nos decet
Effugere: dictũ est uere, et re ipsa fieri oportet, Mitio

M. *Quid*

M. *Quid istuc est? dabitur quidem, quando hic volt,*
Aeschine. Ae. *mi pater.*
D. *Nunc tu mihi es germanus pariter corpore, & animo.* M. *gaudeo.*
D. *SVO sibi hunc gladio iugulo.*

ACTVS QVINTI, SCENA IX.

Syrus, Demea, Mitio, Aeschinus.

S. *Factum est, quod iussi Demea.*
D. *Frugi homo es. ædepol hodie mea quidem sententia*
Iudico, Syrum fieri æquum liberũ. M. *istunc liberum?*
Quodnam ob factum? D. *multa.* S. *o noster Demea, ædepol vir bonus es:*
Ego istos vobis vsq; à pueris curaui ambos sedulò,
Docui, monui, bene præcepi semper, quæ potui omnia
D. *Res apparet. et quidem hæc porrò, obsonare, cum fide*
Scortum adducere, apparare de die conuiuium:
Nõ mediocris hominis hæc sũt officia. S. *o lepidũ caput*
D. *Postremo, hodie ĩ psaltria ista emũda, hic adiutor fuit*
Hic curauit: prodesse æquum est: alij meliores erunt.
Denique hic volt fieri. M. *uin'tu hoc fieri.* Ae. *cupio.*
M. *si quidem*
Tu vis, Syre, eho accede huc ad me, liber esto. S. *bene facis:*
Omnibus gratiam habeo, & seorsum tibi præterea, Demea.
D. *Gaudeo.* Ae. *& ego,* S. *credo, vtinam hoc perpetuum fiat gaudium, ut*
Phrygiam uxorem meam vnà mecum uideam liberam.

ram. D. optumam

Mulierem quidem. S. et quidē nepoti tuo huius filio.
Hodie primā mămā dedit hęc. D. hercle vero serio,
Siquidem prima dedit, haud dubium, quin emitti æquum siet.
M. Ob eam rem? D. ob eam: postremò à me argentum, quanti est, sumito.
S. Dij tibi Demea omnes semper omnia optata adferant.
M. Syre pcessisti hodie pulchrè. D. si quidē porro Mitio
Tu tuum officium facies, atque huic aliquid paululū præ manu
Dederis, unde vtatur. reddet tibi citò. M. istoc vilius
Ae. Frugi homo est. S. reddam hercle. da modò, Ae. age pater. M. post consulam.
D. faciet. S. ò uir optume Ae. ò pater mi festiuissime.
M. Quid istuc? quæ res tā repentè mores mutauit tuos?
Quid plnuiū? quę istæc subita est largitas? D. dicā tibi
Ut id ostenderem, quòd te isti facilem, et festiuū putāt
Id non fieri ex vera uita, neq; adeo ex æquo, & bono,
Sed ex assentando, indulgendo, & largiendo, Mitio.
Nunc adeò si ob eam rem uobis mea uita inuisa est, Aeschine,
Quia non iusta ingiusta prorsus omnia oīno obsequor
Missa facio, effūdite, emittite, facite, quid uobis lubet.
Sed si id vultis potius, quæ uos propter adolescentiam
Minº uidetis, magis īpēsè cupitis, cōsulitis parùm.
Hæc reprehēdere, et corrigere me, obsecundare in loco?
Ecce me, qui id faciā uobis. Ae. tibi pater permittimus:
Plus scis, quid facto opus est. sed de fratre quid fiet? D. sino:
Habeat finem in istac faciat. M. istuc rectè. Plaudite,
Hecyram in suum, id est, in ultimum locum reiecimus

P. TERENTII AFRIC. PHORMIO; FABVLÆ INTERLOCVTORES.

Phormio	*parasitus,*
Demipho	*senex.*
Antipho	*adolescens,*
Geta	*seruus,*
Dorio	*leno,*
Chremes	*senex,*
Phædria	*adolescens.*
Dauus	*seruus.*
Sophrona	*nutrix.*
Nausistrata	*matrona.*
Hegio,	
Cratinus.	} *aduocati.*
Crito,	

ACTA LVDIS ROMANIS, L. POSTVMIO ALBINO, L. CORNELIO MERVLA, ÆDIL. CVR. EGERE, L. AMBIVIVS TVRPIO, L. ATTILIVS PRÆNESTINVS. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDII. TIBIS IMPARIB. TOTA GRÆCA APOLLODORV. EPIDICAZOMENOS, FACTA IIII. C. FANNIO, M. VALERIO COSS.

C. SVLPICII APOLINARIS PERIOCHA.

CHREMETIS *frater aberat peregrè Demipho,*
Relicto Athenis Antiphone filio.

Chremes

Chremes clam habebat Lemni uxorem, & filiam,
Athenis aliam coniugem, & amantem unice
Gnatum fiducinam. mater e Lemno aduenit
Athenas: moritur: uirgo sola (aberat Chremes)
Funus procurat. ibi eam uisam Antipho
Cum amaret, opera parasiti uxorem accipit.
Pater, & Chremes reuersi fremere: de in minas
Triginta dant parasito, ut illam coniugem
Haberet ipse argento hoc emitur fidicina.
Uxorem retinet, Antipho a patruo agnitam.

PROLOGVS.

POstquam poeta vetus poetam non potest
Retrahare à studio, & transdere hominem in otium
Malledictis deterrere, ne scribat; parat:
Qui ita dictitat quas antehac fecit fabulas
Tenui esse oratione, & scriptura leui.
Quia nusquam scripsit insanum adolescentulum
Ceruam videre fugere, & sectari canes.
Et eam plorare orare vt subi subueniat sibi.
Quòd si intelligeret, olim cum stetit noua,
Actoris opera magis stetisse, quàm sua;
Minus multo audaciter, quàm tædit, læderet:
Et magis placerent, quas fecisset fabulas.
Nunc si quis est, qui hoc dicat, aut sic cogitet,
Vetus si poeta non lacessisset prior,
Nullum inuenire prologum potuisset nouus,
Quem diceret, nisi haberet, cui malediceret:
Is sibi responsum, hoc habeat: in medio omnibus
Palmam esse positam qui artem tractant musicam.

Ille

Ille ad famam hunc ab studio studuit reijcere?
Hic respondere voluit, non lacessere.
Benedictis si certasset, audisset bene:
Quod ab ipso allatum est, sibi esse id relatum putet.
De illo iam finem faciam dicundi mihi,
Peccandi cum ipse de se finem non facit.
Nunc quid velim, animum attendite. apporto nouã
Epidicazomenon, quam vocant Comœdiam
Græci, Latini Phormionem nominant:
Quia primas parteis qui aget, is erit Phromio
Parasitus: per quem res agetur maxume.
Voluntas vestra si ad poetam accisserit,
Date operam adest æquo animo per silentium;
Ne simili vtamur fortuna, atque vsi sumus,
Cum per tumultum noster grex motus loco est:
Quem actoris virtus nobis restituit locum,
Bonitasque vestra adiuntans, atque æquanimitas.

ACTVS PRIMI, SCENA I.

Dauus.

A*Micus summus meus, & popularis Geta*
Here *ad me uenit, erat ei de ratiuncula*
Jam pridem apud me reliquum pauxillulum
Nummorum*: id vt conficerem: confeci: affero.*
Nam berilem filium eius duxisse audio
Uxorem ei credo munus hoc corraditur.
QVAM *inique comparatum est ij qui minus habent*
Vt semper aliquid addant diuitioribus.
Quod ille vnciatim vix demenso de suo,
Suum defrandans genium, comparsit miser.

Id illa vniuersum abripiet, haud existumans
Quanto labore partum. porrò autem Geta,
Ferietur aliò munere, vbi hera pepererit.
Porrò alio autem, vbi erit puero natalis dies,
Vbi initiabunt: omne hoc mater auferet.
Puer causa erit mittundi: sed videon' Getam?

ACTVS PRIMI SCENA II.

Geta, Dauus.

G. *Siquis me quæret rufus.* D. *præsto est, desine.* G. *oh,*
At ego obuiã conabar tibi Daue. D. *accipe, hem:*
Lectum est, conuenit numerus quantum debui.
G. *Amo te: & nonne glexisse habeo gratiam.*
D. *Presertim vt nunc sunt mores: adeò res redit:*
Siquis quid reddit, magna habenda est gratia,
Sed quid tu es tristis? G. *egone? nescis, quo in metu, et*
Quanto in periclo simus. D. *quid istuc est?* G. *scies,*
Modò ut tacere possis. D. *abi sis insciens.*
Cuius tu fidem in pecunia perspexeris,
Verere ei verba credere: vbi quid mihi lucri est.
Te fallere? G. *ergo ausculta.* D. *hãc operam tibi dico.*
G. *Senis nostri, Daue fratrem maiorem Cremem*
Nostin'? Da. *quid ni?* Ge. *quid? eius gnatum Phædriam?*
D. *Tanquam te.* G. *euenit senibus ambobus simul,*
Iter illi in Lemnum ut esset, nostro in Ciliciam
Ad hospitem antiquum; is senem per epistolas
Pellexit, modò non MONTES *auri pollicens,*
D. *Cui tanta erat res, & supererat?* G. *desinas.*
Sic est ingenium. D. *oh, regem me esse oportuit.*
G. *Abeuntes.*

G. *Abeuntes ambo hinc tum senes, me filijs*
Relinquunt quasi magistrum. D. *o Geta, prouinciam*
Cepisti duram. G. *mihi usu uenit hoc, scio?*
Memini relinqui me, deo irato meo.
Cœpi aduorsari primo, quid uerbis opus est?
Seni fidelis, dum sum, scapulas perdidi.
D. *Venere in mētem istæc mihi: nam quæ inscitia est,*
ADVORSVM *stimulum calces?* G. *cœpi his omnia*
Facere, obsequi quæ uellent. D. *scisti* VTI *foro.*
G. *Noster mali nihil quidquam primo: hic Phædria*
Continuò quandam nactus est puellulam
Citharistriam hanc amare cœpit perditè:
Ea seruiebat lenoni impurissimo
Neque, quod daretur quidquam, id curarant patres,
Restabat aliud nihil, nisi oculos pascere,
Sectari, in ludum ducere, & reducere,
Nos otiosi operam dabamus Phædriæ.
In quo hæc discebat ludo, ex aduorsum ei loco
Tonstrina erat quædam; hic solebamus ferè
Plerunque eam opperiri, dum inde iret domum.
Interea dum sedemus illi, interuenit
Adolescens quidam lacrumans; nos morarier.
Rogamus, quid sit, nunquam æque (inquit) ac modo
Paupertas mihi onus visum est, & miserū, & graue
Modo quandam vidi virginem hic viciniæ,
Miseram, suam matrem lamentari mortuam.
Ea sita erat ex aduorso, neque illi beneuolens
Neque notus neque cognatus, extra vnam aniculā,
Quisquam aderat qui adiutaret funus. miseritum est
Virgo ipsa facie egregia quid, verbis opus est?
Commorat omnes nos: ibi continuò Antipho
Voltisne eamus visere? alias, censeo,

Eamus

Eamus, duc nos sodes: imus venimus,
Videmus: virgo pulchra, & quo magis diceres,
Nihil aderat adiumenti ad pulchritudinem:
Capillus passus, nudus pes, ipsa horrida:
Lacrumæ, vestitus turpis, vt, ni vis boni
In ipsa inesset formam extinguerent
Ille, qui illam amabat fidicinam, tantum modò,
Satis, inquit [illegible]*a est; noster verò.* Da. *iam scio;*
Amare cœpit. Ge. *scin quàm? quò euadat, vide e*
Postridie ad anum rectà pergit: obsecrat,
Vt sibi eius faciat copiam illa enim se negat,
Neque eum æquum ait facere: illā ciuē esse Atticam
Bonam, bonis prognatam: si vxorem velit.
Lege id licere facere. sin aliter, neget
Noster, quid ageret, nescire, & illam ducere
Cupiebat, & metuebat absentem patrem.
Da. *Non, si rediisset, ei pater veniam daret?*
Ge. *Ille ne indotatam virginem atque ignobilem*
Daret illi? nunquam faceret, D. *quid fit denique?*
Ge. *quid fiat? est parasitus quidam Phormio,*
Homo confidens: qui illum dii omnes perduint.
Da. *Quid is facit?* G. *hoc consilium, quod dicam, dedit.*
Lex est, ut orbæ, qui sint genere proxumi,
Eis nubant: & illos ducere eadem hæc lex iubet.
Ego te cognatum dicam, & tibi scribam dicam:
Paternum amicum me assimulabo virginis:
Ad iudices veniemus: qui fuerit pater,
Quæ mater, qui cognata tibi sit, omnia hæc
Confingam, quod erit mihi bonum, atque commodū,
Cum tu horum nihil refelles. vincam scilicet.
Pater aderit mihi paratæ lites, quid mea?
Illa quidem nostra erit. Da. *iocularem audaciam.*

Ge. Persuasit homini: factũ est: ventum est: vincimur:
Duxit. D. quid narras. G. hoc, quod audis. D. ô Geta,
Quid te futurum est? G. nescio hercle: vnum hoc scio
Quod fors feret, feremus æquo animo. Da. placet:
Hẽ istuc viri est officiunt. Ge. in me oĩs spes mihi est
Da. Laudo. Ge. ad precatorem abeam credo, qui mihi.
Sic oret: nunc amitte quæso hunc: cæterum
Posthac si quidquam, nihil precor. tantummodo
Non addas: vbi ego hinc abiero vel occidito.
Da. Quid ille pædagogus, qui citharistiam?
Quid rei gerit? Ge. sic, tenuiter. Da. non multũ habes
Quod det fortasse. Ge. immo nihil, nisi spem meram.
Da. Pater eius rediit, an non? Ge. nondum. Da. quid? senem
Quoad expectatis vostrum? G. non certum scio:
Sed epistolam ab eo allatam esse audiui modo, &
Ad portitores esse delatam: hanc petam.
Da. Nunquid Geta aliud me vis? Ge. vt bene sit tibi.
Puer heus nemon' huc prodit? cape, da hoc Dorcio.

ACTVS PRIMI, SCENA III.

Antipho, Phædria.

An. ADEON' rem rediisse, vt qui mihi consultum esse optume velit,
Phædria, patrem extimescam. vbi in mentem eius aduenti venit?
Quod ni fuissem incogitans, ita eum expectarem, vt par fuit.
Ph. Quid istuc est? An. rogitas? qui tam audacis facinoris mihi conscius.

Sis?

Sis: quod vtinam ne Phormioni id suadere in mentem incidisset,
Neu me cupidum eo impulisset, quod mihi principiũ est mali
Non potitus essem: fuisset tum mihi illos ægre aliquot dies:
At nõ quotidiana cura hæc angeret animũ. Ph. *audio*
An. *Dum expecto, quam mox veniat, qui adimat hanc mihi consuetudinem.*
Ph. *Alijs quia desit quod amant, ægre est; tibi, quia superest, dolet.*
Amore abundas Antipho.
Nam tua quidem herclè certè vita hæc expetenda, optandaque est.
Ita me dij bene ament: vt mihi liceat tam diu, quod amo, frui,
Iam depacisci mortem cupio tu conijcito cætera,
Quid ego ex hac inopia nunc capiam, & quid tu ex istac copia:
Vt ne addam, quòd sine sumptu, ingenuam, liberalem nactus es:
Quod habes, ita vt uoluisti, vxorem, sine mala fama: palma
Beatus, ni unũ hoc desit, aĩus, qui molestè istæc ferat
Et si tibi res sit cum eo lenone, quocum mihi est, tum sentias
Ita plerique ingenio sumus omnes: NOSTRI *nosmet pœnitet:*
An. *At tu mihi cõtra nũc videre fortunatus, Phædria*
Cui de integro est potestas etiã consulendi, quid velis
Retinere, amare, amittere: ego in eum incidi infelix locum,

Vt ne mihi eius sit amittendi, nec retinendi copia.
Sed hoc quid est? uideon' ego aduenire huc currentem Getam?
Is ipsus est: Ge. *timeo miser, quam nunc mihi hic rem nunciet.*

ACTVS PRIMI, SCENA IV.

Geta, Antipho, Phædria.

Ge. *NVllus ex, Geta nisi aliquod iam tibi consilium celere repereris:*
Ita subito nunc imparatum tanta te impendent mala
Quæ neque vti deuitem scio, neque quomodo me inde extraham:
Nam non potest celari nostra diutius iam audacia:
Quæ si non astu prouidentur, me, aut herum pessundabunt.
An. *quidnam ille commotus venit?* Ge. *tum temporis punctum mihi,*
Ad hanc rē est: herus adest, An. *quid istuc est mali?*
Ge. *Quod cum audierit, quod eius remedium inueniam iracundiæ?*
Loquar ne? incendam. taceam? instigem. purgē me? LATEREM *lauem.*
Eheu me miserum, cum mihi paueo, tum Antipho me excruciat animi.
Eius me miseret: ei nunc timeo: is nunc me retinet: nam absque eo
Esset, recte ego mihi vidißem, & senis essem vltus iracundiam:
Aliquid conuasissem, atque hinc me conijcerem protinus

tinus in pedes.

An.*Quam hic fugam, aut furtum parat,*

Ge.*Sed vbi Antiphonem reperiam? aut qua quærere insistam via?*

Ph. *Te nomina* An.*nescio quo magnum hoc nuncio ex pecto malum.*

P. *Ah, sanus ne es?*

Ge.*Domum ire pergam: ibi plurimum est.* Ph. *reuocemus hominem.* An.*sta illico.* Ge.*hem.*

Satis pro imperio quisquis es. An. *Geta.* Ge.*ipse est, quem volui obuiam.* (*expedi.*

An.*Cedo, quid portas, obsecro? atque id, si potes, verbo*

Ge.*Faciam.* An.*eloquere.* Ge.*modo apud portum.* An. *meum ne?* Ge.*intellexti,* An.*occide* Ph.*hem.*

An.*Quid agam?* Ph.*quid ais?* Ge.*huius patrem vidisse me, patruum tuum.*

An.*Nam quod ego huic nunc subito exitio remedium inueniam miser?*

Quod si eo meæ fortunæ redeunt, Phanium, abs te vt distrahar?

Nulla est mihi vita expetenda. Ge. *ergo istæc cum ita sint Antipho,*

Tanto magis te aduigilare æquum est. FORTEIS *fortuna adiuuat.*

An.*Non sum apud me.* Ge.*atqui opus est nunc, cum maxume, vt sis Antipho.*

Nam si senserit te timidum pater esse, arbitrabitur Commeruisse culpam. Ph.*hoc verum est.* An.*non possum immutarier.*

Ge.*Quid aliquid grauius tibi nunc faciundum foret?*

An.*Cum hoc non possum, illud minus possem.* Ge. *hoc nihil est. Phædria: licet*

ACTVS PRIMI, SCENA V.

Demipho, Geta, Phædria.

De. *ITa ne tandem vxorem duxit Antipho iniussu meo?*
Nec meum imperium: age, mitto imperium: non simultatem meam
Reueri? saltē non pudere? ò facinus audax, o Geta Monitor. Ge. *vix laudem.* De. *quid mihi dicent? aut quàm causam reperient?*
Demiror. G. *atque reperi iam: aliud cura.* De. *an ne hoc dicent mihi?*
Inuitus feci: lex coegit. audio, & fateor. Ge. *placet.*
De. *Vtrum scientē, tacitū causā tradere aduersarijs,*
Etiam ne id lex coegit? Ph. *illud durum.* Ge. *ego expediam: sine*
De. *Incertum est, quid agam, quia præter spem, atque incredibile hoc mihi accidit.*
Ita sum irritatus, animum vt nequeam ad cogitandum instituere.
QVAMOBREM *omnes, cum secundæ res sunt maxume, tum maxumè*
Meditari secum oportet, quo pacto aduorsam ærumnam ferant:
Pericla dāna, exilia peregrè rediens semper cogitet,
Aut filij peccatū aut uxoris mortē, aut morbū filiæ:
Cōmunia cē hæc fieri posse: vt ne qd animo sit nouū:
Quidquid præter spem eueniat, omne id deputare esse in lucro:
Ge. *O Phædria, icredibile est, quāto herū āte eo sapiētia*

Meditata mihi sunt omnia mea incommoda: herũ si redierit,
Molendum vsque in pistrino: vapulandum; habendæ compedes.
Opus ruri faciundum: horum nihil quidquam accidet animo nouum.
Quidquid præter spem eueniat, omne id deputabo esse in lucro,
Sed quid hominem ceßas adire, & blandè in principio alloqui?
De. *Mei fratris video filium ire mihi obuiam.*
Ph. *Mi patrue salue.* De. *salue: sed vbi est Antipho?*
Ph. *Saluum aduenire.* De. *credo: hoc responde mihi.*
Ph. *Valet: hic est: sed satin omnia ex sententia?*
De. *Vellẽ quidẽ* Ph. *quid istuc?* De. *rogitas Phædria?*
Bonas me absente hic confecisti nuptias:
Ph. *Eho an id succenses nunc illi?* Ge. *o artificẽ probũ.*
De. *Ego ne illi non succenseam? ipsum gestio*
Dari mihi in conspectum, nunc sua culpa vt sciat
Lenem patrem illum factum me eße acerrimum.
Ph. *Atqui nihil fecit patrue quod succenseas.*
De. *Ecce autem similia omnia: omnes congruunt:*
Vnum cognoris, omnes noris Ph. *haud ita est.*
De. *Hic in noxia est, ille ad defendendã causam adest.*
Cum ille est, hic præsto est: tradunt operas mutuas.
Ge. *Probe eorum facta imprudens depinxit senex:*
De. *Nã ni hæc ita essent, cũ illo haud stares Phædria.*
Ph. *Si est patrue culpam vt Antipho in se admiserit,*
Ex qua re minus rei foret, aut famæ temperans:
Non causam dico, quin, quod meritus est, ferat,
Sed si quis forte malitia fretus sua,
Insidias nostræ fecit adolescentiæ,

Ac vicit: nostra ne ea culpa est, an iudicum,
Qui sæpe propter inuidiam adimunt diuiti,
Aut propter misericordiam addunt pauperi?
Ge. Ni nossem causam, crederem vera hunc loqui.
De. An quisquam iudex est, qui possit noscere
Tua iusta, vbi tute verbum non respondeas,
Ita vt ille fecit? Ph. functus adolescentuli est
Officium liberalis postquam ad iudices
Ventum est, non potuit cogitata proloqui.
Ita eum tum timidum obstupefecit pudor.
Ge. Laudo hunc: sed cesso adire quamprimum senem?
Here salue; saluom te aduenisse gaudeo. De. oh,
Bone custos: salue columem verò familiæ,
Cui commendaui filium hinc abiens meum.
Ge. Iam dudum te omnes nos accusare audio,
Immeritò & horum me omnium immeritissimò:
Nam quid me in hac re facere uoluisti tibi?
Seruum hominem causam orare leges non sinunt;
Neque testimonij dictio est. De. mitto omnia; adde
Istuc: imprudens timuit adolescens: sino:
Tu seruus uerum si cognata est maxume,
Non fuit necesse habere: sed id quod lex iubet,
Dotem daretis; quæreret alium uirum.
Qua ratione inopem potius ducebat domum?
Ge. Non ratio, verum argentum deerat. De. sumeret
Alicunde. Ge. alicunde? nihil est dictu facilius.
De. Postremò si nullo alio pacto, vel fœnore.
Ge. Hui, dixti pulchre, si quidem quisquam credet
Te viuo. De. non, non sic futurum est: non potest.
Ego ne illam cum illo ut patiar nuptam unum diem?
Nil suaue meritum est hominem commonstrarier,
Mihi istum uolo, aut, ubi habitet, demonstrarier.

Ge. Nem-

Ge. *Nempe Phormionẽ.* De. *iſtum patronum mulieris.*
Ge. *Iã faxo hic aderit.* D. *Antipho abi nũc eſt?* Ph. *foris*
De. *Abi Phædria, eũ require, atq; adduce huc.* Ph. *eo*
Recta uia equidẽ illuc. Ge. *nẽpe ad Pãphilã.* De. *at ego*
Deos penateis hinc ſalutatum domum
Diuortar: inde ibo ad forum atque aliquot mihi
Amicos aduocabo, ad hanc rem qui adſient,
Vt ne imparatus ſim cum aduenit Phormio.

ACTVS SECVNDI, SCENA I.

Phormio Geta.

Ph. *ITa ne patris ais conſpectum ueritum hinc abiiſ-ſe?* Ge. *admodum.*
Ph. *Phanium relictam ſolam?* G *ſic* P. *& iratũ ſenem:*
G. *Oppidò.* Ph. *ad te ſumma ſolum Phormio rerũ redit:*
TVTE *hoc ĩtriſti, tibi omne eſt exedẽ dũ accingere*
G. *Obſecro te.* Ph. *ſi rogitabit.* G. *ĩ te ſpes eſt.* Ph. *æccere*
Quid ſi reddet? Ge. *tu impuliſti* Ph. *ſic opinor.* Ge. *ſub ueni.*
Ph. *Cedo ſenem: iam inſtructa ſunt mihi corde conſilia omnia;*
Ge. *Quid ages?* Ph. *quid uis? niſi ut maneat Phanium, atque ex crimine hoc*
Antiphonem eripiam, atque in me omnem iram deruem ſenis?
Ge. *O uir fortis, atque amicus; verũ hoc ſæpe, Phormio*
Vereor, ne iſtæc fortitudo in neruum erũpat deniq;,
P. *ah,*
Non ita eſt FACTVM *eſt periclum,* IAM *pedum viſa eſt uia.*

Quot

Quot me censes homines iam deuerberasse usque ad necam
Hospites? tum ciues? quo magis noui, tanto sepius.
Cedo dum, en vnquam iniuriarum audisti mihi scriptam dicam?
Ge. *Qui istuc?* Ph. *quia* NON *rete accipitri tenditur, neque miluio,*
Qui male faciunt nobis: illis, qui nil faciunt, tenditur.
Quia enim in illis fructus est, in illis opera luditur.
Alijs aliunde est periclū, unde aliquid abradi potest.
Mihi sciūt nihil esse dices, ducent dānatum domum.
Alere nolunt hominem edacem: & sapiunt, mea quidem sententia.
Pro maleficio si beneficium summū nolunt reddere.
Ge. *Non pote satis, pro merito ab illo tibi referri gratia*
Ph. *Immo enim nemo satis pro merito gratiā regi refert*
Te ne asymbolum venire, vnctum, atque lautum è balneis.
Otiosum ab animo, cum ille et cura, et sumptu absumitur.
Dum tibi sit, quid placeat: ille ringitur, tu rideas:
Prior bibas, prior decumbas; cœna dubia apponitur.
Ge. *Quid istuc uerbi est;* Ph. *vbi tu dubites: quid sumas potissimum.*
Hæc, quum ratione ineas, quàm sint suauia, & quam cara sint;
Ea qui præbet, non tu hunc habeas planè præsentem Deum?
G. *Senex adest. uide q̄d agas; prima coitio est acerrima*
Si iam sustinueris, post illā iam, ut lubet ludas licet.

ACTVS

ACTVS SECVNDI, SCENA III.

Demipho, Geta, Phormio.

D. *EN vnquam cuiqda contumeliosius*
Audistis factam iniuriam, quàm hæc est mihi?
Adeste quæso. G. *iratus est.* Ph. *quin tu hoc age?*
Iam ego hunc agitabo. pro Deum immortalium,
Negat Phaniū esse hanc sibi cognatam Demipho?
Hanc Demipho negat esse cognatam? Ge. *negat.*
De. *Ipsum esse opinor, de quo agebam. sequimini.*
Ph. *Neque eius patrem se scire, qui fuerit?* Ge. *negat.*
Ph. *Nec Stilphonem ipsum scire, qui fuerit?* G. *negat.*
Ph. *Quia egens relicta est misera ignoratur parens,*
Neglegitur ipsa, vide, auaritia quid facit.
Ge. *Si herum insimulabis auaritiæ, male audies.*
De. *O audaciam; etiam me vltro accusatum aduenit.*
Ph. *Non iam adolescenti nihil est quod succenseam,*
Si illum minus norat quippe homo iam grandior,
Pauper; cui opera vita erat, ruri ferè
Se continebat, ibi agrum de nostro patre
Colendum habebat: sæpe interea mihi senex
Narrabat se hunc neglegere cognatum suum.
At quem virū quē ego viderim in vita optumum?
Ge. *Videas te, atque illū vt narras.* Ph. *abi in malam crucem:*
Nam ni ita eū existumassem nunquam tam graueis
Ob hanc inimicitias caperem in uostram familiam,
Quam is aspernatur nunc tam illiberaliter.
Ge. *Pergin' hero absenti male loqui impurissime?*
Ph. *Dignū aūt hoc illo est.* G. *ain, tandē carcer?* D. *Geta.*

Ge. Bonorum vxtortor, legum contortor. D. Geta.
Ph. Responde. Ge. quis homo est? ehem. D. tace. Ge. absenti tibi
Te indignas, seque dignas contumelias
Nunquam cessauit dicere hodie. D. ohe, desine.
Adolescens primum abs te hoc bona venia peto,
Si tibi placere potis est, mihi vt respondeas:
Quem amicum tuum ais fuiße istum, explana mihi,
Et qui cognatum me sibi eße diceret.
Ph. Proinde expiscare, quasi nō noßes. D. noßē, Ph[illegible].
De. Ego me nego, tu, qui ais, redige ad memoriam.
Ph. Eho, tu sobrinum tuum non noras? De. enecas:
Dic nomen Ph. nomen maxume. D. quid nunc taces?
Ph. Perij hercle, nomē perdidi, D. hem qd ais? Ph. Geta
Si meministi id quod olim dictum est, subijce, hem,
Non dico quasi non noris, tentatum aduenis.
D. Egon' autē tēto? G. Stilpho. Ph. atque adeo, quid mea
Stilpho est. D. quem dixti? Ph. Stilphonem, inquā. noueras?
De. Neque ego illum noram neque mihi cognatus fuit
Quisquam isto nomine. Ph. itane? non te horū pudet?
At si talentum rem reliquit decem.
De. Dij tibi male faciant. Ph. primus esses memoriter
Progeniam nostrā vsq; ab auo atq; atauo proferens
De. Ita vt dicis ego tum si aduenissem, qui mihi
Cognata ea esset dicerem: itidem tu face:
Cedo, qui est cognata? Ge. heus noster, recte, heus? tu caue.
Ph. Dilucide expediui, quibus me oportuit
Iudicibus: tum si id falsum fuerat, filius
Cur non refellit? De. filium nara mihi?
Cuius de stultitia dici, ut dignum est, non potest,
Ph. At tu, qui sapiens es, magistratus adi,

Iudi-

Iudicium de eadem causa iterum ut r[...]nt tibi ?
Quandoquidem solus regnas, & soli licet
Hic de eadem causa bis iudicium adipiscier.
De. *Et si facta mihi iniuria est, veruntamen*
Potius quàm lites secter. aut quàm te audiam,
Itidem vt cognata si sit, id quod lex iubet
Dotem dare, abduce hanc, minas quinq; accipe.
Ph. *Ha, ha, hæ, homo suauis:* De. *quid est? num iniquum postulo?*
[...] ne hoc quidē ego adipiscar quod ius publicū est?
Ph. *Ita ne tandem quæso ciuem vbi abusus sis;*
Mercedem dare lex iubet ei, atque amittere; an,
Vt ne quid turpe ciuis in se admittert
Propter egestatem proxumo iussa est dari,
Vt cum uno ætatem degeret, quod tu uetas?
D. *Ita, proxumo quidem: at nos unde? aut quamobrem?* P. *ohe,*
Actum, aiunt, ne agas. D. *non agam? immo haud desinam,*
Donec perfecero hoc. Ph. *ineptis.* De. *sine modò*
Ph. *Postremò tecum nihil rei nobis, Demipho, est:*
Tuus est damnatus gnatus, non tu nam tua
Præterierat iam ducendi ætas. De. *omnia hæc*
Illum putato, quæ ego nunc dico, dicere:
Aut quidem cum uxore hac ipsum prohibeo domo.
Ge. *Iratus est* Ph. *tute idem melius feceris.*
De. *Ita ne es paratus facere me aduorsum omnia*
Infelix? Ph. *metuit hic nos tametsi sedulò*
Dissimulat. Ge. *bene habent tibi principia.* Ph. *quin quod est*
Ferundum fers? tuis factis dignum feceris,
Vt amici inter nos simus. De. *egon' tuam expetam*
Ami-

Amici[illegible]: aut te visum, aut auditum velim?

Ph. *Si concordabis cum illa, habebis, quę tuam*
Senectutem oblectet: respice ætatem tuam. (ge:

D. *Te oblectet: tibi habe.* P. *minue uerò irā.* D. *hoc a-*
Satis iam uerborum est: nisi tu properas mulierem
Abducere, ego illam eijciam: dixi Phormio.

Ph. *Si tu illam attigeris secus, quàm dignum est liberā,*
Dicam impingam tibi grandem: dixi Demipho.
Si quid opus fuerit, heus, domo me. Ge. *intellego.*

ACTVS SECVNDI, SCENA III.

Demipho, Geta, Hegio, Cratinuus, Crito.

D. QVANTA *me cura, & sollicitudine afficit.*
Gnatus, qui me & se hisce impediuit nuptijs.
Neque mihi in conspectum prodit, ut saltem sciam.
Quid de hac re dicat, quidne sit sententiæ.
Abi tu, uise redierit ne iam, an nondum domum;

Ge. *Eo.* De. *Videtis, quo in loco res hæc siet:*
Quid ago? dic Hegio, He. *ego Cratinum censeo,*
Si tibi videtur. De. *dic Cratine.* Cra. *m[illegible]e vis?*

De. *Te.* Cra. *ego, q̄ ui rē tuam sint, ea velim facias, mihi*
Sic hoc videtur. quod te absente hic filius
Egit, restitui in integrum æquum est, & bonum:
Et id impetrabis. dixi. De. *dic nunc Hegio.*

M. *Ego sedulò hunc dixisse credo, verum ita est,*
QVOT *homines tot sententiæ. suus cuique mos.*
Mihi non videtur. quod sit factum legibus,
Rescindi posse, & turpe inceptu est. D. *dic Crito,*

Cri. *Ego amplius deliberandum censeo:*
Res magna est. He. *nūquid nos uis?* D. *fecistis probè.*

Incer-

Incertior sum multo, quàm dudum. Ge. *[illegible]ant*
Rediisse De. *frater est expecta[illegible]us mihi: is*
Quod mihi dederit de hac re consilium, id exequar.
Percontatum ibo ad portum, quoad se recipiat. (*scia*
Ge. *At ego Antiphonem quærã, vt quæ acta hic sunt,*
Sed eccum ipsum video in tempore huc se recipere.

ACTVS TERTII, SCENA I.

Antipho, Geta.

A. ENIMVERO *Antipho multimodis cum istoc animo vituperandus es*
Ita ne hic abiisse, & vitã tutãdam dedisse aliis tuãs
Alios tuam rem credidisti quàm te, animaduersuros magis?
Nam, vt uterant alia, illi certè consuleres, quæ nunc tuæ est domi:
*Ne quid propter tuam fidẽ decepta pateretur m*alũ:
Cuius nũc miseræ spes, opesq; sunt in te vno oẽe
Ge. *Equidem here nos iamdudum hic te absentem incusamus, qui abieris.*
An. *Teipsum quærebam.* Ge. *sed ea causa nihilo magis defecimus.*
An. *Loquere obsecro, quonam in loco sunt res, & fortunæ meæ;*
Nunquid patri subolet? Ge. *nihil etiam.* An. *equid spei porrò est?* G. *nescio.* An. *ah.*
Ge. *Nisi Phædria haud cessauit pro te eniti.* An. *nihil fecit noui.*
Ge. *Tum Phormio itidem in hac re, vt in aliis strenuum hominem præbuit.*

An. Quid

An. Quid is fecit? Ge. confutauit verbis admodum iratum patrem.

An. Heu Phormio. Ge. ego, quod potui porrò. An. ui Geta, omnes vos amo.

Ge. Sic sese habent principia, vt dico: adhuc tranquilla res est:

Mansurusq; patruum pater est, dum hunc adueniat. An. quid eum? Ge. aiebat,

De eius consilio uelle sese facere, quod ad hanc rem attinet.

An. Quantus metus esse mihi, venire huc saluom nunc patrum, Geta:

Nam, vt audio, per vnam eius aut viuam, aut moriar sententiam.

Ge. Phædria tibi adest. An. vbinam? Ge. eccum a sua palæstra exit foras.

ACTVS TERTII, SCENA II.

Phædria, Dorio, Antipho, Geta.

Ph. Dorio audio obsecro. Do. non audio. Ph. parumper. Do. quin omitte me.

Ph. Audi, quod dicam. Do. at enim tędet iam audire eadem millies.

Ph. At nũc dicã, quod lubẽter audias. D. loquere, audio

Ph. Nequeo te exorare, vt maneas triduum hoc? quo nunc abis?

Do. Mirabar, si tu mihi quidquam afferres noui.

An. Hei metuo lenonem, ne quid suo suat capiti. Ge. idem ego metuo.

Ph. Non mihi credis? Do. hariolare. Ph. sin fidem do.

Do. fabulæ

Ph. Fœneratū istuc beneficiū tibi pulchrè dices. Do. logi

Ph. Crede mihi gaudebis facto: verum hercle hoc est. Do. somnium.

Ph. Experire, nō est longum. Do. cantilenā eandē canis.

Ph. Tu mihi cognatus, tu amicus, tu parens, Do. garris modo.

Ph. Adeone ingenio esse duro te, atque inexorabili,
Vt neque misericordia, neque precib. molliri queas?

Do. Adeon' te esse incogitantē, atq; impudētē Phædria
Vt phaleratis dict s ducas me, & meā ductes gratis?

An. miseritum est. Ph. hei veris vincor. Ge. quam similis vterque est sui?

Ph. Neq; alia Antipho cū occupatus esset sollicitudine
Tum esse hoc mihi obiectū malum? An. ah, quid istuc autem est Phædria?

Ph. O fortunatissime Antipho. An. ego ne? Ph. qui qđ amas domi est;
Nec cum huiusmodi vnquam vsus venit, vt conflictares malo.

An. Mihi domi est? immo, quod aiunt, AVRIBVS teneo lupum:
Nam neq; vt amittam a me inuenio, neque, vti retineam, scio.

Do. Ipsū istuc mihi in hoc est. A. eia, ne parum leno sies
Nam quid hic confecit? Ph. hiccine? quod homo inhumanissimus:
Pamphilam meum vendidit. Ge. quid? vēdidit? An. ain' vendidit?

Ph. Vendidit. Do. quàm indignum facinus, ancillam ære emptam suo.

Ph. Nequeo exorare, vt maneat, et illo cū ut mutet fidē

Tri-

Triduum, hoc dum, id quod est promissum, ab amicis, argentum aufero.

Si nō tū dedero, vnam præter ea horā ne opportus sies

Do.*Obtundis.* An.*haud longum est. quod orat, Dorio: exoret sine:*

Idem hoc tibi quod bene promeritus fueris, conduplicauerit

Do.*Verba istæc sunt.* An.*Pamphilam ne hac vrbe priuari sines?*

Tum præterea horum amorem distrahi poterin' pati?

Do.*Neque ego, neque tu.* Ge.*dij tibi omnes id, quod est dignum, duint.*

Do.*Ego te complureis aduorsum ingenium meum menses tuli*

Pollicitantem, & nihil ferentem, flentē: nunc cōtra omnia

Repperi, qui det. neque lacrumet, da locum melierib.

An.*Certè hercle satis, si commemini, tibi quidem est dies,*

Quàm ad dares huic, præstituta. Ph.*factum,* Do.*num ego istoc nego?*

An.*Iam ne ea præterijt?* Do.*non, verum ei hæc antecessit.* An.*non pudet*

Vanitatis? Do.*minime, dum ob rem.* Ge.*sterquiliniū* Ph.*Dorio,*

Ita ne tandē facere oportet? D.*sic sū, si placeo vtere*

An.*Siccine hunc decipis?* D.*immo enimuero, Antipho hic me decipit.*

Nam hic me huiusmodi scibat esse: ego hunc esse aliter credidi,

Iste me fefellit: ego isti nihilo sum aliter, ac fui.

Sed ut ut hæc sunt tamen hoc faciam, cras mane ar-

gentum mihi
Miles se dare dixit; si mihi prior tu attuleris, Phædria
Mea lege vtar, ut potior sit, qui prior ad dādū est Vale.

ACTVS TERTII, SCENA III.

Phædria, Antipho, Geta.

Ph. QVid faciam? vnde ego nunc tam sub[i] to quis argentum inueniam miser.
Cui minus nihilo est? quod si hic potuisset nunc exorarier.
Triduum, hoc, promißum fuerat. An. ita ne hunc patiemur Geta
Fieri miserū q me dudum, vt dixti, adiurit comiter?
Quin cum opus est, beneficium rursum ei experimur reddere?
Ge. Scio equidem hoc esse, æquum. An. age ergo, solus seruare hunc potes.
Ge. Quid faciam? An. inuenias argentum. Ge. cupio, set id vnde edoce.
An. Pater adest hic. G. scio: sed quid tuum? An. ah, DICTVM sapienti sat est.
Ge. Ita ne; An. ita. G. sane hercle pulchre suades etiam tu hinc abis?
Non triūpho, ex nuptijs tuis, si nihil nanciscor mali.
Ni etiam nunc me huius quærere causa in malo, iubeas crucem?
An. Verum hic dicis. Pr. quid? ego vobis Geta alienus sum? Ge. haud puto:
Sed parum ne est, omnibus quòd nunc nobis succenset senex.

Ni

Ni instigemus ēt, vt nullus locus relinquatur preci?
Ph. *Alius ab oculis meis illā in ignotū abducet locum?*
Hem, dum igitur licet, dumq; adsum, loquimini mecum Antipho:
Contemplamini me. An. *quamobrem? aut quidnam facturus? cedo.*
Ph. *Quoquò hic asportabitur terrarū, certum est* psequi
Aut pire. Ge. *dÿ bene vortāt, quid agas* *perdetētim tñ*
An. *Vide, si quid opis potes adferre huic.* Ge. *si quid? quid?* An. *quære obsecro,*
Neqd plus: minusue faxit, qđ, nos post pigeat, Geta,
Ge. *Quæro, saluos est, vt opinor: verū enim metuo malū.*
An. *Noli metuere: vnà tecum bona, mala tolerabimus.*
Ge. *Quantum argenti opus est tibi? loquere.* Ph. *solæ triginta minæ.*
Ge. *Triginta? hui percara est, Phędria.* Ph. *istæc verò vilis est.*
G. *Age, age, inuentas reddam.* Ph. *o lepidum caput.* G. *aufer te hinc.* Ph. *iam opus est.*
G. *Jam feres. sed opus est mihi Phormionem adiutorem ad rem hanc dari.*
An. *Presto est: audacissimè oneris qduis īpone, et feret:*
SOLVS ē hō *amico amic⁹.* G. *eam⁹ ergo ad tū ocyus*
Ph. *Abi verò dic presto vt sit domi.*
An. *Nunquid est, quod mea opera vobis opus sit?* Ge. *nihil. verum abi domum, &*
Jlla miseram, quam ego nunc intus scio eße exanimatam metu,
Cōsolare: cessas? A. *nihil est. æque quod faciā lubens.*
Ph. *Qua via istuc facies?* Ge. *dicam itinere: modò te hinc amoue.*

ACTVS QVARTI, SCENA I.

Demipho, Chremes.

D. *QVid? qua profectus causa hinc es Lemum Chremes.*
Adduxti tecum filiam? Ch. *non.* De. *quid ita non?*
Ch. *Postquam videt me eius mater hic esse diutius,*
Simul autem non manebat ætas virginis
Meam negligentiam: ipsa cum omni familia ad
Me profectam esse aiebat. De. *quid illic tam diu*
Quæso igitur commorabare, vbi id audiueras;
C. *Pol me detinuit morbus.* D. *vnde? aut qui?* C. *rogas?*
SENECTVS ipsa est morbus: sed eas
Saluas audiui ex nauta, qui illas vexerat.
De. *Quid gnato obtigerit me absente, audistin' Creme?*
Ch. *Quod quidem factum, consilij incertum facit:*
Nam hanc conditionem si cui tulero extraneo,
Quo pacto, aut vnde mihi sit, dicendum ordine est.
Te mihi fidelem esse æque, atque egomet sum mihi,
Scibam: ille si me alienus affinem volet,
Tacebit, dum intercedet familiaritas:
Sin spreuerit me; plus, quàm opus est scito, sciet:
Vereorq; ne vxor aliquà hoc resciscat mea.
Quod si fit, vt me excutiam, atque egrediar domo,
Id restat: nam ego meorum solus sum meus.
De. *Scio ita esse, & istæc mihi res solicitudini est:*
Neque defetiscar vnquam adeo experier,
Donec tibi id, quod pollicitus sum, effecero.

ACTVS QVARTI, SCENA II.

Geta.

EGo hominem callidiorem vidi neminem,
Quam Phormionē, venio ad hominē, vt dicerem
Argento opus esse, & id quo pacto fieret:
Vix dum dimidium dixeram, intellexerat:
Gaudebat: me laudabat: quaerebat senem:
Dijs gratias agebat, tempus sibi dari,
Vbi Phaedriae se ostenderet nihilominus
Amicum esse, quàm Antiphoni. hominem ad forum
Iussi opperiri: eò me esse adducturum senem
Sed eccum: quis est vlterior? at at Phaedriae
Pater venit: quid pertimui autem bellua?
An quia, quos fallam, pro vno, duo sunt mihi dati?
Commodius esse opinor duplici spe vtier.
Petam, hinc, vnde a primo institui: is si dat sat est:
Si ab hoc nihil fiat, tum hunc adoriar hospitem.

ACTVS QVARTI, SCENA III.

Antipho, Geta, Chremes, Demipho.

An. *Expecto quam mox recipiat huc sese Geta,*
Sed patruū cum patre video astantē. hei mihi
Quàm timeo, aduentus huius quò impellat patrem.
Ge. *Adibo hosce: o noster Chremes.* Ch. *salue Geta.*
Ge. *Venire saluū volupe est.* Ch. credo. G. *quid agitur?*
Cħ. *Multa aduenienti, vt fit, noua hic compluria.*
Ge. *Ita de Antiphone audisti'quae facta?* Ch. *omnia*

G. *Tun' dixeras huic facinus indignum Chreme.*
Sic circu miri. D. *cum hoc id agebam commodum.*
Ge. *Nã hercle ego quoq; id quidẽ mecũ agitas sedulò,*
Inueni, opinor, remedium huic rei. D. *quid Geta?*
Quod remedium? G. *vt abij abs te, fit fortè obuiam*
Mihi Phormio Ch. *qui Phormio?* G. *is, qui istanc.*
Ch. *scio.*
Ge. *Visum est mihi, vt eius tentarem sententiam.*
Prendo hominem solum cur non, inquam, Phormio
Vides, inter vos sic hæc potius cum bona
Vt componantur gratia, quàm cum mala?
Herus liberalis est, & fugitans litium:
Nam cæteri quidem hercle amici omnes modò
Vno ore auctores fuere, ut præcipitem hanc daret.
An. *quid hic cæptat: aut quò euadet hodie?* G. *an legib.*
Daturum pœnas dices. si illam eiecerit?
Iam id exploratum est: eia, su labis satis.
Si cum illo incæptas homine: ea eloquentia est.
Verum pone esse victum eum: at tandem tamen
Non capitis eius res agitur, sed pecuniæ.
Postquam hominem his uerbis sentio mollirier.
Soli sumus nunc, inquam, hic, eho dic, quid uelit dari
Tibi in manuum, vt herus hic desistat litibus,
Hæc hinc facessat, tu melestus ne sies?
An. *Satin' illi dij sunt propitij?* Ge. *nam sat scio,*
Si tu aliquam partem æqui, boniq; dixeris,
Vt illi est bonus uir, tria non commutabitis
Verba hodie inter uos. D. *quis te istæc iussit loqui.*
G. *Immo non potuit me ius peruenirier*
Eò, quò nos uolumus. A. *occidi.* Ch. *perge eloqui.*
G. *At primo homo insanibat.* Ch. *cedo, quid postulat?*
G. *Quid: nimiũ: quãtũ libuit.* Ch. *dic.* Ge. *si quis daret*
Talen-

Talentũ magnũ. Ch. *ímo malũ hercle: ut nihil pudet*
Ge. *Quid dixi adeo ei: quæso, quid si filiam*
Suam unicam locaret? paruι retulit.
Non suscepisse: inuenta est, quæ dotem petat
Vt ad pauca redeam ac mittam illius ineptias.
Hæc denique eius fuit postrema oratio:
Ego, inquit, iam à principio amici filiam,
Ita ut æquum fuerat, uolui uxorem ducere:
Nam mihi ueniebat in mentem eius incommodum,
In seruitutem pauperem ad ditem dari:
Sed mihi opus erat ut apertè tibi nunc fabuler,
Aliquantulum quæ afferret, qui dissoluerem
Quæ debeo: etiam nunc, si volt Demipho.
Dare, quantum ab hac accipio quæ sponsa est mihi,
Nullam mihi malim, quàm istanc, uxorem dari.
An. *Vtrum stultitia facere ego hunc, an malitia*
Dicam, scientem, an imprudentem incertus sum.
G. *Quid, si animã debet?* G. *ager oppositu est pignori ob*
Decem minas, inquit D. *age age iam ducat: dabo.*
Ge. *Aediculæ item sunt ob decem alias.* De. *hoi hui,*
Nimium est. Ch. *ne clama: petio hasce a me decem.*
Ge. *Vxori emunda ancillula: est tum autem plusculæ*
Suppellectile opus est, opus sumptu ad nuptias:
His rebus pone sanè, inquit, decem minas.
De. *Sexcentas proin potius scribito iam mihi dicas.*
Nihil do; impuratus me ille vt etiam irrideat?
Ch. *Quæso, ego dabo, quiesce: tu modò filius.*
Fac ut illam ducat. nos quã uolumus. An. *hei mihi.*
Geta, occidisti me tuis fallacijs.
Ch. *Mea causa eijcitur: me hoc æquum est amittere.*
Ge. *Quantum potes me certiorem, inquit, face,*
Si illam dant, hanc ut mittam, ne incertus siem:

Nam illi mihi dotem iam constituerunt dare.
Ch. *Iam accipiet: illis repudium renuntiet.*
Hanc ducat. De. *quæ quidem ili res vortat male.*
Ch. *Opportunè adeo nunc mecum argentum attuli,*
Fructum, quem Lemni vxoris reddunt prædia;
Id sumam: vxori, tibi opus esse dixero.

ACTVS QVARTI, SCENA V.

Antipho, Geta.

A. GEta. Ge. *hem.* An. *quid egisti?* Ge. *emunxi argento senes.*
A. *Satin' est id?* G. *nescio hercle, tantum iussus sum.*
An. *Eho verbero, aliud mihi respondes: ac rogo?*
Ge. *Quid ergo narras?* An *quid ego narrē? opera tuā ad*
Restim mihi quidem res rediit planissime:
Vt te quidem omnes dij, deæq; superi, inferi
Malis exemplis perdāt. hem, si quid velis,
Huic mādes, qui te ad scopulum è trāquillo inferat,
Quid minus utile fuit, quàm hoc vlcus tangere,
Aut nominare vxorem? iniecta est spes patri,
Posse illum extrudi. cedo, nunc porrò Phormio.
Dotem si accipiet, vxor ducenda est demum;
Quid fiet? Ge. *non enim ducet* An. *noui: cæterum*
Cum argentum repetent, nostra causa scilicet
In neruom, potius ibit. Ge. NIHIL *est Antipho,*
Quin male narrando posit deprauarier.
Tu id quod boni est, excerpis: dicis, quod mali est.
Audi nunc contrà iam. si argentum acceperit,
Ducenda est vxor, vt ais: concedo tibi:
Spatium quidem tandem apparandis nuptijs,
Vocan-

Vocandi, sacrificandi dabitur paululum,
Iaterea amici, quod polliciti sunt, dabunt.
Id ille istis reddet An. *quam ob rem? aut quid dices?*
G. *rogas?*
Quod res? post illa monstra euenerunt mihi:
Introijt in ædes a ter alienus canis.
Anguis per impluuium decidit de tegulis:
Gallina cecinit, interdixit hariolus,
Haruspex vetuit ante brumam aliquid noui
Negotii incipire; quæ causa est iustissima.
Hæc fient. An. *vt modò fiant,* Ge. *fient, me uide*
Pater exit, abi, dic, esse argentum Phædriæ.

ACTVS QVARTI, SCENA V.

Demipho, Geta, Chremes.

D. *QVietus esto, inquam, ergo curabo, ne quid verborum duint.*
Hoc temere nunquam amittam eggo a me,
quin mihi testes adhibeam,
Cum dem, & quam ob rem dem, commemorabo.
Ge. *vt cautus ast, ubi nihil opus est*
Ch. *Atqui ita opus est facto, at matura, dum lubido eadem hæc manet,*
Nā si altera illa magis instabit, forsitā nos reijciat.
De. *Rem ipsam putasti* De. *duc mea eum ergo.* Ge. *non moror.* Ch. *vbi hoc egeris,*
Transito ad vxorem meā? vt conueniat hanc prius.
quam hinc abitt,
Dicat eā dare nos Phormioni nuptum ne succenseat
Et magis esse illū idoneum, qui ipsi sit familiarior?

Nos

Nos nostro officio nihil egreßos esse, quantum is voluerit,
Datum esse dotis. De.*quid, malum tua id referet?* C.*magni Demipho.*
De.*Non sat, tuum officium te fecisse, si non id fama approbat;*
Ch.*Volo ipsius quoque volũtate hoc fieri, ne se eiectam putet*
D.*Idem ego istuc facere possim.* Ch.*mulier mulieri magis congruet,*
De.*Rogabo.* C.*vbi nũc illas ergo reperire possim, cogito.*

ACTVS QVINTI, SCENA I.

Sophrona, Chremes.

S. QVID *agam? quem amicum inueniam mihi misera? aut cui consilia*
Hæc referam? aut vnde nunc mihi auxilium petam? nam uereor.
Hera ne ob meũ suasum indigne iniuria afficiatur:
Ita patrem adolescentis facta hæc tolerare audio violenter.
C.*Nã quæ est anus exanimata, à fratre quæ egressa est meo?*
So.*Quod vt facerem, me egestas impulit, cum scirem infirmas*
Hasce eße nuptias; vt id consulerem, interea vita
Vt ĩ tuto foret. Ch.*certè ædepol, nisi me anim⁹ fallit*
Aut parũ oculi prospiciũt, meæ nutricẽ gnatæ video
So.*Neque ille inuestigatur,* Ch.*quid agam?* So.*qui est eius pater.* Ch.*adeon,*

An ma-

An maneo, dum ea, quæ loquitur, mogis, cognoscam? So. quòd si eum nunc
Reperire possim nihil est, quod verear, Ch. ea ipsa est colloquar.
So. *Quis hic loquitur?* Ch. *Sophrona.* S. *et meũ nomen nominat?* Ch. *ad me respice.*
So. *Dij obsecro vos: est ne hic Stilpho?* C. *non.* S. *negas?*
C. *Concede hinc paululũ a forib. istorsũ sodes Sophrone.*
Ne me istoc posthac nomine appellassis. So. *quid? non is obsecro es,*
Quẽ semper te esse dictitasti? Ch. *st.* So. *quid has me tuis fores?*
Ch. *Conclusam hic habeo vxorem sæuam: uerum istoc de nomine*
Eo perperã olí dixi, ne vos fos fortè imprudẽtes foris
Effutiret, atq; id porrò aliquã uxor mea resciscerct.
So. *Hem istoc pol nos te hic inuenire misera nunquam potuimus.*
Ch. *eho dic mihi, quid tibi rei est cum familia hac, unde exis? aut ubi*
Illæ sunt? So. *miseram me.* C. *hẽ quid est? uiuunt ne?* So. *uiuit gnata.*
Matrem ipsã ex ægritudine miserã mors consecuta est
Ch. *Male factum.* So. *ego autem, quæ essem anus deserta, egens ignota,*
Vt potuit uirginem nuptum locaui huic adolescenti,
Harum qui est dominus edium. Ch. *Antiphõni ne?*
S. *hem isti ipsi,* Ch. *quid?*
Duas ne is uxores habet? So. *hau. obsecro, una mille quidem hanc solem.*
Ch. *Quid illa altera, quæ dicitur cognata?* So. *hac ergo est.* Ch. *quid ais,*

So. Com-

Iudicium de eadem causa iterum ut r[illegible] nt tibi ;
Quandoquidem solus regnas, & soli licet
Hic de eadem causa bis iudicium adipiscier.
De. *Et si facta mihi iniuria est, veruntamen*
Potius quàm lites secter. aut quàm te audiam,
Itidem vt cognata si sit, id quod lex iubet
Dotem dare, abduce hanc, minas quinq; accipe.
Ph. *Ha, ha, hæ, homo suauis.* De. *quid est? num iniquum postulo?*
An ne hoc quidē ego adipiscar quod ius publicū est?
Ph. *Ita ne tandem quæso ciuem vbi abusus sis;*
Mercedem dare lex iubet ei, atque amittere; an,
Vt ne quid turpe ciuis in se admitteret
Propter egestatem proxumo iussa est dari,
Vt cum uno ætatem degeret, quod tu uetas?
D. *Ita, proxumo quidem: at nos unde? aut quamobrem?* P. *ohe,*
Actum, aiunt, ne agas. D. *non agam? immo haud desinam,*
Donec perfecero hoc. Ph. *ineptis.* De. *sine modò*
Ph. *Postremò tecum nihil rei nobis, Demipho, est:*
Tuus est damnatus gnatus, non tu nam tua
Præterierat iam ducendi ætas. De. *omnia hæc*
Illum putato, quæ ego nunc dico, dicere:
Aut quidem cum uxore hac ipsum prohibeo domo.
Ge. *Iratus est* Ph. *tute idem melius feceris.*
De. *Ita ne es paratus facere me aduorsum omnia*
Infelix? Ph. *metuit hic nos tametsi sedulò*
Dissimulat. Ge. *bene habent tibi principia.* Ph. *quin quod est*
Ferundum fers? tuis factis dignum feceris,
Vt amici inter nos simus. De. *egon' tuam expetam*
Ami-

Amici[illegible]os: aut te visum, aut auditum velim.
Ph. Si concordabis cum illa, habebis, quę tuam
Senectutem oblectet: respice ætatem tuam. (ge:
De. Te oblectet: tibi habe. P. minue uerò irā. D. hoc a-
Satis iam uerborum est: nisi tu properas mulierem
Abducere, ego illam eÿciam: dixi Phormio.
Ph. Si tu illam attigeris secus, quam dignum est liberā,
Dicam impingam tibi grandem: dixi Demipho.
Si quid opus fuerit, heus, domo me. Ge. intellego.

ACTVS SECVNDI, SCENA III.

Demipho, Geta, Hegio, Cratinuus, Crito.

D. QVANTA me cura, & sollicitudine afficit.
Gnatus, qui me & se hisce impediuit nuptÿs.
Neque mihi in conspectum prodit, ut saltem sciam.
Quid de hac re dicat, quidne sit sententiæ.
Abi tu, uise redierit ne iam, an nondum domum;
Ge. Eo. De. Videtis, quo in loco res hæc siet:
Quid ago? dic Hegio, He. ego Cratinum censeo,
Si tibi videtur. De. dic Cratine. Cra. mene vis?
De. Te. Cra. ego, q̃ in rē tuam sint, ea velim facias, mihi
Sic hoc videtur. quod te absente hic filius
Egit, restitui in integrum æquum est, & bonum:
Et id impetrabis. dixi. De. dic nunc Hegio.
He. Ego sedulò hunc dixisse credo, verum ita est,
QVOT homines tot sententiæ. suus cuique mos.
Mihi non videtur. quod sit factum legibus,
Rescindi posse, & turpe inceptu est. D. dic Crito.
Cri. Ego amplius deliberandum censeo:
Res magna est. He. nūquid nos uis? D. fecistis probè.
Incer-

Incertior sum multo, quàm dudum. Ge. *[illegible] gant*
Rediisse De. *frater est expectatius mihi: is*
Quod mihi dederit de hac re consilium, id exequar.
Percontatum ibo ad portum, quoad se recipiat. (*scia*
Ge. *At ego Antiphonem quæram, vt quæ acta hic sunt,*
Sed eccum ipsum uideo in tempore huc se recipere.

ACTVS TERTII, SCENA I.

Antipho, Geta.

A. ENIMVERO *Antipho multimodis cum istoc animo vituperandus es*
Ita ne hic abiisse, & uitā tutādam dedisse aliis tuās
Alios tuam rem credidisti quàm te, animaduersuros magis?
Nam, vt uterant alia, illi certè consulcres, quæ nunc tuæ est domi:
Ne quid propter tuam fidē decepta pateretur mali:
Cuius nūc miseræ spes, opesq; sunt in te vno oēe
Ge. *Equidem here nos iamdudum hic te absentem incusamus, qui abieris.*
An. *Teipsum quærebam.* Ge. *sed ea causa nihilo magis defecimus.*
An. *Loquere obsecro, quonam in loco sunt res, & fortunæ meæ;*
Nunquid patri subolet? Ge. *nihil etiam.* An. *equid spei porrò est?* G. *nescio.* An. *ah.*
Ge. *Nisi Phædria haud cessauit pro te eniti.* An. *nihil fecit noui.*
Ge. *Tum Phormio itidem in hac re, vt in aliis strenuum hominem præbuit.*

An. Quid

An. Quid is fecit? Ge. confutauit verbis admodum iratum patrem.

An. Heu Phormio. Ge. ego, quod potui porrò. An. ui Geta, omnes vos amo.

Ge. Sic sese habent principia, vt dico: adbuc tranquilla res est:

Mansnrusq; patruum pater est, dum hunc adueniat:
An. quid eum? Ge. aiebat,

De eius consilio uele sese facere, quod ad hanc rem attinet.

An. Quantus metus esse mihi, venire hue saluom nunc patrum, Geta:

Nam, vt audio, per vnam eius aut viuam, aut moriar sententiam.

Ge. Phædria tibi adest. An. vbinam? Ge. eccum a sua palæstra exit foras.

ACTVS TERTII, SCENA II.

Phædria, Dorio, Antipho, Geta.

Ph. Dorio audio obsecro. Do. non audio. Ph. parumper. Do. quin omitte me.

Ph. Audi, quod dicam. Do. at enim tędet iam audire eadem millies.

Ph At nūc dicā, quod lubēter audias. D. loquere, audio

Ph. Nequeo te exorare, vt maneas triduum hoc? quo nunc abis?

Do. Mirabar, si tu mihi quidquam afferres noui.

An. Hei metuo lenonem, ne quid suo suat capiti. Ge. idem ego metuo.

Ph. Non mihi credis? Do. hariolare. Ph. sin fidem do.

Do.fabulæ

Ph.*Fœneratũ istuc beneficiũ tibi pulchrè dices.* Do.*logi*

Ph.*Crede mihi gaudebis facto: verum hercle hoc est.*
Do.*somnium.*

Ph.*Experire,nõ est longum.* Do.*cantilenã eandẽ canis.*

Ph.*Tu mihi cognatus,tu amicus,tu parens,* Do.*garris modo.*

Ph.*Adeone ingenio esse duro te,atque inexorabili,*
Vt neque misericordia, neque precib. molliri queas?

Do.*Adeon te esse incogitantẽ,atq; impudẽtẽ Phædria*
Vt phaleratis dict s ducas me,& meã ductes gratis?

An.*miseritum est.* Ph.*hei veris vincor.* Ge.*quam similis vterque est sui?*

Ph.*Neq; alia Antipho cũ occupatus esset sollicitudine*
Tum esse hoc mihi obiectũ malum? An.*ah,quid istuc autem est Phædria?*

Ph.*O fortunatissime Antipho.* An.*ego ne?* Ph.*qui qđ amas domi est;*
Nec cum huiusmodi vnquam vsus venit, vt conflictares malo.

An.*Mihi domi est? immo,quod aiunt,* AVRIBVS *teneo lupum:*
Nam neq; vt amittam a me inuenio,neque,vti retineam,scio.

Do.*Ipsũ istuc mihi in hoc est.* A.*eia,ne parum leno sies*
Nam quid hic confecit? Ph.*hiccine? quod homo inhumanissimus:*
Pamphilam meum vendidit. Ge.*quid? vẽdidit?* An.*ain' vendidit?*

Ph.*Vendidit.* Do.*quàm indignum facinus, ancillam ære emptam suo.*

Ph.*Nequeo exorare,vt maneat,et illo cũ ut mutet fidẽ*

Tri-

Triduum, hoc dum, id quod est promissum, ab amicis, argentum aufero.
Si nō tū dedero, vnam præterea horā ne opportus sies
Do. *Obtundis.* An. *haud longum est. quod orat, Dorio: exoret sine:*
Idem hoc tibi quod bene promeritus fueris, conduplicauerit
Do. *Verba istæc sunt.* An. *Pamphilam ne hac vrbe priuari sines?*
Tum præterea horum amorem distrahi poterin' pati?
Do. *Neque ego, neque tu.* Ge. *dij tibi omnes id, quod est dignum, duint.*
Do. *Ego te complureis aduorsum ingenium meum menses tuli*
Pollicitantem, & nihil ferentem, flentē: nunc cōtrà omnia
Repperi, qui det. neque lacrumet, da locum melierib.
An. *Certè hercle satis, si commemini, tibi quidem est dies,*
Quàm ad dares huic, præstituta. Ph. *factum,* Do. *num ego istoc nego?*
An. *Iam ne ea præterijt?* Do. *non, verum ei hæc antecessit.* An. *non pudet*
Vanitatis? Do. *minime, dum ob rem.* Ge. *sterquilinium* Ph. *Dorio,*
Ita ne tandē facere oportet? D. *sic sū, si placeo vtere*
An. *Siccine hunc decipis?* D. *immo enimuero, Antipho hic me decipit.*
Nam hic me huiusmodi scibat esse: ego hunc esse aliter credidi.
Iste me fefellit: ego isti nihilo sum aliter, ac fui.
Sed ut ut hæc sunt tamen hoc faciam, cras mane ar-

gentum mihi
Miles se dare dixit; si mihi prior tu attuleris, *Phædria*
Mea lege vtar, ut potior sit, qui prior ad dādū est Vale.

ACTVS TERTII, SCENA III.

Phædria, Antipho, Geta.

Ph. *QVid faciam? vnde ego nunc tam subito quis argentum inueniam miser.*
Cui minus nihilo est? quod si hic potuisset nunc exorarier.
Triduum, hoc, promißum fuerat. An. *ita ne hunc patiemur Geta*
Fieri miserū q me dudum, vt dixti, adiurit comiter?
Quin cum opus est, beneficium rursum ei experimur reddere?
Ge. *Scio equidem hoc esse, æquum.* An. *age ergo, solus seruare hunc potes.*
Ge. *Quid faciam?* An. *inuenias argentum.* Ge. *cupio sed id vnde edoce.*
An. *Pater adest hic.* G. *scio: sed quid tuum?* An. *ah,* DICTVM *sapienti sat est.*
Ge. *Ita ne;* An. *ita.* G. *sane hercle pulchre suades etiam tu hinc abis?*
Non triūpho, ex nuptijs tuis, si nihil nanciscor mali.
Ni etiam nunc me huius quærere causa in malō, iubeas crucem?
An. *Verum hic dicis.* Pr. *quid? ego vobis Geta alienus sum?* Ge. *haud puto:*
Sed parum ne est, omnibus quòd nunc nobis succenset senex.

Ni

Ni instigemus ẽt, vt nullus locus relinquatur preci?
Ph. Alius ab oculis meis illã in ignotũ abducet locum?
Hem, dum igitur licet, dumq; adsum, loquimini mecum Antipho:
Contemplamini me. An. quamobrem? aut quidnam facturus? cedo.
Ph. Quoquò hîc asportabitur terrarũ, certum est ꝑsequi
Aut pire. Ge. dij bene vortãt, quid agas perdetẽtim tñ
An. Vide, si quid opis potes adferre huic. Ge. si quid? quid? An. quære obsecro,
Neq̃d plus minusue faxit, qđ, nos post pigeat, Geta,
Ge. Quæro, saluos est, vt opinor: verũ enim metuo malũ,
An. Noli metuere: vnà tecum bona, mala tolerabimus
Ge. Quantum argenti opus est tibi? loquere. Ph. solæ triginta minæ.
Ge. Triginta? hui percara est, Phędria. Ph. istæc verò vilis est.
G. Age, age, inuentas reddam. Ph. o lepidum caput. G. aufer te hinc. Ph. iam opus est.
G. Jam feres. sed opus est mihi Phormionem adiutorem ad rem hanc dari.
An. Presto est: audacissimè oneris q̃duis ĩpone, et feret:
SOLVS ẽ bõ amico amic⁹. G. eam⁹ ergo ad eũ ocyus
Ph. Abi verò dic presto vt sit domi.
An. Nunquid est, quod mea opera vobis opus sit? Ge. nihil. verum abi domum, &
Jlla miseram, quam ego nunc intus scio esse exanimatam metu,
Cõsolare: cessas? A. nihil est. æque quod faciã lubens.
Ph. Qua via istuc facies? Ge. dicam itinere: modò te hinc amoue.

ACTVS QVARTI, SCENA II.

Geta.

EGo hominem callidiorem vidi neminem,
Quam Phormionē, venio ad hominē, vt dicerem
Argento opus esse, & id quo pacto fieret:
Vix dum dimidium dixeram, intellexerat:
Gaudebat: me laudabat: querebat senem:
Dijs gratias agebat, tempus sibi dari,
Vbi Phædriæ se ostenderet nihilominus
Amicum esse, quàm Antiphoni. hominem ad forum
Iussi opperiri: eò me esse adducturum senem
Sed eccum: quis est vlterior? at at Phædriæ
Pater venit: quid pertimui autem bellua?
An quia, quos fallam, pro vno, duo sunt mihi dati?
Commodius esse opinor duplici spe vtier.
Petam, hinc, vnde a primo institui: is si dat sat est:
Si ab hoc nihil fiat, tum hunc adoriar hospitem.

ACTVS QVARTI, SCENA III.

Antipho, Geta, Chremes, Demipho.

An. *EXpecto quam mox recipiat huc sese Geta,*
Sed patruū cum patre video astantē. hei mihi
Quàm timeo, aduentus huius quò impellat patrem.
Ge. *Adibo hosce: o noster Chremes.* Ch. *salue Geta.*
Ge. *Venire saluū volupe est.* Ch. *credo.* G. *quid agitur?*
Ch. *Multa aduenienti, vt fit, noua hic compluria.*
Ge. *Ita de Antiphone audisti' quæ facta?* Ch. *omnia*

G. Tun' dixeras huic facinus indignum Chreme?
Sic circumiri. D. cum hoc id agebam commodum.
Ge. Nā hercle ego quoq; id quidē mecū agitas sedulò,
Inueni, opinor, remedium huic rei. D. quid Geta?
Quod remedium? G. vt abij abs te, fit fortè obuiam
Mihi Phormio Ch. qui Phormio? G. is, qui istanc.
Ch. scio.
Ge. Visum est mihi, vt eius tentarem sententiam.
Prendo hominem solum cur non, inquam, Phormio
Vides, inter vos sic hæc potius cum bona
Vt componantur gratia, quàm cum mala?
Herus liberalis est, & fugitans litium:
Nam cæteri quidem hercle amici omnes modò]
Vno ore auctores fuere, ut præcipitem hanc daret?
An. quid hic cæptat? aut quò euadet hodie? G. an legib.
Daturum pœnas dices. si illam eiecerit?
Iam id exploratum est: eia, su labis satis.
Si cum illo incæptas homine: ea eloquentia est.
Verum pone esse victum eum: at tandem tamen
Non capitis eius res agitur, sed pecuniæ.
Postquam hominem his uerbis sentio mollirier.
Soli sumus nunc, inquam, hic, eho dic, quid uelit dari
Tibi in manuum, vt herus hic desistat litibus,
Hæc hinc facessat, tu molestus ne sies?
An. Satin' illi dij sunt propitij? Ge. nam sat scio,
Si tu aliquam partem æqui, boniq; dixeris,
Vt illi est bonus uir, tria non commutabitis
Verba hodie inter uos. D. quis te istæc iussit loqui?
C. Immo non potuit me ius peruenirier
Eò, quò nos uolumus A. occidi. Ch. perge eloqui.
G. At primo homo insanibat. Ch. cedo, quid postulat?
G. Quid: nimiū: quātū libuit. Ch. dic. Ge. si quis daret

Talen-

Talentũ magnũ. Ch. *ĩmo malũ hercle: ut nihil pudet*
Ge. *Quid dixi adeo ei: quæso, quid si filium*
Suam unicam locaret? parui retulit.
Non suscepisse: inuenta est, quæ dotem petat
Vt ad pauca redeam ac mittam illius ineptias.
Hæc denique eius fuit postrema oratio:
Ego, inquit, iam à principio amici filiam,
Ita ut æquum fuerat, uolui uxorem ducere:
Nam mihi ueniebat in mentem eius incommodum,
In seruitutem pauperem ad ditem dari:
Sed mihi opus erat ut apertè tibi nunc fabuler,
Aliquantulum quæ afferret, qui dissoluerem
Quæ debeo: etiam nunc, si volt Demipho.
Dare, quantum ab hac accipio quæ sponsa est mihi,
Nullam mihi malim, quàm istanc, uxorem dari.
An. *Vtrum stultitia facere ego hunc, an malitia*
Dicam, scientem, an imprudentem incertus sum.
G. *Quid, si animã debet?* G. *ager oppositu est pignori ob*
Decem minas, inquit D. *age age iam ducat: dabo.*
Ge. *Aediculæ item sunt ob decem alias.* De. *hoi hui,*
Nimium est. Ch. *ne clama: petio hasce a me decem.*
Ge. *Vxori emunda ancillula: est tum autem plusculа*
Suppellectile opus est, opus sumptu ad nuptias:
His rebus pone sanè, inquit, decem minas.
De. *Sexcentas proin potius scribito iam mihi dicas.*
Nihil do; impuratus me ille vt etiam irrideat?
Ch. *Quæso, ego dabo, quiesce: tu modò filius.*
Fac ut illam ducat. nos quã uolumus. An. *hei mihi.*
Geta, occidisti me tuis fallacijs.
Ch. *Mea causa eijcitur: me hoc æquum est amittere.*
Ge. *Quantum potes me certiorem, inquit, face,*
Si illam dant, hanc ut mittam, ne incertus siem:

Nam

Nam illi mihi dotem iam constituerunt dare.
Ch.*Iam accipiet: illis repudium renuntiet.*
*Hanc ducat.*De.*quæquidem illi res vortat male.*
Ch.*Opportunè adeo nunc mecum argentum attuli,*
Fructum,quem Lemni vxoris reddunt prædia;
Id sumam: vxori,tibi opus esse dixero.

ACTVS QVARTI, SCENA V.

Antipho, Geta.

A. GEta.Ge.*hem.*An.*quid egisti?*Ge.*emunxi argento senes.*
A.*Satin' est id?*G.*nescio hercle,tantum iussus sum.*
An.*Eho verbero,aliud mihi respondes: ac rogo?*
Ge.*Quid ergo narras?*An *quid ego narrē?opera tuā ad*
Restim mihi quidem res rediit planissime:
Ut te quidem omnes dij.deæq; superi,inferi
Malis exemplis perdāt.hem,si quid velis,
Huic mādes,qui te ad scopulum è trāquillo inferat,
Quid minus utile fuit,quàm hoc vlcus tangere,
Aut nominare vxorem? iniecta est spes patri,
Posse illum extrudi.cedo,nunc porrò Phormio.
Dotem si accipiet,vxor ducenda est demum;
Quid fiet? Ge.*non enim ducet* An.*noui: cæterum*
Cum argentum repetent, nostra causa scilicet
*In neruom,potius ibit.*Ge.NIHIL *est Antipho,*
Quin male narrando posit deprauarier.
Tu id quod boni est,excerpis: dicis,quod mali est.
Audi nunc contrà iam.si argentum acceperit,
Ducenda est vxor,vt ais: concedo tibi:
Spatium quidem tandem apparandis nuptijs,
Vocan-

Vocandi, sacrificandi dabitur paululum,
Interea amici, quod polliciti sunt, dabunt.
Id ille istis reddet An. *quam ob rem? aut quid dices?*
G. *rogas?*
Quod res? post illa monstra euenerunt mihi:
Introijt in ædes ater alienus canis.
Anguis per impluuium decidit de tegulis:
Gallina cecinit, interdixit hariolus,
Haruspex vetuit ante brumam aliquid noui
Negotii incipire; quæ causa est iustissima.
Hæc fient. An. *vt modò fiant.* Ge. *fient. me uide*
Pater exit; abi, dic, esse argentum Phædriæ.

ACTVS QVARTI, SCENA V.

Demipho, Geta, Chremes.

D. *QVietus esto, inquam, ergo curabo, ne quid verborum duint.*
Hoc temere nunquam amittam eggo a me,
quin mihi testes adhibeam,
Cum dem, & quam ob rem dem, commemorabo.
Ge. *vt cautus ast, ubi nihil opus est*
Ch. *Atqui ita opus est facto, at matura, dum lubido eadem hæc manet,*
Nā si altera illa magis instabit, forsitā nos reijciat.
De. *Rem ipsam putasti* De. *duc mea eum ergo.* Ge. *non moror.* Ch. *vbi hoc egeris,*
Transito ad vxorem meā? vt conueniat hanc prius. quam hinc abitt,
Dicat eā dare nos Phormioni nuptum ne succenseat
Et magis eße illū idoneum, qui ipsi sit familiarior?

Nos

Nos nostro officio nihil egressos esse, quantum is voluerit,
Datum esse dotis. De.*quid, malum tua id referet?* C.*magni Demipho.*
De.*Non sat, tuum officium te fecisse, si non id fama approbat;*
Ch.*Volo ipsius quoque volũtate hoc fieri, ne se eiectam putet*
D.*Idem ego istuc facere possim.* Ch.*mulier mulieri magis congruet,*
De.*Rogabo.* C.*vbi nũc illas ergo reperire possim, cogito.*

ACTVS QVINTI, SCENA I.

Sophrona, Chremes.

S. QVID *agam? quem amicum inueniam mibi misera? aut cui consilia*
Hæc referam? aut vnde nunc mihi auxilium petam? nam uereor.
Hera ne ob meũ suasum in digne iniuria afficiatur:
Ita patrem adolescentis, facta hæc tolerare audio violenter.
C.*Nã quæ est anus exanimata, à fratre quæ egressa est meo?*
So.*Quod vt facerem, me egestas impulit, cum scirem infirmas*
Hasce esse nuptias; vt id consulerem, interea vita
Vt ĩ tuto foret. Ch.*certè ædepol, nisi me anim' fallit*
Aut parũ oculi prospiciũt, meæ nutricẽ gnatæ video
So.*Neque ille inuestigatur,* Ch.*quid agam?* So.*qui est eius pater.* Ch.*adeon,*

An ma-

An maneo, dum ea, quæ loquitur, magis, cognoscam? So. *quòd si eum nunc*
Reperire possim nihil est, quod verear. Ch. *ea ipsa est colloquar.*
So. *Quis hic loquitur?* Ch. *Sophrona.* S. *et meum nomen nominat?* Ch. *ad me respice.*
So. *Dij obsecro vos: est ne hic Stilpho?* C. *non.* S. *negas?*
C. *Concede hinc paululum a forib. istorsum sodes Sophrone.*
Ne me istoc posthac nomine appellassis. So. *quid? non is obsecro es,*
Quem semper te esse dictitasti? Ch. *st.* So. *quid has me tuis fores?*
Ch. *Conclusam hic habeo vxorem sæuam: uerum istoc de nomine*
Eo perperā olī dixi, ne vos fos fortè imprudētes foris
Effutiret, atq; id porrò aliquā uxor mea rescisceret.
So. *Hem istoc pol nos te hic inuenire misera nunquam potuimus.*
Ch. *eho dic mihi, quid tibi rei est cum familia hac, unde exis? aut ubi*
Illæ sunt? So. *miseram me.* C. *hē quid est? uiuunt ne?*
So. *uiuit gnata.*
Matrem ipsā ex ægritudine miserā mors consecuta est
Ch. *Male factum.* So. *ego autem, quæ essem anus deserta, egens, ignota,*
Vt potuit uirginem nuptum locaui huic adolescenti,
Harum qui est dominus edium. Ch. *Antiphōni ne?*
S. *hem isti ipsi,* Ch. *quid?*
Duas ne is uxores habet? So. *hau. obsecro, una mille quidem hanc solem.*
Ch. *Quid illa altera, quæ dicitur cognata?* So. *hac ergo est.* Ch. *quid ais,*

So. Cōposito est factum, quo modo amans habere posset
Sine dote. Ch. dij nostrā fidē, quā sæpe fortè temere
Eueniunt que nō audeas optare: offendi aduenien s,
Quicū uolebā, atque ut uolebam collocatam filiam.
Quod nos ābo opera maxumo dabam⁹ operā, ut fieret
Sine nostra cura maxuma sua cura, hæc sola fecit.
S. Nunc qd facto est opus, uide pater adolescētis uenit
Eumque animo iniquo hoc oppido ferre aiunt. C. nihil pericli est:
Sed per deos, atque homines, meam esse hanc, caue resciscat quisquam.
So. Neq; ex me scibit. C. seqre me: intus cætera audies

ACTVS QVINTI, SCENA II.

Demipho, Geta.

D. NOS nostrapte culpa facinus, ut malos expediat esse,
Dum nimium dici nos bonos studemus, & benignos.
Ita fugias, NE, præter casam, aiunt. non ne id satis erat,
Accipere ab illo iniuriam? etiam argentum est ultro obiectum ei,
Vt sit, qui uiuat, dum aliquid aliud flagitij cōficiat.
G. Plauissume. De. his nunc premium est, qui recta praua faciunt.
Ge. Verissime. D. vt stultissime quidē illi rē gesserimus
Ge. Modo vt hoc consilio possiet discedi, ut istam ducat
De. Etiam ne id dubium est? Ge. haud scio hercle, ut homo est, an mutet animum.
D. Hem, mutet autem? Ge. nescio: verum si forte, dico

De.

De. *Ita faciam, vt frater censuit; vxorem huc eius adducam,*
Cum ista ut loquatur. abi Geta: prænuntia hanc uenturam.
Ge. *Argentũ inuentum est Phædriæ: de iurgio siletur.*
Prouisum est, ne in præsentia hæc hinc abeat: quid nunc porro?
Quid fiet? I N eodem luto hæsitas, vorsuram soluis
Geta, præsens, quod fuerat malum, in diem abijt: plagæ crescunt,
Nisi prospicis: nunc hinc domum ibo, ac Phanium edocebo,
Ne quid vereatur Phormionem, aut eius orationem.

ACTVS QVINTI, SCENA III.

Demipho Nausistrata, Chremes.

D. A*gedum, vt soles* Nausistrata, *facilla vt placetur nobis:*
Vt sua voluntate id, quod est faciundũ. faciat. Nã. *faciam.*
D. *Pariter, nunc opera me adiuues, ac dudum re opitulata es.*
Na. *Factum volo, ac pol queo minus viri culpa, quam me dignum est.*
Ge. *Quid autem?* Na. *quia pol mei patris bene parta indiligenter*
Tutatur, nam ex his prædijs talenta argenti bina.
Capiebat statim. hem, vir viro quid prestat. De. *bina queso?*
Na. *Ac rebus vilioribus multo, tamen talenta bina.*
D. *hui.*

D.*hui:*

Na.*Quid hæc videntur*? De.*scilicet*. Na.*virum me natam vellem:*

Ego ostenderem De.*certe scio*. Na.*quo pacto*. De.*parce sodes;*

Vt possis cum illa; ne te adolescens mulier defatiget.

Na.*Faciam, vt iubes; sed meum virum abs te exire video*. Ch.*hem. Demipho,*

Iam illi datum est argentum? De.*curaui illico*. Ch.*nollem datum.*

Hei, uideo uxorem penè plus, quam sat erat. De.*cur nolles Chreme?*

Ch.*Iam recte*. De.*quid tu? ecquid locutus cum ista es, quamobrem hanc ducimus?*

Ch.*Transegi*. De.*quid ait tandem?* Ch.*abduci non potest*. De.*quid non potest?*

Ch.*Quia vterque utrique est cordi*. De. *quid istuc nostra?* Ch.*magni preter hæc,*

Cognatā cōperi esse nobis. D.*quid? delira?* C.*sic erit:*

Non temere dico: redi mecum in memoriam. De.*satisne sanus es?*

Na. *Au, obsecro uide ne in cognatam pecces*. De. *non est*. Ch.*nega:*

Patris nomen aliud dictum est, hoc tu errasti. D.*non norat patrem?*

Ch.*Norat*. D.*cur aliud dixit?* Ch.*nunquam hodie concedes mihi, neque*

Intelliges? De.*si tu nihil narres*. Ch.*pergis?* Na.*miror, quid hoc siet.*

De.*Equidem hercle nescio*. Ch.*uin' scire? at ita me seruet Iupiter,*

Vt propior illi, quam ego sum, ac tu, nemo est homo.

De.

De dij vostram fidem:
Eamus ad ipsam vnà omnes nos: aut scire, aut nescire hoc volo. Ch. *ah.*
D. *Quid est?* C. *ita ne paruam mihi fidem esse apud te?* De. *vin' me credere?*
Vin' satis quaesitum mihi istuc esse? age fiat. quid? illa filia
Amici nostri quid futurum est? Ch. *rectè.* De. *hanc igitur mittimus?*
Ch. *Quid ni?* De. *illa maneat?* Ch. *sic* De. *ire igitur tibi licet, Nausistrato.*
Na. *Sic pol commodius esse in omnes arbitror, quam vt coeperas,*
Manere hanc: nam perliberalis visa est, cùm vidi mihi
De. *Quid istuc negotij est?* Ch. *iam ne operuit ostium?* De. *iam.* Ch. *ò Iuppiter,*
Dij nos respiciunt; gnatam inueni nuptam cum tuo filio. De. *hem,*
Quo pacto id potuit? Ch. *non satis tutus est ad narrandum hic locus.*
De. *At tu intro abi heus, ne filij nostri quidem hoc resciscant volo.*

ACTVS QVINTI, SCENA IV.

Antipho.

An. *Laetus sum, vt vt meae res sese habent fratri obtigisset, quod volt.*
Quàm scitum est, eiusmodi parare in animo cupiditates?
Quas, cum res aduersae sient paulo mederi possis?
Hic simul argentum repperit, cura se expediuit:
Ego nullo possum remedio me euoluere ex his turbis

Quin si hoc cæletur, in metu: sin patefit, in probro sim
Neq; me domum nunc repicerem, ni mihi esset spes ostensa
Huiusce habendæ sed vbinam Getam inuenire possum, vt
Rogem, quod tempus conueniendi patris me capere iubeat?

ACTVS QVINTI, SCENA V.

Phormio, Antipho.

Ph. *ARgentum accepi, tradidi lenoni, abduxi mulierem:*
Curaui, porpria ea Phædria vt poteretur, nam emissa est manu:
Nunc vna res mihi etiam resta, quæ est conficiunda, otium
Asenibus ad potandum vt habeam: nam aliquæ hos sumam dies.
An. *Sed Phormio est: quid ais?* Ph. *quid?* An. *quidnam nunc facturus* Phædria:
Quo pacto societatem amoris ait se velle sumere;
Ph. *Vicissim parteis tuas acturus est.* An. *quas?* Ph. *vt fugitet patrem:*
Te suam rogauit rursum vt ageres causam, vt pro se diceret
Nam potaturus est apud me ego me ire senibus Sunium
Dicam ad mercatum, ancillulam emptum, quam dudum dixit Geta?
Ne cum hinc non videant, me conficere credant argentum

gentum suum.

Sed ostium concrepuit abs te. An. *vide, quis egreditur.* Ph. *Geta est.*

ACTVS QVINTI, SCENA VI.

Geta, Antipho, Phormio.

Ge. *O Fortuna, o fors fortuna, quantis commoditatibus.*

Quam subito hero meo Antiphoni ope vestra hunc onerastis diem?

An. *Quidnam hic sibi volt?* Ge. *nosq; amicos eius exonerastis metu?*

Sed ego nunc mihi cesso, qui non homerum hunc onero pallio.

Atque hominem propero inuenire, vt hæc, quæ contigerint, sciat;

An. *Num tu intelligis, quid hic narret?* Ph. *num tu?* An. *nil.* P. *tantundem ego.*

Ge. *Ad lenonem hinc ire pergam: ibi nunc sunt.* An. *heus Geta.* Ge. *hem tibi.*

Num mirum, aut nouum est, reuocari, cursum cum institueris, An. *Geta.*

Ge. *Pergit. hercle nunquam tu tuo odio vinces me* An. *non manes?*

Ge. *Vapulabis, curialis vernula est, qui me vocat,*

An. *Id tibi, quidem iam fiet, nisi resistis verbero.*

Ge. *Familiariorē oportet esse hunc, q̄ minitatur malum*

Sed ne est, quem quæro, an non? ipsus est. Ph. *congredere actutum.* An. *quid est?*

G. *O omnium, quantum est, qui viuant, hominum homo*

honoratissime.

Nā sine controuersia a dijs solus diligere. *Antipho.*

An. *Ita velim. sed q istuc credā ita esse, mihi dici velim*

G. *Satin' est si te delibutum gaudio reddo?* An. *enicas.*

Ph. *Quin tu hinc pollicitationes aufer, et quod fer, cedo,* Ge. *oh,*

Tu quoque hic aderas Phormio? Ph. *aderam: sed cessas,* Ge. *accipe hem.*

Ut modo argētū dedimus tibi apud forū, recta domū

Sumus profecti: interea mittit herus me ad vxorem tuam.

An. *Quambrem?* G. *omitto proloqui: nam nihil ad hanc rem est, Antipho,*

Vbi in gynæceum ire occipio, puer ad me accurrit Mida:

Ponè apprehendit pallio, resupinat, respicio: rogo,

Quamobrem retineat me: ait esse vetitum intro ad heram accedere;

Sophrona modò fratrem huc inquit, senis introduxit Chremem,

Eūq; nūc esse ītus cū illis. hoc vbi ego audiui ad fores.

Suspenso gradu placide ire perexi: accessi: astiti:

Animam cum pressi, aurem admoui: ita animum cœpi attendere,

Hoc modo sermonem captans. An. *euge Geta.* G. *hic pulcherrimum.*

Facinus audiui: itaq; penè herclè exclamaui gaudio.

Ph. *Quod?* Ge. *quodnam arbitrare?* An. *nescio.* Ge. *at qui mirificissimum:*

Patruus tuus est pater īuētus Phanio uxori tuæ hem

Quid ais? G. *cum eius olim consueuit matre in Lemno clanculum.*

Ph. *Somnium: vetin' hæc ingoraret suum patrem è?* Ge. *aliquid credo*
Phormio esse causæ: sed me censen' potuisse omnia
Intellegere extra ostiū, ītus, quæ ĩter sese ipsi egerĩt?
Ph. *Atque hercle ego quoque illam audiui fabulam.* Ge. *immo etiam dabo,*
Quo magis credas. patruus interea inde huc egreditur foras:
Haud multo post cum patre idem recipit se intro dinuo.
Ait vterque tibi potestatem eius habendæ se dare:
Denique ego *sum missus, te ut requirerem, atque adducerem.*
An. *Hem, qui ergo? rape me, cassas?* Ge. *fecere.* An. *o mi Phormio*
Vale. Ph. *vele Antipho: bene, ita me dij ament, factum: & gaudeo.*
Ph. *Tantam fortunam de improuiso esse his datam?*
Summa aludendi occasio, est mihi nunc senes,
Et Phædriæ curam adimere argentariam,
Ne cuiquam suorum æqualium supplex siet.
Nam idem hoc argētum ita vt datum est in gratijs
His datum erit: hoc qui cogam, re ipsa repperi.
Nunc gestus mihi, voltusq; est capiundus nouus.
Sed hinc concedam in angiportum hunc proxumum:
Inde hisce ostendam me, vbi erunt egressi foras.
Quo me assimularam ire ad, mercatum, non eo.

ACTVS QVINTI, SCENA VII.

Demipho, Phormio, Chremes.

D. *Dis magnas meritò gratias habeo, atq; ego.*
Quando euenere hæc nobis frater, prospere.

Quantum potest, nunc conueniendus Phormio *est,*
Priusquam dilapidet nostras triginta minas,
Vt auferamus Ph. *Demiphonem, si domi est,*
Visam: vt quod. De. *at nos ad te ibamus Phormio.*
Ph. *De eadem hac fortasse causa?* De. *ita hercle.* Ph. *credidi:*
Quid ad me ibatis? riduculum: an verebamini,
Ne non id facerem, quod recepissem semel?
Heus, quanta quanta hæc mea paupertas est, tamen
Adhuc curaui vnum hoc quidem, ut mihi esset fides.
Ch. *Est ne ea ita, vt dixi, liberalis?* De. *oppidò.*
Ph. *Itaque vos venio nunciatum, Demipho,*
Paratum me esse: ubi uoltis, uxorem date.
Nam omneis posthabui mihi res, ita vti par fuit,
Postquam, tantopere id vos velle, animũ aduorterã.
De. *At hic dehortatus est me, ne illam tibi darem:*
Nam qui rumor erit populi, inquit, si id feceris?
Olim cum honestè potuit, tum non est data:
Nunc viduam extrudi, turpe est: fermè eadẽ omnia,
Quæ tute dudum coram me incusaueras.
Ph. *Satin' superbe illuditis me?* De. *qui?* Ph. *rogas?*
Quia ne alteram quidem illam potero ducere.
Nam quo redibo ore ad eam, quam contempserim?
Ch. *Tum autem Antiphonem uideo ab sese amittere*
Inuitum eam, inque. De. *tum autem uideo filium*
Inuitum sanè mulierem ab se amittere.
Sed transi sodes ad forum, atque illud mihi
Argentum iube rursum rescribi Phormio.
Ph. *Quod! næ ego perscripsi porrò illis, quibus debui.*
De. *Quid igitur fiet!* Ph. *si uis mihi uxorem dare,*
Quam despondisti, ducam, si est, ut uelis
Manere apud te illam, hic dos maneat, Demipho

Nam

Nam non est æquum me propter uos decipi;
Cum ego vestri bonoris causa repudium alteri
Remiserim, quæ tantundem dotis dabat.
De. *I hinc in malam rem cum istac magnificentia,*
Fugitiue: etiam nunc credis te ignorarier,
Aut tua facta adeo? P. *irritor.* D. *tu ne banc duceres*
Si tibi data esset; Ph. *fac periclum.* De. *ut filius.*
Cum illa babitet apud te, hoc uestrum consiliũ fuit.
Ph. *Quæso, quid narras?* D. *quin tu mihi argentũ cedo.*
Ph. *Immo uerò tu uxorem cedo* De. *in ius ambula.*
Ph. *In ius? enimuero si porrò esse odio si pergitis.*
De. *Quid facies;* Ph. *ego ne? uos me indotatis modò*
Patrocinari fortasse arbitramini:
Etiam dotatis soleo. Ch. *quid id nostra?* Ph. *nihil.*
Hic quandam noram, cuius uir uxorem. Ch. *bem.*
De. *quid est?*
Ph. *Lemni babuit aliã.* Ch. *Nullus sũ.* Ph. *ex qua filiã*
Suscepit: & eam clam educat. Ch. *sepultus sum.*
Ph. *Hæc a deo illi iamdenarrabo.* Ch. *obsecro*
Ne facias. Ph. *ob, tunc is eras?* De. *ut ludos facit?*
Ch. *Missum te facimus.* Ph. *fabulæ,* Ch. *quid uis tibi?*
Argentum quod babes, condonamus t.. Ph. *audio:*
Quid nos, malum ergo me sic ludificamini
Inepti uostra puerili sententia?
Nolo, uolo, nolo rursum: cedo, cape
Quod dictum, indictum est; quod modo erat ratum,
irritum est.
Ch. *Quo pacto, aut unde bæc hic rescinit* De. *nescio,*
Nisi, me dixisse nemini, id certò scio,
Ch. *Monstri, ita me dij ament, simile* Ph. *inieci scrupu*
lum. De. *bem.*
Hiccine ut a nobis boc tantum argenti auferat,

Tam apertè irridens? emori hercle satius est.
Animo uirili præsentiq; ut sis, para
Vides tuum peccatum esse elarum foras,
Neque iam id celare posse uxorem tuam:
Nunc quod ipsa ex aliis auditura sit Chreme,
Id nosmet indicare placabilius est.
Tum hunc impuratum poterimus nostro modo
Vlcisci. Ph. *at at, nisi mihi prospicio, hæreo:*
Hi gladiatorio animo ad me affectant viam.
Ch. *At vereor, vt placari possit.* De. *bono animo es:*
Ego redigam vos in gratiam, hoc fretus Chremes,
Cum è medio excessit, vnde hæc suscepta est tibi.
Ph. *Ita ne mecum agitis? satis astutè aggredimini:*
Non hercle ex re istius me instigasti, Demipho.
An tu, vbi peregrinè, tibi quod lubitũ fuit, feceris,
Neque huius sis veritus fœminę primariæ,
Nouo modo ei quin faceres contumelias;
Venias nunc precibus lautum peccatum tuum?
Hisce ego illam dictis ita tibi incensam dabo,
Vt nec restinguas, lachrumis si extillaueris
De. *Malum, quod isti dij, deæq; omnes duint.*
Tanta ne affectum hominem quenquã esse audacia?
Non ne hoc publicitus scelus hinc deportarier,
In solas terras? Ch. *in id redactus sum loci*
Vt nesciam prorsus, quid agam cum illo. D. *ego scio:*
In ius eamus Ph. *in ius? huc si quid lubet.*
De. *Assequere ac, retine: dum hoc ego seruos euoco.*
Ch. *Enim solus nequeo: accurre huc,* P. *vna iniuria est*
Tecum. Ch. *lege agito ergo.* Ph. *altera est tecum Chreme.*
De. *Rape hũc.* Ph. *ita ne agitis? enimerò voce est opus.*
Nausistrata exi. Ch. *os oppime.* D. *impurum uide,*

Quan-

Quantū valet. Ph. Nausistrata inquā. Ch. *nō taces?*
Ph. *Tacen'?* D. *ni sequitur, pugnos in ventrem ingere.*
Ph. *Vel oculum exculpe: est, vbi uos vlciscar probè.*

ACTVS QVARTI, SCENA VIII.

Nausistrata, Chremes, Phormio, Demipho.

N. *Quis nominat me?* Ch. *hem.* Na. *quid istic turbæ est obsecro*
Mi uir? Ph. *hem quid nunc obticuisti?* Na. *quis hic homo est?*
Non mihi respondes? Ph. *hiccine ut tibi respondeat?*
Qui hercle, vbi sit, nescit, C. *caue isti quid quā creduas?*
Ph: *Abi: tange: si non totus friget, me enica.*
Ch. *Nihil est.* Na. *quid ergo est? quid istic narrat?*
Ph. *iam scies.*
Ausculta. Ch. *pergin' credere?* Na. *quid ego obsecro*
Huic credam, qui nihil dixit? Ph. *delirat miser.*
Timore. Na. *non pol temere est, quod tu tam times.*
Ch. *Egon' timeo?* Ph. *recte sane: quando nihil times,*
Et hoc nihil est, quod dico ego; tu narra De. *scelus,*
Tibi narret; Ph. *eho tu, factum est abs te sedulò*
Pro fratre. Na. *mi vir non mihi narras?* Ch. *at.* Na. *quid at?*
Ch. *Non opus est dicto.* P. *tibi quidem: at scito huic opus est*
In Lemno. Ch. *hæm quid ais?* D. *non taces?* Ph. *clam te.* Ch. *hei mihi.*
Ph. *Vxorem duxit.* Na. *mi homo dij melius duint.*
Ph. *Sic factum est.* Na. *perij misera,* Ch. *& inde filiam*
Suscepit iā vnam, dum tu dormis. Ch. *quid agimus?*

Na.

N. *At meo merito credo. quid ego nunc commemorem, Demipho*
Singillatim, qualis in istũ fuerim? D. *noui æquè oĩa*
Tecum. Na. *meriton' meo hoc uidetur factum?* D. *minimè gentium:*
Verũ, quando iam accusando fieri infectum non põt,
Ignosce, orat, confitetur, purgat: quid vis amplius?
Ph. *Enimuero, prius quàm hæc dat veniam, mihi prospiciam. & Phædriæ.*
Heus Nausistrata prius quàm huic respondes temere, audi. Na. *quid est?*
Ph. *Ego minas triginta ab isto per fallaciam abstuli:*
Eas dedi tuo gnato, is pro sua amica lenoni dedit:
C. *Hem quid ais?* Na *deon' indignum tibi videtur, filius*
Homo adolescens vnam si habet amicam? vt vxores duas,
Nihil pudere? quo ore illũ obiurgabis? responde mihi,
D. *Faciet, ut voles* N. *immo, ut iam scias meam sñiam,*
Neque ego ignosco neque promitto quidquam, neque respondeo,
Prius q̃ gnatũ video: eius iudicio permitto omnia, is
Quod iubebit, faciam. Ph. *mulier sapiens es, Nausistrata.*
Na. *Satin' id est tibi?* Ph. *immo verò pulchrè discendo, et probe.*
Et præter spem. Na. *tu tuum nomen dic quod est.* Ph. *min'? Phormio,*
Vestræ familiæ hercle amicus, & tuo summus Phædriæ.
Na. *Phormio, at ego ecastor posthac tibi, quod potero, et quæ uoles,*
Faciamq;, & dicam. Ph. *benignè dicis.* Na. *pol meri-*

tum est tuum.

P. *Vin' primũ hodie facere, ꝙ ego gaudeã, Nausistrata,*
Et quod tuo viro oculi doleant? Na. *cupio* Ph. *me ad cœnam uoca.*

Na. *Pol verò voco.* D. *eamus intrò hinc.* Na. *fiat sed vbi est Phædria,*
Iudex noster? Ph. *iam hic faxo aderit. Vos valete, & plaudite.*

TERENTII HECYRA FABVLÆ INTERLOCVTORES.

Philotis	*meretrix,*
Syra	*anus,*
Parmeno	*seruus,*
Laches	*senex*
Sostrata	*mulier,*
Phidippus	*senex,*
Pamphilus	*adolescens,*
Myrrhina	*mulier,*
Sosia	*seruus,*
Bacchi	*meretrix.*

TERENTII HECYRA.

ACTA LVDIS ROMANIS SEX. IVLIO CAES. CN. CORNELIO DOLABELLA. ÆDIL. CVR. NON EST PERACTA TOTA. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDII TIBIIS PARILIB. CN. OCTAVIO. T. MANLIO COS. RELATA EST ITERVM LVDIS FVNEBRIBVS. RELATA EST TERTIO Q. FVLVIO, L. MARCIO ÆDILIBVS CVRVLIBVS.

C. SVL-

C. SVLPICII APOLINARIS

PERIOCHA.

Vxorem duxit Pamphilus Philumenam,
Cui quondã ignorans virgini vitiũ obtulit:
Eiusque per vim quem detraxit annulum.
Dederat amicæ Bacchidi meretriculæ:
Dein profectus in Imbrum est: nuptã haud, attigit.
Hanc mater vtero grauidam, ne id sciat socrus
Vt ægram ad se transfert, reuertit Pamphilus:
Deprehendit portum: celat, vxorem tamen
Recipere, non uolt, pater incusat Bacchidis
Amorem, dum se purgat Bacchis annulum
Mater vitiatæ fortè agnoscit Myrrhina.
Vxorem recipit Phamphilus cum filio.

PROLOGVS.

Hecyra est huic nomem fabulæ. hæc cùm data
Est noua, nouum interuenit vitium & calamitas
Vt neque spectari, neque cognosci potuerit;
Ita populus studio stupidus in funambulo
Animum occuparat. nũc hæc planè est pro noua:
Et is, qui scripsit hanc, ob eam rem noluit
Iterũm referre, vt iterum possit venuere.
Alias cognostis eius, quæso hanc noscite.
Orator ad vos venio ornatu prologi.
Sinite exorator, sim, eodem vt iure vti senem
Liceat, quo iure sum vsus adolescentior.
Nouas quid exactas feci vt inueterascerent,

Ne

Ne cum poeta scriptura euanesceret.
In his, quas primum Cæcili didici nouas,
Partim sum earum exactus, partim vix steti.
Quia scibam dubiam fortunam esse scenicam,
Spe incerta, certum mihi laborem sustulit:
Easdem agere cœpi, vt eodem alias discerem
Nouas studiosè, ne illum ab studio abducerem.
Perfeci, vt spectarentur: vbi sunt cognitæ.
Placitæ sunt; ita poetam restitui in locum,
Propè iam remotum iniuria aduersarium
Ab studio, atque ab labore, atque ab arte musica;
Quod si scripturam spreuißem in præsentia, et
In deterrendo voluissem operam sumere.
Vt in otio esset potius quàm in negotio:
Deterruissem facilè, ne alias scriberet:
Nunc quid petam, me a causa, æquo animo attēdite.
Hecyram ad vos refero, quam mihi per silentium
Nunq̄ agere licitū est, ita eam oppressit calamitas.
Eam calamitatem vestra intelligentia
Sedabit, si erit adiutrix nostræ industriæ.
Cum primum eam agere cœpi, pugilum gloria,
Funambuli eodem accessit expectatio:
Comitum conuentus, strepitus, clamor mulierum;
Fecere, ut ante tempus exirem foras.
Vetere in noua cœpi vti consuetudine,
In experiundo vt eßem; refero denuo.
Primo actu placeo; cum intereà rumor venit,
Datum iri gladiatores, populus conuolat;
Tumultuantur, clamant, pugnant de loco;
Interea ego meum non potui tutari locum.
Nunc turba nulla est: otium, & silentium est:
Agendi tempus mihi datum est: vobis datur.
Pote-

Poteſtas, condecorandi ludos ſcenicos.
Nolite ſinere per vos artem muſicam.
Recidere ad paucos: facite ut ueſtra auctoritas
Meæ, auctoritati adutrix fautrixque ſit.
Si nunquam auare ſtatui pretium arti meæ,
Et eum eſſe quæſtum in animum induxi maximum.
Quàm maxumè ſeruire voſtris commodis
Sinite impetrare me qui in tutelam meam
Studium ſuum, & ſe in ueſtram, commiſit fidem.
Ne eum circunuentum iniquit irrideant.
Mea cauſa cauſam hanc accipe, & ſilentium
Date ut, lubeat ſcribere aliȷs, mihiq; ut diſcere.
Nouas expediat, poſthac, prætio emptas meo.

ACTVS PRIMI, SCENA I.

Philothis, Sira.

Ph. *PEr pol quàm paucos repias meretricibus*
Fideles euenire amatores, Syra.
Vel hic Pamphilus iurabat, quoties Bacchidi,
Quam ſancte, ut quis facile poſſet credere,
Nunquam illa viua ducturum vxorem domum?
Hem duxit. Sy. *ergo propterea te ſedulò*
Et moneo, & hortor, ne cuiuſquam miſereat,
Quin ſpolies, mutiles, laceres, quenquam nacta ſis.
Ph. *Vtin' eximium nemine habeam?* Sy. *neminem:*
Nam nemo illorum quiſquam, ſcito, ad te. venit,
Quin' ita pater ſeſe, abs, te vt blanditiȷs ſuis
Quam minimo pretio ſuam voluptatem expleat.
Hiſcine tu amabo non contra inſidiabere!
Ph. *Tamen eandem pol eſſe omnibus iniurium eſt.*

Sy.

Sy. *Iniurium est autem vlcisci aduersarios?*
Aut quid captent te illi eadem ipsos capi?
Eheu me miseram cur non aut istac mihi
Aetas, & forma est, aut tibi hæc sententia?

ACTVS PRIMI, SCENA II.

Parmeno, Philotis, Syra.

Pa. *Senex si quæret me, modò isse dicito*
Ad portum percontatum aduentum Pamphili
Audin' quid dicam, Scirte? si quæret me, uti
Tum dicas; si non quæret, nullus dixeris:
Alias ut uti possim causa hac integra.
Sed uideon' ego Philotium? unde hæc aduenit?
Philotis, salue multum. Ph. *ò salue Parmeno.*
Sy. *Salue mecastor. Parmeno.* Pa. *& tu ædepol Syra.*
Dic mihi Philotis, vbi te oblectasti tam diu?
Ph. *Minimè me equidem oblectaui quæ cum milite*
Chorinthum hinc sum profecta inhumanissimo:
Biennium ibi perpetuum misera illum tuli.
Pa. *Aedepol te desiderium Athenarum arbitror*
Philotiū cepisse sæpe, & te tuum
Consilium contempsiße. Ph. *non dici potest,*
Quam cupida eram huc redeundi, abeundi a milite,
Vosq; hic uidendi, antiqua ut consuetudine
Agitarem inter uos libere conuiuium:
Nam illi haud licebat, nisi præfinito loqui
Quæ illi placerent. Pa. *haud opinor commodè*
Finem statuisse orationi millitem.
Ph. *Sed quid negoti hoc? modo quæ narrauit mihi*
Hic intus Bacchis? quod ego nunquàm credidi

Fore

Fre ut ille hac una posset animum inducere
Vxorē habere Pa.*habere aūt?* Ph.*eho tu,non habet?*
Ph.*Habet.sed firmæ hæ uereor ut sint nuptię.*
Ph.*Ita dij.deæq; faxint,si in rem est Bacchidis.*
Sed qui istuc credam ita esse? dic mihi Parmeno.
Pa.*Non est opus prolato: hoc percontarier*
*Desiste.*Ph.*nempe ea causa,ut ne id fiat palam.*
Ita me dij bene ament,haud propterea te rogo ut.
Hoc proferam.sed vt tacita mecum gaudeam.
Pa.*Nunquam dices tam commode,vt tergum meum*
Tuam in fidem committam Ph.*ah noli*, Parmeno;
Quia si non tumulto malis narrare hoc mihi,
Quam eho quæ percōter sc re. P. *vera hęc prędicat:*
Et mihi illud vitium maxumum est si mihi fidem
*Das te tacituram dicam.*Ph.*ad ingenium redis.*
Fidem do loquere. Pa. *ausculta.* Ph. *isthic sum.* Pa. *hanc Baccidem*
Amabat,vt cum maxume,tum Pamphilus,
Cum pater,vxorem vt ducat,orare occipit:
Et hæc communia omnium quæ sunt patrum,
Senem se dicere esse,illum autem esse vnicum
Præsidium velle se senectuti suę.
Ille primò se negare: sed postquam acrius
Pater instat,fecit animi ut incertus foret,
Pudorin',an ne amori obsequeretur magis
Tundendo,atque odio denique effecit senex:
Despondit gnatam ei huius uicini proxumi.
Vsque illud uisum est Pamphilo *neutiquam graue,*
Donec iam in ipsis nuptij postquam uidet
Paratas,nec moram vllam,quin ducat, dari:
Ibi demum ita ægre tulit ut ipsam Bacchidem,
Si adesset,credo ibi eius commiseresceret.

Vbicunque datum erat ſpatium ſollitudinis
Ut colloqui mecum vna poßet, parmeno
Perij. *quid ego egi? in quod me conieci malum?*
Non potero hoc ferre, Parmeno, perij miſer.
Ph. *At te dij deæq; perduint cum iſthoc odio, Laches*
Pa. *Ad pauca vt redeam vxorem deducit domum:*
Nocte illa prima virginem non attigit:
Quæ conſecuta eſt nox, eam nihilo magis.
Ph. *Quid ais? cum virgine vna adoleſcens cubuerit.*
Plus potus illa ſe abſtinere vt potuerit?
Non veriſimile dicis: nec verum arbitror.
Pa. *Credo ita videri tibi. nam nemo ad te venit,*
Niſi cupiens tui: ille inuitus illam duxerat,
Ph. *Quid deinde fit?* Par. *diebus ſanè paucul is*
Poſt. Pamphilus *me ſolum ſeducit foras,*
Narratq; vt virgo a ſe integra etiam tum ſiet:
Seq; ante, quam eam vxorem duxiſſet domum,
Speraſſe eas tolerare poſſe nuptias.
Sed quam decrerim me non poße diutius.
Habere, eam lubidrio haberi Parmeno,
Quin integram, itidem reddam, ut accepi a ſuis,
Neque honeſtum mihi, neque vtile ipſi virgini eſt.
Ph. *Pium, ac cupidum ingenium narras Pamphili.*
Pa. *Hoc ego proferre, incommodum eſſe mihi arbitror.*
Reddi patri autem, cui tu nihil dicas vitij,
Superbum eſt: ſed illam ſpero, vbi hoc cognouerit,
Non poße ſe mecum eſſe, arbituram denique.
Ph. *Quid interea? ibat ne ad Baccidem?* Par. *quotidie:*
Sed, ut fit, poſtquam hunc alienum ab ſeſe uidet,
Maligna multo, & magis procax facta ilico eſt.
Ph. Non *ædepol mirũ.* Par. *atqui ea res multò maxume*
Diſiunxit illum ab illa: poſtquam & ipſe ſe,

Et

Et illam, & hanc, quæ domi erat, cognouit satis,
Ad exemplum ambarum mores earum æstimans;
Hæc, ita vti liberali esse ingenio decet,
Pudens, modesta, incommoda, atque iniurias.
Viri omnes ferre, & tegere contumelias,
Hic animus partim vxoris misericordia
Deuictus, partim victus huius iniuria;
Paulatim elapsus est Bacchidi, atque huic transtulit
Amorem; postquam par ingenium nactus est.
Interea in Imbro moritur cognatus senex
Horum; ea ad hos redibat lege hæreditas.
Eò amantem inuitum Pamphilum extrudit pater,
Reliquit cum matre hic uxorem; nam senex
Rus abdidit se; huc rarò in vrbem commeat.
Ph. *Quid adhuc habent infirmitatis nuptiæ?*
P. *Nunc audies; primum, dies complusculos*
Bene conueniebat sanè inter eas: interim
Miris modis odisse cœpit Sostratam;
Neque lites vllæ inter eas postulatio
Nunquam Ph. *quid igitur?* Par. *si quando ad eam accesserat*
Confabulatum, fugere è conspectum ilico,
Videre nolle, denique vbi non quit pati,
Simulat, matre accersi ad rem diuinam abijt.
Vbi ibi est dies complureis, accersi iubet:
Dixere causam tunc nescio quam, iterum iubet,
Nemo remisit: postquam accersunt sæpius,
Aegram esse simulant mulierem: nostra ilico
It viscere ad eam; admisit nemo: hoc vbi senex
Resciui, heri ea causa rure aduenit huc,
Patrem continuo conuenit Philumenæ.
Quid egerint inter se nondum etiam scio:

Nisi sanè curæ est, quorsum euenturum hoc siet:
Habes omnem rem: pergam quo cœpi hoc iter.

Ph. *Et quidem ego: nam constitui cum quodam hospite,*
Me esse illum conuenturam. Par. *dij vortant bene,*
Quod agas. Phi. *vale.* Pa. *& tu bene vale.* Philotiō,

ACTVS SECVNDI, SCENA I.

Laches, Sostrata

La. PRò Deum, atque hominum fidem, quod hoc genus est, quæ coniuratio?
Vt omnes mulieres eadem, æquè studeant nolintque omnia.
Neque declinatam quidquam ab aliarum ingenio vllam reperias:
Itaq; adeò uno animo oēs socrus oderūt nurus: viris
Esse aduorsas æquè studiū est, similis est pertinacia.
In eodē oēs mihi videntur ludo doctæ ad malitiā, &
Ei ludo, si vllus ē magistrā hanc esse satis certo scio.

So. *Me miseràm, quæ, nunc, quamobrem accuser, nescio.*
La. *hem*
Tu noscis? So. *non, ita me dij bene ament mi Laches,*
Itaq; vna inter nos agere ætatem liceat, Lac. *dij mala prohibeant.*

So. *Meq; abs te immeritò esse accusatam, post modum rescisses.* La. *scio.*
Te immerito? an quidquam pro istis factis dignum te dici potest?
Quæ me et te, & familiā dedecoras filio luctū paras:
Tū aūt, ex amicis inimici vt sint nobis affines: facis:
Qui illū decrerūt dignū, suos cui liberos cōmitterent.

Tu

Tu sola exorare, quæ perturbas hæc tua impudentia.
S.*Ego ne?* L.*tu, inquam, mulier, quæ me omninò lapidē, haud hominem putas.*
An.*quia ruri esse crebrò soleo, nescire arbitramini,*
Quo quisque pacto hic uitam uestrorum exigat:
Multo melius quæ fiunt quàm illic, vbi sum assiduè, scio:
Ideo quia ut vos mihi domi eritis proīde ego ero foris,
Iāpridē equidē audiui cepisse odium cui Philumenam:
Minimeq; adeò mirum: & ni id fecisset, magis mirum foret,
Sed nō credidi adeò ut ēt totam hāc odisset domum.
Quod si scissem, illa hic maneret potius, tu hinc isses foras,
At vide, quàm immeritò ægritudo hæc oritur mihi abs te Sostrata.
Rus habitatum abij, cōcedens nobis, & rei seruiens,
Sumptus vestros, otiumq; vt nostras res posset pati,
Meo labori haud parcens. præter æquum atq; ætatem meam:
Non te pro his curasse, rebus, ne quid ægrè esset mihi?
S.*Non mea opera, neque pol culpa euenit.* L.*immò maxume.*
Sola hic fuisti; in te omnis hæret culpa sola. Sostrata
Quæ hic erāt, curares: cū ego vos solui curis cæteris.
Cum puella anum suscepisse inimicitias non pudet?
Illius dices culpa factum. S.*haud equidem dico mi Laches.*
L.*Gaudeo (ita medij ament) gnati causa: nam de te quidem:*
Satis scio, peccando detrimenti nihil fieri potest.
S.*Qui scis, an ea causa, mi vir, me odisse assimulauerit,*

Te iudice ipso, sin ea est causa retinendi apud nos,
Quia ægra est: te mihi iniuriam facere arbitror Phidippe,
Si metuis satis ut meæ domi curetur diligenter.
At ita me dij ament, haud tibi hoc concedo, & si illi pateres,
Ut tu illam saluam magis velis, quàm ego: id adeò gnati causa,
Quem ego intellexi illam haud minus, quam se ipsum magnificare.
Neque adeo me clam est, quàm esse eum grauiter laturum credam.
Hoc si resciuerit, eò domum studeo hæc prius, quam ille huc redeat.
P. *Laches & diligentiam uestram, & benignitatem*
Noui; et, que dicis omnia, esse, ut dicis, animũ induco:
Et te hoc mihi cupio credere: illam ad uos redire studeo, *(prohibet?*
Si facere possim vllo modo. L. *quæ res te facere id*
Eho, nunquidnam accusat uirum? P. *minimè; nam postquàm attendi*
Magis, & vi cœpi cogere vt rediret, sanctè adiurat.
Non posse apud uos Pamphilo se absente perdurare.
Aliud fortasse alijs vitij est; leni ego animo sum natus.
Non possum aduorsari meis. L. *hem Sostrata.* Sa. *heu me miseram*
L. *Certum ne est istuc?* P. *nunc quidem, vt uidetur: sed numquid uis?*
Nam est quod me transire ad forum iam oportet. L. *eo tecum vnà.*

Nā nos oēs, quib. alicunde aliquis obiectus est labos,
Omne: quod est intereà tempus, prius quàm id rescitum est, lucro est.

Par. *At fit citius, quite expedias his ærūnis, reperies.*
Si non redisses, hæ iræ factæ essent multo ampliores:
Sed nūc aduētū tuū ambas, Pāphile scio reuerituras
Rē cognosces: irā expedies: restitues. rursū ī gratiā.
Leuia sunt hæc, quæ tu pergrauia esse in animum induxti tuum.

Pam. *Quid consolare me? an quisquam usquam gentium est æque miser?*
Prius quàm hanc uxorem duxi, habebam alibi animum amori deditum:
Iam in hac re ut taccā, cuius facilè scitu, quam fuerim miser:
Tamen nunquam ausus sum recusare eam, quam mihi obtrudit pater,
Vix me illinc abstraxi, atque impeditum in ea expediui animum meum:
Vixq; huc contuleram, hem noua res orta est, porrò ab hac, que me abstrahat.
Tum matrem ex ea re me, aut vxorem in culpa inuenturum arbitror:
Quod cum ita esse inuenero, quid restat, nisi porrò ut fiam miser?
Nā matris ferre īiurias me, Parmeno, pietas iubet:
Tū uxori obnoxius sū. ita olim suo me īgenio pertulit;
Tot meas iniurias, quæ nunqā in vllo patefecit loco.
Sed magnū, nescio qd, necesse est euenisse, Parmeno,
Vnde ira inter eas intercessit, quę tam permāsit diu.

Pa. *Hoc quidem hercle parum est: si vis verò veram rationem exequi,*

Non

Nō maxumas, quæ maxumæ sūt interdū iræ, īiurias
Faciunt. nam sæpe est, quibus in rebus alius ne iratus quidem est,
Cum de eadē cā est iracundus factus inimicissimus.
Pueri inter sese quàm pro leuibus noxijs iras gerūt?
Quapropter? quia enim qui eos gubernat animus, infirmum gerunt.
Itidem mulieres sunt fermè, vt pueri leui sententia:
Fortasse vnum aliquod verbum hanc inter eas iras conciuerit.

Pam. *Abi Parmeno intrò, ac me venisse nuncia.* Par. *hem, quid hoc?* Pam. *tace.*
Trepidari sētio, cursari sursū prorsū? agedū ad fores
Accede propius. Par. *hem, sensistin'?* Pam. *noli fabularier.*
Prò Iuppiter, audio clamorem. Par. *tute loqueris, me uetas?*
M. *Tace obsecro mea gnata.* Pam. *matris vox uisa est Philumenæ.*
Nullus sum, Par. *quid dum?* Pam. *perij.* Par. *quam ob rem?* Pam. *nescio quod magnum malum.*
Profectò, Parmeno, me celas. Pa. *vxorē Philumenā*
Pauitare, nescio quid, dixerunt: id si fortè est, nescio
Pam. *Interij: cur mihi non dixti?* Par. *quia non poteram vna omnia.*
Pam. *Quid morbi est?* Par. *nescio.* Pa. *quid? nemo ne medicum adduxit?* Par. *nescio.*
Pam. *Cesso hinc ire intrò, vt hoc quamprimum, quidquid est certum sciam?*
Quonam modo Philumena mea nunc te offendam affectam?
Nam si periculum ullum in te est, perijsse me vnà

haud

haud dubium est.

Par. *Non usus facta est mihi nunc intrò sequi;*
Nam inuisos omneis nos esse illis sentio.
Herinemo noluit Sostratam intro admittere.
Si fortè morbus amplius factus siet,
Quod sanè nolim, maxumè heri causa mei,
Seruum ilico introijsse dicent Sostratæ;
Aliquid tulisse comminiscetur mali
Capiti, atque ætati illarum, morbus qui auctus siet:
Hera in crimen ueniet, ego in magnum malum.

ACTVS TERTII, SCENA II.

Sostrata, Parmeno, Pamphilus.

S. N*Escio quid iam dudum hic audio tumultuari mi sera:* (scat,
Male metuo, ne Philumenæ magis morbus aggraue
Quòd te, Aesculapi, et te, Salus ne qd sit huius, oro.
Nunc ad eam visam. Par. *heus Sostrata.* S. *ehem.*
Par. *iterum istinc excludere.*
S. *hem* Parmeno, *tu nè hic eras? perij, quid faciam misera?*
Non visam uxorem Pamphili, *cum in proxumo hic sit ægra?*
Par. *Non visas, nec mittas quidē uisendi quenquam.*
NAM q *amat, cui odio ipsius ē bis facere stulte duco:*
Laborem inanem ipsus capit, & illi molestiā affert.
Tū aūt filius tu⁹ introijt videre. Vt venit quid agat.
S. *Quid ais? an venit* Pamphilus? Par. *Venit.* S. *dijs gratiam habeo.*
Hem, istoc verbo animus mihi redijt, cura ex corde ex-

de excessit.

Par.*Iam ea te causa maxume huc nunc introire nolo?*
Nam si remittent quippiam Philumenæ dolores,
Omnem rem narrabit, scio, continuò sola soli.
Quæ inter vos interuenit, vnde ortum est initiũ iræ.
Atque eccum video ipsum egredi: quàm tristis est.
So.*o mi gnate.*
P.*Mea mater, salue.* S.*gaudeo venisse, saluum saluan.*
Philumena est? Pam.*meliuscula est.* S.*vtinam istuc ita dij faxint.*
Quid tu igitur lacrumas? aut quid es tam tristis?
Pam.*rectè mater.*
S.*Quid fuit tumulti? dic mihi: an dolor repentè inuasit?*
Pam.*Ita factum est.* So.*quid morbi est?* Pam.*febris.* S.*quotidiana?* Pam.*ita aiunt.*
Isódes intrò; consequar iam te, mea mater. So.*fiat.*
Pam.*Tu pueris curre Parmeno obuiam, atque his onera adiuta.*
Pa.*Quid? non sciunt ipsi viam, domum qua redeant?*
Pam.*cessas?*

ACTVS TERTII, SCENA III.
Pamphillus.

Pa.*NEqueo mearum rerum initium vllum inuenire idoneum,*
Vnde exordiar narrare, quæ nec opinanti accidunt,
Partim quæ perspexi his oculis, partim quæ accepi auribus:
Qua me prorpter exanimatum citius eduxi foras.
Nam modo me intro vt corripui timidus, alio suspicans.

Mor-

Morbo me visurum affectam, ac sensi esse uxorem bei mihi.
Postq̃ me aspexere ancillæ aduenisse, illico oẽs simul
Lætæ exclamãt, Venit: id quod me repẽte aspexerãt.
Sed continuo voltum earum sensi immutari omniũ,
Quia tã incomode illis fors obtulerat aduentũ meũ.
Forte vna illarũ interea propere præcurrit, nunciãs.
Me uenisse, ego eius videndi cupidus, rectà cõsequor.
Postea quã introij, extẽplo eius morbũ cognoui miser.
Nam neque ut celari posset, tẽpus spatiũ ullũ dabat:
Neq; voce alia, ac res monebat ipsa poterat conq̃ri.
Postquam aspexi, o facinus indignum: inquam: et corripui illico
Me ĩde lacrumãs, ĩcredibili, re, atq; atroci percitus.
Mater consequitur: iam vt limen exirem, ad genua accidit,
Lacrumans misera: miseritum est: profecto hoc sic est, vt puto,
OMNIBVS *nobis vt res dant sese, ita magis, atque humiles sumus.*
Hanc habere orationem mecum a principio instiit:
Omi Pamphile, abs te quamobrẽ hæc abierit, causam vides:
Nam vitium est oblatum virgini olim ab nescio quo improbo.
Nũc huc confugit, te atq; alios partũ vt celaret suũ.
(Sed cum oratã eius reminiscor, nequeo quin lacrumem miser:)
Quæque fors fortuna est, inquit, nobis quæ te hodie obtulit,
Per eam te obsecramus ambæ, si ius, si fas est, vti-
Aduorsa eius per te tecta, tacitaq; apud omnes siẽt:

Si vnquam erga te animo esse amico sensisti eam, mi Pamphile,
Sine labore hāc gratiam, te, vti sibi des pro illa nūc, (rogat:
Cæterum de reducenda id fac, quod in rem sit tuam:
Parturire eā, neque grauidā esse ex te solus cōscius.
Nā aiunt tecū post duobus concubuisse eā mensibus:
Tū postquā ad te venit, mēsis hic agitur iā septimus:
Qd te scire ipsa indicat res. nūc si potis est. pāphile,
Maxumè volo, doq; operam, vt clam partus eueniat patrem,
Atq; adeo omneis; sed si fieri id nō pōt, quin sētiant,
Dica abortum esse scio nemini aliter suspectum fore,
Quin ꝙ verisimile est, ex te rectè eū natum putent.
Continuo exponetur: hic tibi nihil est, quidquam in commodi; &
Illi miseræ indigne facta iniuriam contexerit.
Pollicitus sum: & seruare in eo certum est, quod dixi, fidem
Nam de reducenda, id vero neutiquam honestum eße arbitror:
Nec faciā: etsi amor me grauiter, cōsuetudoq; tenet.
Lacrumo, quę posthac futura est vita, cum in mentem venit,
Solitudoque, ò fortuna, vt nunquā perpetuo es bona.
Sed iam prior amor me ad hanc rem exercitatum reddidit,
Quem ego consilio missum feci, idem nunc operam huic dabo.
Adest parmeno cum pueris: hunc minime est opus,
In hac re adesse nam olim soli credidi,
Ea me abstinuisse in principio, cum data est:
Vereor, sic clamorem, eius hic crebro exaudiat,

Ne parturire eam intellegat: aliquo mihi est
Hinc ablegandus dum parit Philumena.

ACTVS TERTII, SCENA IIII.

Parmeno, Sosia, Pamphilus.

Par. *AIn tu tibi hoc, incommodum eueniße iter?*
So. Non *hercle Parmeno verbis dici potest*
Tantum, quam re ipsa nauigare incommodum est.
Par. *Ita ne est?* So. *o fortunate, nescis quid mali.*
Præterieris, qui nunquam es ingressus mare.
Nam alias vt omittam miseras, vnam hanc vide:
Dies triginta, aut plus eo, in naui fui,
Cum interea samper mortem expectabam miser:
Ita usque aduersa tempestate usi sumus.
Pa. *Odiosum* So. *haud clamme est denique hercle aufugerim*
Potius, quam redeam, si eo mihi redeundum sciam.
Par. *Olim quidem te causæ impellebant leues,*
Quod nunc minitare facere, vt faceres Sosia.
Sed Pamphilum ipsum uideo stare ante ostium.
Ite intro ego hunc adibo si quid me velit.
Here, etiam tu hic stas? Pam. *equidem te expecto.*
Par. *quid est.*
Pa. *In arcẽ trãscurso opus est.* Pa. *cui homini?* Pam. *tibi.*
Pa. *In arcem? quid eo?* Pam. *Callidemidem hospitem*
Myconium, qui mecum vna aduectu est, conueni.
Par. *Perij nouisse hunc dicam, si saluus domum*
Rediißet vnquam vt me ambulando rumperet.
Pa. *Quid cessas?* Par. *quid vis dicã? an conueniã modo?*
Pam. *Immo, quod constitui me hodie conuenturum eum*

Non posse. ne me frustra illic expectet: vola.

Par. *At non noui hominis faciem.* Pam. *at faciam, vt uoueri:*

Magnus, rubicundus, crispus, craßus, crassus, cesius.

Par. *Cadauerosa facies dij illum perduint.*

Quid, si nō ueniet? maneam ne vsque ad vesperum?

Pam. *Maneto: curre.* Par. *non queo: ita defessus sum.*

Pam. *Ille abijt, quid agam infelix? prorsus nescio,*

Quo pacto hoc celem, quod me orauit Myrrhina,

Suæ gnatæ partum: nam me miseret mulieris:

Quod potero faciam, tamen, vt pietatem colam:

Nam me parenti potius, quam amori obsequi

Oportet. at at eccum Phidippum, & patrem

Video: horsum pergunt quid dicā hisce, incertus sū.

ACTVS TERTII, SCENA V.

Laches, Phidippus, Pamphilus.

La. *Dixtin' dudū, dixisse illam se expectare filium?*

Ph. *Factum.* La. *venisse aiunt: redeat.* Pa. *quā causam dicam patri,*

Quamobrem non reducam, nescio. La. *quem ego hic audiui loqui?*

Pa. *Certū obfirmare est uiam me quā decreui persequi.*

La. *Ipsus est, de quo hoc agebā tecum.* P. *salue mi pater*

La. *Gnate mi, salue.* P. *bene factū te aduenisse Pāphile*

Atque adeo, quod maxumum est, saluum, atque validum. P. *creditur.*

La. *Aduenis modo?* P. *admodum.* La. *cedo, quid reliquit Phania*

Consobrinus noster? Pa. *sane hercle homo voluptati (obsequens.*

Fuit, dum vixit, et qui sic sunt, haud multū hærede

adiu-

adiuuant.

Sibi vero hanc laudē reliquit: vixit, dum uixit, bene.

La. *Tum tu igitur nihil attulisti huc plus una sētētia?*

Pam. *Quid quid id quod reliquit, ꝓfuit.* L. *immo obfuit,*

Nam illum viuum, & saluum vellem. Ph. *impune optare istuc licet.*

Ille reuiuiscet iā nunquā: & tamē, vtrū malis, scio.

L. *Heri Philumenā ad se accersi hic iussit. dic. iussisse te*

Ph. *Noli fodere. iussi.* La. *sed iam eam remittet.* Ph. *scilicet.*

Pam. *Omnem rem scio, vt sit gesta: aduęniens audiui omnia.* La. *at*

Istos inuidos dij perdant, qui hęc libenter nunciant.

Pam. *Ego me scio cauisse, ne vlla merito contumelia*

Fieri a vobis posset; idq; si nūc memorare hic velim;

Quam fideli animo, & benigno illā, & clementi fui,

Vere possim; ni te ex ipsa id magis uelim resciscere:

Nanque eo pacto maxumè apud te meo erit ingenio fides,

Cū illa, que nunc in me iniqua est, æqua de me dixerit.

Neq; culpa hoc mea euenisse dissidium, id testor Deos.

Sed quando sese esse indignam deputat matri meæ,

Cui concedat, cuius mores toleret sua modestia;

Neque alio pacto potest componi inter eas gratia.

Segreganda aut mater a me est Phidippe, aut Philumena:

Nunc me pietas matris potius cōmodū suadet sequi.

La. *Pamphile, ad aures haud inuito sermo mihi accessit tuus,*

Cum te postputasse omnes res præ parente intellego.

Verum uide, ne impulsus ira, praue insistas Pāphile.

Pam. *Quibus iris nunc in illam impulsus sim?*

Quæ nunquam quidqua erga me cōmerita est pater
Quòd nollem: & sæpe, quòd vellem, meritam scio:
Amoq; laudo, & vehementer desidero
Nam fuisse erga me miro ingenio, expertus sum:
Illiq; exopto, vt reliquam vitam exigat
Cum eo viro, me qui sit fortunatior:
Quandoquidem illam a me distrahit necessitas.
Ph. *Tibi id in manu est, ne fiat.* La. *si sanus sies,*
Iube illam redire. Pam. *non est consilium, pater:*
Matris seruibo commodis. La. *quo abis? mane,*
Mane, inquā: quo vadis? Ph. *quæ hæc ptinacia est?*
La. D*ixin' Phidippe hanc rem ægre laturum esse eum?*
Quamobrem te orabam, vt filiam remitteres.
Ph. *Non credidi ædepol adeò inhumanum fore:*
Ita nunc is sibi me supplicaturum putat?
Si est, vt velit reducere vxorem, licet:
Sin alio est animo, renumeret dotem huc: eat.
La. *Ecce autem, tu quoque proterue iracundus es.*
Ph. *Percontumax redisti huc nobis Pamphile.*
La. *Decedet iam ira hæc: etsi merito iratus est.*
Ph. *Quia paulum vobis accessit pecuniæ,*
Sublati animi sunt. La. *etiam mecum litigas?*
Ph. *Deliberet, renuncietq; hodie mihi,*
Velit ne, an non; vt alij si huic non sit, siet.
La. *Phidippe, ades, audi paucis abijt: quid mea?*
Postremo inter se transigant ipsi, vt lubet:
Quando nec gnatus, neque hic mihi quidquam obtem perant:
Quæ dico, parui pendunt porto hoc iurgium ad
Vxorem cuius fiunt consilio omnia hæc:
Atque in eā hoc omne, quod mihi egre est, euomam.

ACTVS QVARTI. SCENA I.

Myrrhina, Phidippus.

My. PEriij, quid agam? quo me vortam? quid meo respondebo viro

Misera? nam audisse vocē pueri visu'est vagientis:
Ita corripuit derepente tacitus sese ad filiam:
Quod si resciuerit peperisse, id qua causa clam habuisse me.
Dicam, non ædepol scio,
Sed ostium concrepuit: credo ipsum ad me exire: nulla sum.

P. *Vxor vbi me ad filiam ire sensit, se duxit fora.*
Atque eccam video quid agis Myrrhina? *heus, tibi dico.* M. *mihi ne,*

Mi uir? P. *vir ego tuus? tu virum me, aut hominem adeò esse deputas?*
Nam si vtrū vis horū mulier vnquā tibi uisus forē.
Nō *sic ludibrio tuis factis habitus essem.* M. *quibus?* P. *at rogas?*
Peperit filia? hem, taces? ex quo? M. *istuc rogare æquum est patrem?*
Perij, ex quo censes, nisi ex illo, cui data est nuptum, obsecro?

P. Credo: *neque adeo arbitrari patris est aliter. sed demiror,*
Quid sit, quam ob rem tantopere hunc omnes nos cælare volueris.
Partū; p̄sertim cū & rectè, & suo pepererit tēpore.
Adeo, *ne pernicaci esse animo, vt puerum præoptares perire.*

perire.
Ex quo inter nos scires posthac amicitiam fore [illegible] miorem,
Potius, quàm esset cum illo nupta aduersus animi lubidinem
Tui? ebo etiam illorum esse hanc culpam credidi, quæ te est penes.
M.*Misera sum.* P.*utinam sciam ita esse istuc. sed nunc mihi in mentem uenit,*
Ex hac re quod locuta es olim, cũ illũ generũ cepimus
Nam nuptam filiam negabas posse te pati tuam
Cũ eo, qui meretrices amaret, qui per noctaret foris.
M.*Quamuis causam hunc suspicari, quàm ipsam verã, mauolo.*
P.*Multò prius sciui, quàm tu, illum amicam habere, Myrrhina:*
Verũ id vitium ego nũquã decreui eße adolescentiæ:
Nam id omnibus innatum est at pol iam aderit, cum se quoque oderit.
Sed vt olim te ostendisti eandem esse, nihil cessasti vsque adhuc,
Vt filiam ab eo abduceres, neu, quod ego egissem, esset ratum:
Id nũc res ĩdiciũ hæc facit, quo pacto factũ volueris.
M.*Adeon' me esse peruicacem censes, cui mater siem,*
Vt eo essem animo, si ex vsu esset nostro hoc matrimonium?
P.*Tun' prospicere, aut iudicare, nostram in rem quod sit potes?*
Audisti ex aliquo fortasse, qui vidisse eum diceret
Exeuntem, aut introeuntẽ ad amicã: quid tũ postea,
Si modestè, ac rarò hoc fecit? nõ ne ea dissimulare nos
Magis

Magis humanum est, quàm dare operam id scire. qui nos oderit?
Nam si is posset ab ea sese derepente auellere,
Qui cum tot consueßet annos; non eum hominem ducerem,
Nec virum satis firmum gnatæ. M. *mitte adolescentem obsecro,*
Et quæ me peccasse ais: abi, solum solus conueni.
Roga, velit ne, an non vxorem: si est, ut dicat velle se
Redde: sin est autem, vt nolit, rectè consului meæ.
P. *Siquidem ille ipse non volt, & tu sensisti esse in eo, Myrrhina,*
Peccatū: aderam. cuius cōsilio ea par fuerat prospici.
Quam obrem incendor ira, te esse ausam hæc facere iniussu meo.
Interdico, ne extulisse extra ædes puerū vsquā uelis.
Sed ego stultior, meis dictis parere hanc qui postulē?
Ibo intrò, atque edicam seruis, ne quoquam efferri sinant.
M. *Nullā pol credo mulierem me miseriorem uiuere.*
Nam ut hic laturus hoc sit, si ipsam rem, ut siet, resciuerit,
Non ædepol clam me est: cùm hoc, quod leuius est, tā animo iracundo tulit:
Nec qua uia sententia eius mutari possit, scio.
Hoc mihi vnum ex plurimis miserijs reliquum fuerat malum,
Si puerū ut tollam, cogit, cuius qui sit nescimus pater
Nam cùm compressa est gnata, forma in tenebris nosci non quita est:
Neque detractum ei tum quidquam est, qui post possit nosci, qui siet:

 Ipse

Ipse eripui vt, in digito quem habuit, virgini abiens annulum:
Simul uereor, Pamphilus ne orata nostra nequeat diutius.
Celare, cum sciet alienum puerum tolli pro suo.

ACTVS QVARTI, SCENA II.

Sostrata, Pamphilus.

NOn clam me est, mi gnate, tibi me esse suspectã, vxorem tuam.
Propter meos mores hinc abijsset: etsi ea dissimulas, sedulò:
Verùm ita me dij ament, itaq; obtingant ex te, quæ exopto mihi ut.
Nunquam sciens commerui, meritò vt caperet odiũ illam mei:
Teq; ante quã me amare rebar, ei rei firmasti fidem.
Nam mihi intus tuus pater narrauit modò, quo pacto me habueris.
Præpositam amori tuo: nunc tibi me certum est contra gratiam.
Referre, vt apud me præmiũ esse positũ pietati scias
Mi Pamphile, & hoc & uobis, & meæ commodum famæ arbitror:
Ego rus abituram hinc cum tuo me esse certò decreui patre.
Ne mea præsentia obstet, neu cã ulla restet reliqua;
Quin tua Philumena ad te redeat. Pam. quæso, quid istuc consilij est? (gres?
Illius stultitia uicta, ex urbe tu rus habitatum mi-

Haud

*Haud facies: neque sinam, vt qui nobis mater male-
dictam velit,*
Mea pertinacia dicat esse factū, haud tua modestia.
Tū tuas amicas te, et cognatas deserere, et festos dies
*Mea causa nolo. S. nihil iam mihi istæc res volu-
ptatis ferunt:*
Dum ætatis tempus tulit, perfuncta satis sum: satias iam tenet
Studiorum istorum: hæc mihi nunc cura est maxuma, ut ne cui meæ
Longinquitas ætatis obstet, mortē vi exoptet meam.
Hic uideo me esse inuisam immeritò: tempus est concedere.
Sic optume, vt ego opinor, omnes causas precidam omnibus.
Et me hac suspectione exsoluam, & illis morem gessero.
Sine me obsecro effugere, volgus quòd male audit mulierum.
P. Quam fortunatus cæteris sum rebus, absque una hæc foret,
Hanc matrem habens talem, illam autem vxorem.
S. obsecro mi Pamphile,
Non tute incommodam rem, vt quæque est, in animum inducas pati.
Si cetera sunt ita, ut tu uis, itaque ut esse ego illam existumo,
Mi gnate, dā veniam hanc mihi, reduc illam. P. væ misero mihi.
S. Et mihi quidem: nam hæc res non minus me malè habet, quam te, gnate mi.

ACTVS QVARTI, SCENA III.

Lachos, Sostrata, Pamphilus.

L. *QVem cum istoc sermonem habueris, procul hinc stans accepi vxor.*
Istuc est sapere, qui vbicunque opus sit, animum possis flectere,
Quod faciundum fortasse sit post idem, hoc nunc si feceris.
S. *Fors polfuat*, L. *abi rus ergo hinc: ibi ego te & tu me feres.*
S. *Spero æcastor.* L. *i ergo intrò, & compone, quæ simul tecum.*
Ferantur dixi: S. *ita vt iubes, faciam.* Pam. *pater.*
L. *Quid vis Pamphile?* Pam. *abire hinc matrem? minimè* L. *quid ita istuc?* Pam. *quia*
De vxore incertus sum etiam, quid facturus siem.
L. *quid est?*
Quid uis nisi reducere? Pam. *equidem cupio, et uix contineo: sed.*
Non minuam me um consilium: ex usu quod est, id persequar.
Credo, si non reducam, ea gratia concordes magis, fore.
L. *Nescias: uerũ id tua refert nihil, utrũ illæ fecerint,*
Quãdo hæc abierit: odiosa hæc ætas est adolescẽtulis
E medio æquum excedere est: postremò iã nos fabulæ
Sumus Pamphile senex, atque anus.
Sed video Phidippum per tẽpus egredi: accedamus.

ACTVS QVARTI, SCENA IV.

Phidippus Laches, Pamphillus.

P. *Tibi quoque ædepol sum iratus, Philumena.*
Grauiter quidem: nam hercle abs te factum est turpiter:
Etsi tibi causa est de hac re. mater te impulit:
Huic vero nulla est. L. *opportunè te mihi.*
Phidippe in ipso tempore ostendis. Ph. *quid est?*
Pam. *Quid respondebo his? aut quo pacto hoc operiam?*
L. *Dic filiæ, rus concessuram hinc Sostratam:*
Ne reuereatur, minus iā quo redeat domum. Ph. *ah,*
Nullam de his rebus culpam commeruit tua:
A Myrrhina hęc sunt mea uxore exorta omnia:
Pam. *Mutatio fit.* Ph. *ea nos perturbat Laches.*
Pam. *Dum ne reducam, turbent porrò, quàm uelint.*
Ph. *Ego Pamphile esse inter nos si fieri potest,*
Affinitatem hanc sanè perpetuam uolo:
Sin est, ut aliter tua siet sententia,
Accipias puerum. Pam. *sensit peperisse, occidit.*
L. *Puerum? quem puerum.* Ph. *natus est nobis nepos:*
Nam obducta à nobis prægnans fuerat filia,
Neq; fuisse prægnantem unq̄ ante hunc sciui diem.
L. *Benè, ita mè, dij ament, nuncias, & gaudeo*
Natum illum, & tibi illam saluā: sed quid mulieris
Vxorem habes, at quibus moratam moribus?
Nos ne hoc cælatos tandiu? nequeo satis.
Quàm hoc mihi uidetur factum praue, proloqui:
Ph. *Nō tibi illud factum minus placet, q̄ mihi, Laches.*
Pam. *Etsi iandudum fuerat ambiguum hoc mihi,*

Nunc

Nunc non eſt,cum eam conſequitur alienus puer.
L. *Nulla tibi* Pamphile *hic iam conſultatio eſt.*
Pam. *Perij* L. *hunc uidere ſæpe optabamus diem,*
Cum ex te eſſet aliquis, qui te appellaret patrem:
Euenit,habeo gratiam dijs. Pam. *Nullus ſum.*
L. *Reduc uxorem,ac noli aduorſari mihi.*
Pam. *Pater,ſi illa ex me liberos uellet ſibi,*
Aut ſe eſſe mecum nuptam,ſatis certo ſcio,
Non me clam haberet quæ celaſſe intellego.
Nunc,cũ eius alienũ eſſe à me animum ſententiã,
Nec *conuenturum inter nos poſthac arbitrer,*
Quam ob rem reducam? L. *mater quod ſuaſit ſua,*
Adoleſcens mulier fecit: mirandum ne id eſt?
Cenſen te poſſe reperire ullam mulierem,
Quæ careat culpa? an quia non delinquunt uiri?
Ph. *Voſmet uidete iam Lache, & tu* Pamphile,
Remiſſam *opus ſit uobis an reductam domum:*
Vxor quid faciat,in manu non eſt mea.
Neutra *in re uobis difficultas a me erit.*
Sed quid facimus puero? L. *ridiculè rogas,*
Quid *quid futurum eſt,huic reddas ſuum,ſcilicet,*
Vt alamus noſtrum. Pam. *quem ipſa neglexit pater*
Ego alã? L. *quid dixti?eho,an nõ alemus,Pãphile?*
Prodemus;quæſo,potius,quæ hæc mentia eſt?
Enimuero prorſus iam tacere non queo.
Nam cogis ea,quæ nolo ut præſentem hoc loquar.
Ignarum cenſes tuarum lachrumarum eſſe me?
Aut,quid ſit id,quod ſollicitere ad hunc modum?
Primum hanc vbi dixti cauſam,et,propter tuam
Matrem non poſſe habere hanc vxorem domi;
Pollicita eſt ea,ſe conceſſuram ex ædibus.
Nunc,poſtquã ademptã hãc quoq; tibi cauſam vides,

Puer

Puer quia clam te est natus, nactus alteram es.
Erras, tui animi si me esse ignarum putas.
Aliquando tandem huc animum vt adiungas tuum
Quam longum spatium amandi amicam tibi dedi?
Sumptus, quos fecisti in eā quam animo æquo tuli?
Egi atque oraui tecum, vxorem vt duceres:
Tempus esse: impulsu duxisti meo.
Que tum, obsecutus mihi fecisti vt decuerat.
Nunc animum rursum ad meretricē induxti tuum
Cui tu obsecutus, facis huic adeò iniuriam:
Nam in eandem vitam te reuolutum denuo
Video esse. Pam. *me ne?* La. *teipsum: et facis iniuriā*
Cum fingis falsas causas ad discordiam,
Vt cum illa viuas, testem hanc cū abs te amoueris;
Sensitq; adeo vxor: nam ei causa alia que fuit,
Quāobrē abs te abiret? Ph. *plane hic diuinat, nā id ē.*
Pam. *Dabo iusiurandum nihil esse istorum tibi.* La. *ah*
Reduc *vxorē, aut quam obrem non opus sit, cedo.*
Pa. *Nō est nūc tps.* La. *puerum accipias, nā is quidem*
In culpa non est: post de matre videro.
Pam. *Omnibus modis miser sum: nec quid agam, scio:*
Tot nunc me rebus miserum concludit pater.
Abibo hinc, presens quando promoueo parum.
Nam puerum credo iniussu non tollent meo,
Præ*sertim in ea re cum sit mihi adiutrix socrus.*
La. *Fugis? hem, ne quid quam certi respondes mihi?*
Num tibi videtur esse apud sese? sine:
Puerum Phidippe *mihi cedo ego alā.* Ph. *maxume.*
Non mirum fecit vxor, si hoc ægre tulit:
Amaræ mulieres sunt, non facile hæc ferunt.
Propterea hec ira est, narrauit mihi:
Id ego præsente hoc tibi nolebam dicere:

Neque

Neque ei credebam primo. nunc vero palam est.
Nã omnino abhorrere animum huic video a nuptijs
La. *Quid ergo agam Phidippe? quid das consili?*
Ph. *Quid agas: meretricẽ hãc primum adeundã cẽseo:*
Oremus: accusemus grauius: denique
Minitemur, si cum illo hebuerit rem postea.
La. *Faciã, vt mones. puer ebo, curre ad Bacchidem hãc*
Vicinam nostram: huc euoca verbis meis.
Et te orro porrò, in hac re adiutor sis miei. Ph. *ah,*
Iam dudum dixi, itidemq; nunc dico Lache,
Manere affinitatem hanc inter nos volo,
Si vllo modo est, vt possit, quod spero, fore.
Sed vis ne adesse me vna, dum istam conuenis?
La. *Immo vero abi, aliquam puero nutricem para.*

ACTVS QVINTI, SCENA I.

Bacchis Laches.

Ba. NOn *hoc de nihilo est, quod Laches nunc me conuentam esse expetit:*
Nec pol me multum fallit, quin, quod suspicor, sit quod velit.
La. *Vidẽdum est, ne minus propter irã hanc impetrem, quàm, possiem:*
Aut ne quid faciam plus, quod me post minus fecisse satius sit.
Aggrediar. Bacchis, salue. Bac. *salue Laches* La. *credo ædepol te.*
Nonnihil mirari Bacchis, quid sit quapropter te huc iussi.
Foras puerum euocare.

Ba. *Ego pol quoque etiam timida sum, cũ uenit mihi in mentem, quæ sim,*

Ne nomen mihi quæstus obstet apud te. nam mores facilè tutor.

La. *Si uera dicis, nihil tibi pericli a me est: mulier: nam*

Iã ætate ea sũ, ut non siet peccato mihi ignosci æquũ:

Quo magis, oẽs res cautius, ne temere faciã, accuro.

Nam si id nunc facis factura ue es, bonas quod par est facere;

Inscitũ offerre iniuria tibi me immerenti, iniquũ est.

Ba. *est magna æcastor gratia, de hac re quam tibi habeam nam qui*

Post factã iniuriã se expurget mihi parũ prosit. sed.

Quid istuc est? La. meum receptas filium ad te Pamphilum. Ba. *ah.*

La. *Sine dicam: uxorem hanc prius quã duxit, uostrum amorem pertuli.*

Mane, non dum etiam dixi id, quod uolui. nunc hic uxorem habet,

Quere aliũ tibi, amicũ firmiorẽ, dũ cõsulẽdi tẽpus ẽ.

Nam ille neque animo hoc erit ætatem, neque pol eadem ista ætate tu.

Ba. *Quis id ait?* La. *socrus.* Ba. *mene?* La. *te ipsam; & filiam abduxit suam.*

Puerumq; ob eam rem clam uoluit qui natus est extinguere.

Ba. *Aliud si scirẽ, qui firmare meã apud uos possiẽ fidẽ Sanctius, quam iusiurandum, id pollicerer tibi Laches,*

Me segregatum habuisse uxorem ut duxit, a me Pamphilum.

La. *Lepidas es: sed scin', quod uolo potius sodes facias?* Ba. *quid uis cedo.*

La. *Eas ad mulieres huc intro atq; istuc iusiurandũ idē*
Polliceare illis: exple animum his, teq; hoc crimine
expedi.
Ba. *Faciam quod pol, si esset alia ex hoc quæstu haud fa*
ceret. scio,
Ut de tali causa nuptæ mulieri se ostenderet:
Sed falsa fama esse nolo gnatum suspectum tuum,
Nec leuiorem vobis, q b⁹ est minime æquum, uiderier
Immerito. nam meritus de me est, quod queam, illi ut
commodem.
La. *Facilē beneuolumq; lingua tua iã tibi me reddidit:*
Nam non sunt solæ arbitratæ hæ: ego quoque hoc e-
tiam credidi.
Nunc cũ ego te esse præter nostrã opinionē comperi,
Fac eadē vt sis porro: nostra utere amicitia, vt uoles.
Aliter si facias sed reprimam me, ne ægre quidquam
ex me audias.
Verùm te hoc moneo vnum, qualis sim amicus, aut
quid possiem,
Potius, q̃ inimicus, periculum facias. B. *faciã sedulo*

ACTVS QVINTI, SCENA II.
Phidippus, Laches, Bacchis.

Ph. N*Ihil apud me tibi desieri patiar, quin, quod*
opus sit,
Benigne præbeatur.
Sed cum tu satura, atque ebria eris, per vt satur sit,
facito.
La. *Noster socer, video venit puero nutricem adduxit.*
Phidippe, Bacchis deierat persanctè. Ph. *hæccine ea*
est? La. *hæc est.*

Ph.

Ph. *Nec pol istæ metuunt deos: neque hac respicere deos opinor.*
Ba. *Ancillas debo: quolibet cruciatu per me exquire,*
Licet. hæc res hic agitur, me facere Pamphilo ut vxor redeat,
Oportet, quod si perficio, non pœnitet me famæ,
Solā fecisse id, quod aliæ meretrices facere fugitant.
La. *Phidippe, nostras mulieres suspectas falsò nobis*
In re ipsa inuenim⁹ porrò hāc nūc experiamur, nā si
Compererit falso crimini tua se uxor credidisse,
Missam iram faciet: sin autem est ob eam rem iratus gnatus,
Quòd peperit uxor clàm, id leue est; citò ab eo hæc ira abscedet.
Profectò i hac re nihil mali est, qđ sit desidio dignū.
Ph. *Velim quidem hercle* La. *exquire: adest: quod satis sit faciet.* Ba. *faciam.*
Ph. *Quid isthæc mihi narras? an quia non tute ipse audisti dudum,*
De hac re animus meus vt sit Laches? illis explo modo animum.
La. *Quæso adepol Bacchis, quod mihi es pollicita, tute vt serues.*
Ba. *Ob eam rem vis vt ego introeam?* La. *i, atque exple animum his, vt credant.*
Ba. *Eo etsi scio pol his fore meum cōspectum inuisum ho(die.*
Nā nupta meretrici hostis ē a, viro vbi segregata ē.
La. *At hę amicæ erunt, vbi quamobrem adueneris, rescient.*
Easdē amicas fore tibi promitto, rem vbi cognorint.
Nam illas errore, & te simul suspectione exolues.
Ba. *Perij, pudet Philumenæ: sequimini me intrò huc ambæ.*

ambæ.

La. *Quid mihi est, quod malim, quam quod huic intellego euenire, vt.*

Gratiã ineat sine suo dispendio, & mihi vna prosit?

Nam si est, vt hæc nunc Pamphilum vere ab se segregarit.

Sit sibi nobilitatem ex eo, & rem natã, et gloriã esse;

Refertq; gratiam ei, vnaque opera nos sibi amicos iunget.

ACTVS QVINTI, SCENA III.

Parmeno, Bacchis.

Par. *AEdepol næ esse meam herus operam deputat parui pretij,*

Qui ob rẽ nulla misit. frustra vbi totũ desedi diem.

Myconium hospitẽ dum expecto in arce Calidemidẽ

Itaq; ineptus hodie dũ illic sedeo, vt quisq; veniret,

Accedebã, adolescens, dic dũ queso, tũ es Myconius?

Nõ sũ at Callidemides? nõ hospitẽ ecquẽ Pãphilum

Hic habes? omnes negabant: neque enim quenquam esse arbitror.

Deniq; hercle iam pudebat: abij: sed quid Bacchidẽ

Ab nostro affine exeuntẽ video? qd huic hic rei est?

Ba. *Parmeno, opportunè te offers, propere curre ad* Pam*bilum.*

Ph. *Quid eo?* Ba. *dic me orare, vt veniat.* Pa. *ad te?* Ba. *immo ad Philumenam:*

Pa. *Quid rei est.* B. *tua qd nihil refert percõtari desinas*

Pa. *Nihil aliud dicam?* Ba. *etiam: cognoße annulum illum Myrrhinam.*

Gnata

Gnatæ suæ fuisse, quē mihi ipsus olim dederat. P. *scio.*
Tantum ne est? B. *tantum. aderit. continuo, hæc vbi ex te audierit.*
Sed cessas; Pa. *minime quidem. nam hodie mihi potestas haud data est:*
Ita cursando, atq. ambulãdo totũ hunc cõtriui diem.
Ba. *Quãtũ obtuli aduẽtu meo lætitiam Pãphilo hodie?*
Quot cõmodas res attuli? quot autem ademi curas?
Gnatũ ei restituo q pæne harũ ipsiusq; opera perijt:
Vxorem, quam nunquam est ratus post hac se habiturum, reddo;
Qua re suspectus suo patri, & Phidippo fuit, exolui.
Hic adeo his rebus annulus fuit initium inueniũdis.
Nam memini, ab hinc menses decem ferè ad me nocte prima.
Confugere anhelantẽ domũ sine comite, vini plenum
Cum hoc annulo: extimui ilico: mi Pamphile, inquã amabo,
Quid exanimatus es obsecro? aut vnde annulum istũ nactus?
Dic mihi. ille alias res agere se simulare. postquam id video:
Nescio qd suspicarier magis cœpi instare, vt dicat.
Homo se fatetur vi in via nescio quam compressisse:
Dicitque sese illi annulum, dum luctat, detraxisse:
Eum cognouit Myrrhina *in digito modò me habẽtẽ:*
Rogat vnde sit: narro omnia hæc: inde est cognitio facta,
Philũenã esse cõpressã ab eo, & filiũ inde hunc natũ.
Hæc tot propter me gaudia illi contigisse lætor:
Etsi hoc meretrices aliæ nolunt: neque enim est in rẽ nostram,

Vt quisquam amator nuptijs lætetur: verum æcastor,
Nunq aĩum quæsti gratia ad malas adducã partes.
Ego dum illo licitum est vsa sum benigno, & lepido, & comi.
Incommodè mihi nuptijs euenit: factum fateor.
At pol me fecisse arbitror, ne id merito mihi euẽiret
Multa ex quo fuerint commoda, eius incommoda æquum est ferre.

ACTVS QVINTI, SCENA IV.

Pamphilus, Parmeno, Bacchis.

Pam. *VIDE mi Parmeno etiam sodes, vt mihi hęc certa, & clara attuleris:*
Ne me in breue hoc cõnijcias tempus, gaudio hoc falso frui.
Par. *Visum est,* Pam. *certo ne?* Par. *certè.* Pam. *Deus sum, si hoc ita est.* Par. *verum reperies.*
Pam. *Manedum sodes, timeo ne aliud esse credam, atq; aliud nunties.*
Pa. *Maneo.* P. *sic te dixisse opinor, ĩuenisse Myrrhinã*
Suum annulum habere Bacchidem. Par. *factum.* Pa. *eum, quem ego olim ei dedi:*
Eaq; hoc te nuntiare mihi iussit: ita ne factum? Par. *ita inquam.*
Pam. *Quis me est fortunatior? venustatisq; adeo plenior? egon'*
Pro hoc nuntio quid donem? quid? quid? nescio. Par. *at ego scio.* Pam. *quid.*
Par. *Nihil: nam neque etiam in nuntio, neque in me ipso quid sit boni,*

Scio.

u'a ciarone

Stio. Pam? Egone, qui ab Orco mortuum me reducem in lucem feceris,

Sinam sine munere a me abire? ah nimium me ingratum putas.

Sed Bacchidem eccam video stare ante ostium:

Me expectat credo: adibo. B. salue Pamphile.

Pam. O Bacchis, o mea Bacchis, seruatrix mea.

B. Bene factũ, & volupe est. Pa. factis, vt credam, facis

Antiquamq; adeò tuam venustatem obtines,

Vt voluptati obitus, sermo, aduentus tuus, quocunque adueneris,

Semper siet. B. at tu ecastor morem antiquum, atque ingenium obtines:

Vt vnus hominũ homo te viuat nũquã q̃squã blãdior.

Pam. Ha, ha, hæ, tu ne mihi istuc? B. rectè amasti, Pamphile, vxorem tuam.

Nam nunquàm ante hunc diem meis oculis eam, quod nossem, videram:

Perliberalis visa est Pam. dic verum. Ba. ita me dij ament Pamphile.

Pam. Dic mihi, harum rerum nunquid dixti iam patri? B. nihil. Pam. neque opus est

Adeo mutito: placet hoc nõ fieri itidẽ, vt ĩ comœdijs

Omnia ubi omnes rescisunt: hic, quos par fuerat resiscere,

Sciunt; quos non autem scire æquum est, neque resciscunt, neque scient.

B. Imò etiã, hoc qui occultari posse facilius credas dabo:

Myrrhina ita Phidippo dixit, iureiurando se meo

Fidem habuisse, & propterea te sibi purgatum.

Pam. est optume:

Speroq; rem hanc esse euenturam nobis ex sententia.

Par. *Here, licet me scire ex te, hodie qu id sit quid feci boni?*
Aut quid istuc est, quod vos agitis? Pam. *non licet.* Par. *tamen suspicor.*
Ego ne ab Orco hunc mortuum? quo pacto? Pam. *ne scis Parmeno,*
Quantum hodie profueris mihi, & ex quanta æruna extraxeris.
Par. *Imò verò scio, neque hoc imprudens feci* Pam. *ego istuc satis scio.* Par. *an.*
Temere quidquam Parmenonem prætereat, quod facto vsus sit?
Pam. *Sequere me intrò Parmeno.* Par. *sequor; equidem plus hodie boni*
Feci prudēs, quàm sciens ante hunc diem unquam *Plaudite*
Calliopius recensuit.

FINIS.

M. ANTONII MVRETI

ARGVMENTORVM

ET SCOLIORVM.

IN TERENTIVM LIBER.

IN VITAM TERENTII.



VM Africani vocem Diuinam) *Antea legebatur voce diuina. ego hanc latini sermonis consuetudinem pati non puto: neque enim, aliqua re, sed aliquam rem inhiare dicimus.* Plautus,

--Inhiat aurum, vt deuoret. itaque ratus sum, sine periculo posse mutari. Sic paullo infra, cum in omnibus libris legeretur, --Abijt in Græciam in terram vltimam: ausus sum prius illud, in, expungere; quod & versum corrumpebat, & orationis, vt ego quidem arbitror, puritatem. terram enim Græciam. & terra Italiam, & similia ueteres sæpe dicebant.

Iussus ante Cæcilio recitare.) *pro Cerio, quod nomen nihili est, & tamen hoc loco in omnes libros irrepserat, Cæcilium reposui, fretus auctoritate Eusebij, qui hoc ipsum, quo de hic agitur, narrat in Chronicis. Cæcilium autem poetam comicum accipio.*

Consularibus ludis) *consularium ludorum nulla alibi, quod sciam, mentio Consualibus, non, consularibus, legendum forte sit. sunt autem Consuales ludi ijdem cum Circensibus. siue Romanis.*

Iliadem instat tragœdiæ, Odysseam ad imagi-

nem comœdiæ) *Aliter sentit Aristoteles ; cuius auctoritate facile huius gramatici opinio præponderatur. eius verba sunt* ἐν τῷ περὶ ποιητικῆς. ὥσπερ δὲ καὶ τὰ σπουδαῖα μάλιστα ποιητικῆς Ὅμηρος ἦν, μόνος γὰρ, οὐχ ὅτι εὖ ἀλλ᾽ ὅτι καὶ μιμήσεις δραματικὰς ἐποίησεν οὕτω καὶ τῆς κωμῳδίας σχήματα πρῶτος ὑπέδειξεν, οὐ ψόγον ἀλλὰ τὸ γελοῖον δραματοποιήσας· ὁ γὰρ μαργείτης ἀνάλογον ἔχει ὥσπερ ἰλιὰς καὶ. Ὀδυσσεία πρὸς τὰς τραγῳδίας οὕτω καὶ οὗτος πρὸς τὰς κωμῳδίας.

Nequisquam in alterum carmen infame proponeret , lege lata, siluere.) *In alijs lata lege sanxerunt, inepte. hoc enim significat : siluisse poetas, idest, desijsse, ciues nominatim proscindere. cum lex illa lata esset. atque hoc ipsum est quod ait Flaccus, —lex est accepta, chorusque.*
Turpiter obticuit, sublato iure nocendi.

Prorsæ orationis) *Prosam orationem qui dicunt, facere imperite puto. prorsum antiqui rectum uocabant: unde prorsi limites apud* Festum,*eoq. uocabulo in hunc sensum reperio usum Senecam in his uersibus ex Troade,*

Et qui renatum prorsus adspiciens diem,
Tepidum rubenti Tigrin admiscent freto.

Sed & prorsam vocabant deam, quæ rectos fœtus educeret : de qua locum hunc A. Gelij lib. XVI. *ita scriptum in ueteribus libris uidere memini : Huius periculi deprecandi gratia aræ statutæ sunt Romæ duabus* C*armentibus, quarum altera Postuerta nominata est Prorsa altera ; a recti, peruersiq. partus & potestate & nomine.* N*unc autem ibi quoque corrupte, legitur,* P*rosa quia igitur, Prorsum, vt dixi, rectum est, idcirco solutam orationem prorsam, nominarunt:*

narunt: quòd essent in ea voces recto fere ordine. et, vt naturæ ferret impetus collocatæ. cōtraq. versum dixerunt, in quo esset orationis genus, ut Cicero *loquitur, versum, atque mutatum*

Latinæ fabulæ primo a Liuio Andronico scriptæ sunt ad cunctas res, etiam cum recentius idem poeta, & actor fabularum suarum fuisset) *in alijs libris, cum etiam tum recentius idem et poeta &c. locus aperte corruptus est: quem equidem ita legendum censeo? Latinæ fabulæ primo a Liuio Andronico scriptæ sunt; cum etiam tum ad cuncta recentibus, idem, & poeta, & actor fabularum suarum fuisset: vt hoc significet, ideo eundem et poetam, & actorem fuisse, quòd* Romani *etiam tum ad eiusmodi omnia rudes essent. vide* Liuium *lib. VII.*

Nam ludorum quattuor sunt species) *Difficile dictu est, hoc loco, non multis in verbis quam multa peccata sint primum, quattuor tantum ludorum genera, siue, vt iste nescio quis loquitur, species. vbi igitur florales? vbi* Romani? *ne cæteros persequendo sim longior. deinde Apollinares ludos numerat inter eos, qui ad curam ędilium curulium pertinerent. falso. exstant apud Liuium: & Macrobium carmina Marcij uatis, quæ eos ad prætoris vrbani curam pertinuisse demonstrant.* Apollini *censeo uonendos ludos, qui quotannis communiter Apollini fiant. ijs ludis faciendis præsit is prætor, qui ius populo plebique dabit summum. Idem confirmat M. Tullius oratione decima in Antonium; vbi, de Bruto loquēs, Qui, inquit, cum prætor vrbanus esset, vrbe caruit, ius non dixit, cum omne ius populi R. recuperaßet. & paullo infra: Qui ne Apollinares quidem ludos,*

 pro

ACTVS QVARTI, SCENA III.

Lachos, Sostrata, Pamphilus,

L. *QVem cum istoc sermonem habueris, procul hinc stans accepi vxor.*
Istuc est sapere, qui vbicunque opus sit, animum possis flectere,
Quod faciundum fortasse sit post idem, hoc nunc si feceris.
S. *Fors polfuat*, L. *abi rus ergo hinc: ibi ego te & tu me feres.*
S. *Spero ecastor.* L. *i ergo intrò, & compone, quæ simul tecum.*
Ferantur dixi. S. *ita vt iubes, faciam.* Pam. *pater.*
L. *Quid vis* Pamphile? Pam. *abire hinc matrem? minimè* L. *quid ita istuc?* Pam. *quia*
De vxore incertus sum etiam, quid facturus siem.
L. *quid est?*
Quid uis nisi reducere? Pam. *equidem cupio, et uix contineo: sed.*
Non minuam meum consilium: ex usu quod est, id persequar.
Credo, si non reducam, ea gratia concordes magis, fore.
L. *Nescias: uerũ id tua refert nihil, utrũ ille fecerint,*
Quãdo hæc abierit: odiosa hæc ætas est adolescẽtulis
E medio æquum excedere est: postremò iã nos fabulæ
Sumus Pamphile senex, atque anus.
Sed video Phidippum per tẽpus egredi: accedamus.

ACTVS QVARTI, SCENA IV.

Phidippus Laches, Pamphillus.

P. *Tibi quoque ædepol sum iratus, Philumena.*
Grauiter quidem: nam hercle abs te factum est turpiter:
Et si tibi causa est de hac re. mater te impulit:
Huic vero nulla est. L. *opportunè te mihi.*
Phidippe in ipso tempore ostendis. Ph. *quid est?*
Pam. *Quid respondebo his? aut quo pacto hoc operiam?*
L. Dic *filiæ, tus concessuram hinc Sostratam:*
Ne *reuereatur, minus iã quo redeat domum.* Ph. *ah,*
Nullam de his rebus culpam commeruit tua:
A Myrrhina *hęc sunt mea uxore exorta omnia:*
Pam. M*utatio fit.* Ph. *ea nos perturbat Laches.*
Pam. *Dum ne reducam, turbent porrò, quàm uelint.*
Ph. *Ego Pamphile esse inter nos si fieri potest,*
Affinitatem hanc sanè perpetuam uolo:
Sin est, ut aliter tua siet sententia,
Accipias puerum. Pam. *sensit peperisse, occidit*
L. *Puerum? quem puerum.* Ph. *natus est nobis nepos:*
Nam obducta à nobis prægnans fuerat filia,
Neq; *fuisse prægnantem unq̃ante hunc sciui diem.*
L. *Bene, ita me, dij ament, nuncias & gaudeo*
Natum illum, & tibi illam saluã: sed quid mulieris
Vxorem habes, at quibus moratam moribus?
Nos ne hoc cælatos tandiu? nequeo satis.
Quàm hoc mihi uidetur factum praue, proloqui:
Ph. *Nõ tibi illud. factum minus placet, q̃ mihi, Laches.*
Pam. *Etsi iandudum fuerat ambiguum hoc mihi,*

Nunc

Nunc non est, cum eam consequitur alienus puer.
L. Nulla tibi Pamphile hic iam consultatio est.
Pam. Perij L. hunc uidere saepe optabamus diem,
Cum ex te esset aliquis, qui te appellaret patrem:
Euenit, habeo gratiam dijs. Pam. Nullus sum.
L. Reduc uxorem, ac noli aduorsari mihi.
Pam. Pater, si illa ex me liberos uellet sibi,
Aut se esse mecum nuptam, satis certo scio,
Non me clam haberet quae celasse intellego.
Nunc, cũ eius alienũ esse à me animum sententiã,
Nec conuenturum inter nos post hac arbitrer,
Quam ob rem reducam? L. mater quod suasit sua,
Adolescens mulier fecit; mirandum ne id est?
Censen' te posse reperire ullam mulierem,
Quae careat culpa? an quia non delinquunt uiri?
Ph. Vosmet uidete iam Lache, & tu Pamphile,
Remissam opus sit nobis an reductam domum:
Vxor quid faciat, in manu non est mea.
Neutra in re uobis difficultas a me erit.
Sed quid facimus puero? L. ridicule rogas,
Quid quid futurum est, huic reddas suum. scilicet,
Vt alamus nostrum. Pam. quem ipsa neglexit pater
Ego alã? L. quid dixti? eho, an nõ alemus, Pãphile?
Prodemus, quaeso, potius, quae haec mentia est?
Enimuero prorsus iam tacere non queo.
Nam cogis ea, quae nolo ut presentem hoc loquar.
Ignarum censes tuarum lachrumarum esse me?
Aut, quid sit id, quod sollicitere ad hunc modum?
Primum hanc ubi dixti causam, et, propter tuam
Matrem non posse habere hanc uxorem domi;
Pollicita est ea, se concessuram ex aedibus.
Nunc, postquã ademptã hãc quoq; tibi causam uides;

Puer

Puer quia clam te est natus, nactus alteram es.
Erras, tui animi si me esse ignarum putas.
Aliquando tandem huc animum vt adiungas tuum
Quam longum spatium amandi amicam tibi dedi?
Sumptus, quos fecisti in eã quam animo aequo tuli?
Egi atque oraui tecum, vxorem vt duceres:
Tempus esse: impulsu duxisti meo.
Que tum, obsecutus mihi fecisti vt decuerat.
Nunc animum rursum ad meretricẽ induxti tuum
Cui tu obsecutus, facis huic adeò iniuriam:
Nam in eandem vitam te reuolutum denuo
Video esse. Pam. *me ne?* La. *teipsum: et facis iniuriã*
Cum fingis falsas causas ad discordiam,
Vt cum illa viuas, testem hanc cũ abs te amoueris:
Sensitq; adeo vxor: nam ei causa alia que fuit,
Quãobrẽ abs te abiret? Ph. *plane hic diuinat. nã id ẽ.*
Pam. *Dabo iusiurandum nihil esse istorum tibi.* La. *ah*
Reduc *vxorẽ, aut quam obrem non opus sit. cedo.*
Pa. *Nõ est nũc tps.* La. *puerum accipias. nã is quidem*
In culpa non est: post de matre videro.
Pam. *Omnibus modis miser sum: nec quid agam, scio:*
Tot nunc me rebus miserum concludit pater.
Abibo hinc, presens quando promoueo parum.
Nam puerum credo iniussu non tollent meo,
Praesertim in ea re cum sit mihi adiutrix socrus.
La. *Fugis? hem, ne quid quam certi respondes mihi?*
Num tibi videtur esse apud sese? sine:
Puerum Phidippe *mihi cedo ego alã.* Ph. *maxume.*
Non mirum fecit vxor, si hoc aegre tulit:
Amarae mulieres sunt, non facile haec ferunt.
Propterea hec ira est. narrauit mihi:
Id ego praesente hoc tibi nolebam dicere:

Neque

Neque ei credebam primo: nunc vero palam est.
Nã omnino abhorrere animum huic video a nuptijs
La. *Quid ergo agam Phidippe? quid das consili?*
Ph. *Quid agas: meretricẽ hãc primum adeundã cẽseo:*
Oremus: accusemus grauius: denique
Minitemur, si cum illo habuerit rem postea.
La. *Faciã, vt mones. puer eho, curre ad Bacchidem hãc*
Vicinam nostram: huc euoca verbis meis.
Et te oro porrò, in hac re adiutor sis mihi. Ph. *ah,*
Iam dudum dixi, itidemq; nunc dico Lache,
Manere affinitatem hanc inter nos volo,
Si vllo modo est, vt possit, quod spero, fore.
Sed vis ne adesse me vna, dum istam conuenis?
La. *Immo vero abi, aliquam puero nutricem para.*

ACTVS QVINTI, SCENA I.

Bacchis Laches.

Ba. N*On hoc de nihilo est, quod Laches nunc me conuentam esse expetit:*
Nec pol me multum fallit, quin, quod suspicor, sit quod velit.
La. *Vidẽdum est, ne minus propter irã hanc impetrem, quam, possiem:*
Aut ne quid faciam plus, quod me post minus fecisse satius sit.
Aggrediar. Bacchis, salue. Bac. salue Laches La. *credo ædepol te*
Nonnihil mirari Bacchis, quid sit quapropter te huc iussi.
Foras puerum euocare.

Ba. *Ego pol quoque etiam timida sum, cũ uenit mihi in mentem, quæ sim,*
Ne nomen mihi quæstus obstet apud te. nam mores facilè tutor.
La. *Si uera dicis, nihil tibi pericli a me est: mulier: nam*
Iã ætate ea sũ, ut non fiet peccato mihi ignosci æquũ:
Quo magis, oẽs res cautius, ne temere faciã, accuro.
Nam si id nunc facis factura ue es, bonas quod par est facere;
Inscitũ offerre iniuria tibi me immerenti, iniquũ est.
Ba. *est magna ecastor gratia, de hac re quam tibi habeam nam qui*
Post factã iniuriã se expurget mihi parũ prosit. sed.
Quid istuc est? La. *meum receptas filium ad te Pamphilum.* Ba. *ah.*
La. *Sine dicam. uxorem hanc prius quã duxit, uostrum amorem pertuli.*
Mane, non dum etiam dixi id, quod uolui. nunc hic uxorem habet,
Quere aliũ tibi, amicũ firmiorẽ, dũ cõsulẽdi tẽpus ẽ.
Nam ille neque animo hoc erit ætatem, neque pol eadem ista ætate tu.
Ba. *Quis id ait?* La. *socrus.* Ba. *mene?* La. *te ipsam; & filiam abduxit suam.*
Puerumq; ob eam rem clam uoluit qui natus est extinguere.
Ba. *Aliud si scirẽ, qui firmare meã apud uos possiẽ fidẽ*
Sanctius, quam iusirandum, id pollicerer tibi Laches,
Me segregatum habuisse vxorem ut duxit, a me Pamphilum.
La. *Lepidas es. sed scin', quod uolo potius sodes facias?*
Ba. *quid uis cedo.*

La.

La. *Eas ad mulieres huc intro atq; istuc iusiurandũ idẽ*
Polliceare illis: exple animum his, teq; hoc crimine expedi.
Ba. *Faciam quod pol, si esset alia ex hoc quæstu haud faceret. scio,*
Vt de tali causa nuptæ mulieri se ostenderet:
Sed falsa fama esse nolo gnatum suspectum tuum,
Nec leuiorem vobis, qb9 est minime æquum, uiderier
Immerito. nam meritus de me est, quod queam, illi ut commodem.
La. *Facilẽ beneuolumq; lingua tua iã tibi me reddidit:*
Nam non sunt solæ arbitratæ hæ: ego quoque hoc etiam credidi.
Nunc cũ ego te esse præter nostrã opinionẽ comperi,
Fac eadẽ vt sis porro: nostra utere amicitia, vt uoles.
Aliter si facias sed reprimam me, ne ægre quidquam ex me audias.
Verùm te hoc moneo vnum, qualis sim amicus, aut quid possiem,
Potius, q̃ inimicus, periculum facias. B. *faciã sedulo*

ACTVS QVINTI, SCENA II.

Phidippus, Laches, Bacchis.

Ph. *Nihil apud me tibi defieri patiar, quin, quod opus sit,*
Benigne præbeatur.
Sed cum tu satura, atque ebria eris, per vt satur sit, facito.
La. *Noster socer, video venit puero nutricem adduxit.*
Phidippe, Bacchis deierat persanctè. Ph. *hæccine ea est?* La. *hæc est.*

Ph.

Ph. *Nec pol istæ metuunt deos: neque hac respicere deos opinor.*

Ba. *Ancillas debo: quolibet cruciatu per me exquire,*
Licet. hæc res hic agitur; me facere Pamphilo ut vxor redeat,
Oportet, quod si perficio, non pœnitet me famæ,
Solā fecisse id, quod alię meretrices facere fugitant.

La. *Phidippe, nostras mulieres suspectas falsò nobis*
In re ipsa inuenim⁹ porrò hāc nūc experiamur, nā si
Compererit falso crimini tua se uxor credidisse,
Missam iram faciet; sin autem est ob eam rem iratus gnatus,
Quòd peperit uxor clàm, id leue est; citò ab eo hæc ira abscedet.
Profectò ī hac re nihil mali est, qđ sit desidio dignū.

Ph. *Velim quidem hercle* La. *exquire: adest: quod satis sit faciet.* Ba. *faciam.*

Ph. *Quid isthæc mihi narras? an quia non tute ipse audisti dudum,*
De hac re animus meus vt sit Laches? illis explo modo animum.

La. *Quæso adepol Bacchis, quod mihi es pollicita, tute vt serues.*

Ba. *Ob eam rem vis vt ego introeam?* La. *i, atque exple animum his, vt credant.* (die.

Ba. *Eo etsi scio pol his fore meum cōspectum inuisum ho*
Nā nupta meretrici hostis ē a, viro vbi segregata ē.

La. *At hę amicæ erunt, vbi quamobrem adueneris, rescient.*
Easdē amicas fore tibi promitto, rem vbi cognorint.
Nam illas errore, & te simul suspectione exolues.

Ba. *Perij, pudet Philumenæ: sequimini me intrò huc ambæ.*

Gnatæ suæ fuisse, quē mihi ipsus olim dederat. P.*scio.*
Tantum ne est? B.*tantum. aderit. continuo, hæc vbi ex te audierit.*
Sed cessas; Pa.*minime quidem. nam hodie mihi potestas haud data est:*
Ita cursando, atq. ambulãdo totũ hunc cõtriui diem.
Ba.*Quãtũ obtuli aduētu meo lætitiam Pãphilo hodiæ?*
Quot cõmodas res attuli? quot autem ademi curas?
Gnatũ ei restituo q pæne harũ ipsiusq; opera perijt:
Vxorem, quam nunquam est ratus post hac se habiturum, reddo;
Qua re suspectus suo patri, & Phidippo fuit, exolui.
Hic adeo his rebus annulus fuit initium inueniũdis.
Nam memini, ab hinc menses decem ferè ad me nocte prima.
Confugere anhelantē domũ sine comite, vini plenum
Cum hoc annulo: extimui ilico: mi Pamphile, inquã amabo,
Quid exanimatus es obsecro? aut vnde annulum istũ nactus?
Dic mihi. ille alias res agere se simulare. postquam id video:
Nescio q d suspicarier magis cœpi instare, vt dicat.
Homo se fatetur vi in via nescio quam compressiße:
Dicitque sese illi annulum, dum luctat, detraxiße:
Eum cognouit Myrrhina in digito modò me habētē:
Rogat vnde sit: narro omnia hæc: inde est cognitio facta,
Philũenã esse cõpressã ab eo, & filiũ inde hunc natũ.
Hæc tot propter me gaudia illi contigisse lætor:
Etsi hoc meretrices aliæ nolunt: neque enim est in rē nostram,

Vt quisquam amator nuptijs lætetur: verum æcastor,
Nunq aīum quæsti gratia ad malas adducā partes.
Ego dum illo licitum est vsa sum benigno, & lepido, & comi.
Incommodè mihi nuptijs euenit: factum fateor.
At pol me fecisse arbitror, ne id merito mihi euēiret
Multa ex quo fuerint commoda, eius incommoda æquum est ferre.

ACTVS QVINTI, SCENA IV.

Pamphilus, Parmeno, Bacchis.

Pam. *VIDE mi Parmeno etiam sodes, vt mihi hęc certa, & clara attuleris:*
Ne me in breue hoc cōnijcias tempus, gaudio hoc falso frui.
Par. *Visum est*, Pam. *certa ne?* Par. *certè*. Pam. *Deus sum, si hoc ita est*. Par. *verum reperies*.
Pam. Manedum *sodes, timeo ne aliud esse credam, atq; aliud nunties*.
Pa. *Maneo*. P. *sic te dixisse opinor, īuenisse Myrrhinā Suum annulum habere Bacchidem*. Par. *factum*. Pa. *eum, quem ego olim ei dedi:*
Eaq; hoc te nuntiare mihi iussit: ita ne factum? Par. *ita inquam*.
Pam. *Quis me est fortunatior? venustatisq; adeo plenior? egon'*
Pro hoc nuntio quid donem? quid? quid? nescio. Par. *at ego scio*. Pam. *quid*.
Par. *Nihil: nam neque etiam in nuntio, neque in me ipso quid sit boni,*

Scio.

u'acciarone

Stio. Pam? Egone, qui ab Orco mortuum me reducem in lucem feceris,
Sinam sine munere a me abire? ab nimium me ingratum putas.
Sed Bacchidem eccam video stare ante ostium:
Me expectat credo: adibo. B. salue Pamphile.
Pam. O Bacchis, o mea Bacchis, seruatrix mea.
B. Benefactũ, & volupe est. Pa. factis, vt credam, facis
Antiquamq; adeò tuam venustatem obtines,
Ut voluptati obitus, sermo, aduentus tuus, quocunque adueneris,
Semper siet. B. at tu ecastor morem antiquum, atque ingenium obtines:
Ut vnus hominũ homo te viuat nũquã quisquã blãdior.
Pam. Ha, ha, hæ, tu ne mihi istuc? B. rectè amasti, Pamphile, vxorem tuam.
Nam nunquàm ante hunc diem meis oculis eam, quod nossem, videram:
Perliberalis visa est Pam. dic verum. Ba. ita me dij ament Pamphile.
Pam. Dic mihi, harum rerum nunquid dixti iam patri? B. nihil. Pam. neque opus est
Adeo mutito: placet hoc nõ fieri itidẽ, vt ĩ comœdijs
Omnia ubi omnes rescisunt: hic, quos par fuerat resciscere,
Sciunt; quos non autem scire æquum est, neque resciscunt, neque scient.
B Imò etiã, hoc qui occultari posse facilius credas dabo:
Myrrhina ita Phidippo dixit, iureiurando se meo
Fidem habuisse, & propterea te sibi purgatum.
Pam. est optume:
Speroq; rem hanc esse eventuram nobis ex sententia.

Par. *Here, licet me ſcire ex te, hodie qu id ſit quid feci boni?*

Aut quid iſtuc eſt, quod vos agitis? Pam. *non licet.* Par. *tamen ſuſpicor.*

Ego ne ab Orco hunc mortuum? quo pacto? Pam. *ne ſcis Parmeno,*

Quantum hodie profueris mihi, & ex quanta ærumna extraxeris.

Par. *Imò verò ſcio, neque hoc imprudens feci* Pam. *ego iſtuc ſatis ſcio.* Par. *an.*

Temere quidquam Parmenonem prætereat, quod facto vſus ſit?

Pam. *Sequere me intrò Parmeno.* Par. *ſequor; equidem plus hodie boni*

Feci imprudẽs quàm ſciens ante hunc diem unquam Plaudite

Calliopius recenſuit.

FINIS.

M. ANTONII MVRETI

ARGVMENTORVM

ET SCOLIORVM.

IN TERENTIVM LIBER.

IN VITAM TERENTII.



VM Africani vocem Diuinam) *Antea legebatur voce diuina. ego hanc latini sermonis consuetudinem pati non puto: neque enim, aliqua re, sed aliquam rem inhiare dicimus.* Plautus,

--Inhiat aurum, vt deuoret. itaque ratus sum, sine periculo posse mutari. Sic paullo infra, cum in omnibus libris legeretur, --Abijt in Græciam in terram vltimam: ausus sum prius illud, in, expungere; quod & versum corrumpebat, & orationis, vt ego quidem arbitror, puritatem. terram enim Græciam. & terra Italiam, *& similia ueteres sæpe dicebant.*

Iussus ante Cæcilio recitare.) *pro Cerio, quod nomen nihili est, & tamen hoc loco in omnes libros irrepserat, Cæcilium reposui, fretus auctoritate Eusebij, qui hoc ipsum, quo de hic agitur, narrat in* Chronicis. *Cæcilium autem poetam comicum accipio.*

Consularibus ludis) *consularium ludorum nulla alibi, quod sciam, mentio Consualibus, non, consularibus, legendum forte sit. sunt autem Consuales ludi ijdem cum Circensibus siue Romanis.*

Iliadem instat tragœdiæ, Odysseam ad imagi-

nem comœdiæ) *Aliter sentit Aristoteles; cuius auctoritate facile huius gramatici opinio præponderatur. eius verba sunt* ἐν τῷ περὶ ποιητικῆς. ὥσπερ δὲ καὶ τὰ σπουδαῖα μάλιστα ποιητικῆς Ὅμηρος ἦν (μόνος γὰρ, οὐχ ὅτι εὖ ἀλλ' ὅτι καὶ μιμήσεις δραματικὰς ἐποίησεν οὕτω καὶ τῆς λομῳδίας σχήματα πρῶτος ὑπέδειξεν, οὐ ψόγον, ἀλλὰ τὸ γελοῖον δραματοποιήσας· ὁ γὰρ μαργείτης ἀνάλογον ἔχει. ὥσπερ Ἰλιὰς καὶ. Ὁ δυσσεία πρὸς τὰς τραγῳδίας οὕτω καὶ οὗτος πρὸς τὰς κωμῳδίας.

Nequisquam in alterum carmen infamé proponeret, lege lata, siluere.) *In alijs lata lege sanxerunt, inepte. hoc enim significat: siluisse poetas, idest, desijsse, ciues nominatim proscindere. cum lex illa lata esset. atque hoc ipsum est quod ait* Flaccus, *-lex est accepta, chorusque.*

Turpiter obticuit, sublato iure nocendi.

Prorsæ orationis) *Prosam orationem qui dicunt, facere imperite puto. prorsum antiqui rectum uocabant: unde prorsi limites apud* Festum, *eoq. uocabulo in hunc sensum reperio usum Senecam in his uersibus ex Troade,*

Et qui renatum prorsus adspiciens diem,
Tepidum rubenti Tigrin admiscent freto.

Sed & prorsam vocabant deam, quæ rectos fœtus educeret: de qua locum hunc A. Gelij lib. XVI. *ita scriptum in ueteribus libris uidere memini: Huius periculi deprecandi gratia aræ statutæ sunt Romæ duabus Carmentibus, quarum altera* Postuerta *nominata est Prorsa altera; a recti, peruersiq. partus & potestate & nomine. Nunc autem ibi quoque corrupte, legitur,* Prosa *quia igitur, Prorsum, vt dixi, rectum est, idcirco solutam orationem prorsam, nominarunt:*

narunt: quòd essent in ea veces recto fere ordine. et, vt naturæ ferret impetus collocatæ. cōtraq. versum dixerunt, in quo esset orationis genus, ut Cicero *loquitur, versum, atque mutatum*

Latinæ fabulæ primo a Liuio Andronico scriptæ sunt ad cunctas res, etiam cum recentius idem poeta, & actor fabularum suarum fuisset) *in alijs libris, cum etiam tum recentius idem et poeta &c. locus aperte corruptus est : quem equidem ita legendum censeo ? Latinæ fabulæ primo a Liuio Andronico scriptæ sunt; cum etiam tum ad cuncta recentibus, idem, & poeta, & actor fabularum suarum fuisset: vt hoc significet, ideo eundem et poetam, & actorem fuisse, quòd* Romani *etiam tum ad eiusmodi omnia rudes essent. vide* Liuium *lib. VII.*

Nam ludorum quattuor sunt species) *Difficile dictu est, hoc loco, non multis in verbis quam multa peccata sint primum, quattuor tantum ludorum genera, siue, vt iste nescio quis loquitur, species. vbi igitur florales? vbi* Romani*? ne cæteros persequendo sim longior. deinde Apollinares ludos numerat inter eos, qui ad curam ędilium curulium pertinerent. falso. exstant apud* Liuium*: & Macrobium carmina Marcij uatis, quæ eos ad prætoris vrbani curam pertinuisse demonstrant.* Apollini *censeo uouendos ludos, qui quotannis communiter Apollini fiant. ijs ludis faciendis præsit is prætor, qui ius populo plebique dabit summum. Idem confirmat M. Tullius oratione decima in Antonium; vbi, de Bruto loquēs, Qui, inquit, cum prætor vrbanus esset, vrbe caruit, ius non dixit, cum omne ius populi R. recuperaßet. & paullo infra : Qui ne Apollinares quidem ludos,*

 pro

pro sua, populiq. R. dignitate apparatos, præsens fecit, ne quam vnam patefacere sceleratorum hominum audaciæ. Errat etiam in eo, quod Megalenses magnis dijs consecratos fuisse arbitratur. non enim Megalenses, sed Circenses, siue Romanos Conso, et magnis dijs, ex Asconio; Megalenses autem magnæ deum Matri sacros fuisse ex Liuio, & alijs cognoscitur. Nam quod Antonius Goueanus a Megalensibus Megalesia distinguere, Megalẽses autẽ eosdẽ cum Romanis facere voluit; æque in vtroque falsus est. Locus est Cicero. ex oratione de respõsis haruspicum. Nam quid ego de illis ludis loquar, quos in Palatio nostri maiores ante templum in ipso matris magnæ conspectu Megalensibus fieri celebrariq; voluerunt, qui sunt more institutisq. maxime casti sollemnes, religiosi: quibus ludis primum ante populi consessum senatui. P. Africanus iterum consul ille Maior dedit, ut eos ludos hæc lues impura pollueret. quò si quis liber aut spectandi, aut etiam religionis causa accesserat, manus afferebantur: eò matrona nulla adijt propter vim consessumq. seruorum. Ita ludos eos, quorum religio tanta est, vt ex vltimis terris accersita, in hac vrbe consederit, qui uni ludi nõ verbo quidem appellantur Latino, ut uocabulò ipso & appetita religio externa, et Matris magnæ nomine suscepta declaretur, hos ludos serui fecerunt, serui spectauerunt, tota denique hoc ædili seruorum Megalesia fuerunt. Hunc locũ totidẽ verbis citat Goueanus; et ex eo colligit, a Megalensibus alia esse Megalesia, quod Cicero Megalesia Megalensibus celebrari solita dicat. deinde tradit ludos Megalenses eosdem esse, qui Circenses, Romani, magni nominantur,

nantur, quæ cum dicit, non animaduertit, in quam difficiles sese rerum absurdissimarũ laqueos induat. non abutar pluribus argumentis, neque committam, vt mea oratio hunc veluti patentē alienæ reprehensionis nacta cāpum, iuueniliter in eo exsultare videatur. tota res verbo confici potest. nam si ludi Megalenses committebantur pridie id. Apr. vt ex Liuio *constat; ludi autem* Romani *pridie Kal. Sept. vt e priore actione in Verrem cognoscitur: qui est vsque eo hebes qui nō videat, vt ijdē sint Megalenses et* Romani, *nullo modo fieri posse? Ego uero, ne dicam dolo, uocem illam, Megalensibus e* Ciceronis *loco, quem paullo supra recitaui, et expungendum puto, et eglossemate aliquo in ordinem* Ciceronis *uerborũ irrepsisse suspicor. Sunt igitur eadem Megalēsia cũ Megalensibus, neque dicta sunt ἀπὸ τῶν μεγάλων σιῶν, ut hic grammaticus nugatur; sed a Magna Matre, cui dicata erant: cumq. initio* Megalēsia *dicerēntur, detrita, ut sæpe fit, littera,* Megalesia *nominata sunt. Itaque Megalesia, inquit, ludos* Ma*tris magnæ appellabant.*

Μεγάλους σιούς) *antea legebatur coniuncte* μεγαλεσίους *quam uocem nusquam apud probatos auctores reperiri arbitror.*

Diuerbij cantici) *ita emendaui, coniectura tantum adductus, cum partim librorum, De authenticis, partim, Deuerbus authenticis, haberent.*

Adnotandum sane puellarum &c.) *falsum est quod hoc loco admonet* Donatus*; puellas liberales nusquam in palliata loqui. loquitur ia Heauton timorumeno Antiphila, in Curculione Planesiũ, in Epidi-*


co virgo illa,[Stratiphoclis soror. pluribus exemplis nihil opus est.

Nihil ergo secus factum est.) *In alijs secus, in alijs. secius: ego sequius legendum puto. Valet autem sequius, minus bene, aut minus bonum. neque est, cur dubitetur. de integritate loci illius apud Liuium lib. 11. Inuitus, inquit, quod sequius, sit, de meis ciuibus loquor, Sic Afranius apud Sosipatrum. Sin, id quod non spero, ratio talis sequius ceciderit.*

M. ANTONII MVRETI

IN ANDRIAM TERENTII.

ARGVMENTVM



HREMES, *& Phania fratres Athenienses fuerunt. eorum, Chremes profecturus in Asiam, Pasibulam filiolam, quam tum vnicam habebat, fratris fidei credidit. profecto eo, contingit, ut in Græcia magni bellorũ motus excitarentur. quos fugiẽs Phania, cũ, imposita secũ in nauim puella, ad fratrẽ iter cepisset vi tempestatis fracta naui, apud Andrũ insulã eiectus est. ibi applicat se ad Andrium quendã, hominẽ haud magna in re; a quo tamen benigne, humaniterque exceptus, non ita multo post moritur. Hospes Andrius relictæ apud se puellæ cõmutat nomen, & pro Pasibula Glycerium nominat cunque per aliquot annos eã cum filia Chryside, pari vtrãque studio, educasset, decedit ipse quoq; de vita. Chrysis quæ se & orbã, & inopẽ videret, abrepta. se*

cum

cum Glycerio, Athenas nauigat: vbi cũ aliquandiu vitã lana telaque tolerasset, ad postremum adolescentũ blanditijs, & pollicitationibus victa, quæstum corpore facere incepit. Ventitabat ad eam inter cæteros Pamphilus, Simonis filius, probus, & liberali prẹditus ingenio adolescens; qui non Chrysidis ille quidem, sed ipsius Glycerij mirifico quodam amore percussus, primus solusq; corpus cum ea commiscuit, fidemque iam grauidæ dedit, eam sibi uxorẽ fore; Susceperat, & postea Chremes aliam filiam, Philumenam nomine, eamque (iam enim nubilis erat) Pamphilo, bona adolescentis impulsus fama, collocare cupiebat. Quid multa? vltro ad Simonem venit, cum eo negotium conficit. inscio Pamphilo, de communi sensuum sententia, faciendis nuptiis cõstituitur dies. Adhuc hæc erant: cum Chrysis moritur. ibi primum Simo de filij amore cognouit, nam cum ambo vna in funus prodijssent; accidit, ut posita in ignem Chrysi de, Glycerium se, præ doloris impatientia, eadem coniectura videretur. Accurrit Pamphilus eamque mediam amplexus, ita consolari cœpit, vt plurimas minimeq; dubias totius rei significationes daret. itaque venit ad Simonem postridie Chremes; condicionem renunciat, comperisse se, Pamphilum peregrinam illam habere in uxoris loco. nescius, ex se natam esse eam, quem ita contumeliæ caussa peregrinam nominaret. gaudere, ea re intellecta, Pamphilus, dolere contra, ac ringi Simo. aduenit interea dies, qui nuptijs initio fuerat præstitutus. Simo ueteratoria quadam calliditate simulandas sibi, ad pertentandum filij animum, nuptias statuit: hoc cogitans, si abnueret filius, ueram sibi obiurgandi il-

lius

rium Dauus, cum aliter nuptias disturbare non posset, pro foribus ædium Simonis ab ancilla collocandū curat. in eum cum incidisset Chremes, & e Pamphilo natum esse cognoßet: rursum abducit animū a nuptijs. turbæ maximæ concitantur: donec aduenit Crito Andrius, qui, quòd Chrysidi genere proximus fuisset, ad cernendam illis hæreditatem Athenas venerat. eius interuentu Chremes filiā agnoscit ita, summa omnium lætitia, Charino Philumena, Glycerium Pamphilo nubit.

SCHOLIA.

Modos fecit Flaccus Clauij) *in alijs, quos quidem viderim, omnibus*, Flaccus Claudij Filius, .) *quod equidem concoquere non possum. neque enim cum pater alicuius notandus erat, nomine eum, sed prænomine, aut certe cognomine notabant uerbi caus sa non ita vt diceret*, M. Tullius Cicero Tullij *F. certe enim, si* Tullius *est, Tullij filius sit, necesse est aut iure naturæ, aut iure ciuili. Sed hoc modo*, M. Tullius, M. F. Cicero. *) quomodo igitur retineri potest scriptura hæc*, Flacus Claudij filius? *nondum enim adduci possum, vt aßentiar homini doctiß. simo Antonio Augustino, qui Claudium veteribus non nomen modo sed prænomen quoque fuiße ait. deinde, vt in gente Valeria, & Horatia Flacci cognomen fuisse notissimum est: ita Claudia fuisse nonputo. postremo hunc Flaccum, quisqui est, ciuem* Romanum *natum fuisse, non est credibile, cum ignominiosa esset apud* Romanos *scenicorum artificiorum to ta fere tractatio: sed aut seruum alicuius ciuis R. aut*

certe

certe libertum: quorum vtrouis posito illud, Claudij Filius *stare non potest. Deleui igitur vocem* Filius, *eo fidentius quod in cæterarum fabularum inscriptionibus nullus omnino est, qui eam habeat, antiquus liber.*

Actus primi Scena prima.) *Scena quid sit, notum est omnibus. quod autem actus fabularum partimur in scenas, aliamque primam scenam, aliam secundam, & sic deinceps dicimus; quam perite & intelligenter id fiat, quærendum puto. equidem libere vt dicam grammaticorum hanc, non poetarum, esse partitionem arbitror: neq; credo scenam pro parte actus apud vllum probatum scriptorem, si grammaticos excipias, legi. itaque apud* Plautum *vlla scenarum mentio est; & in* Terentij *fabulis aliter ab alijs distinguuntur: & in ueteribus Terentij libris, etiam impressis, neque prima, neque secunda, neque vlla omnino scena nominatur.*

Sed ijs, quas semper. &c.) *Donatus annotat fidem, & taciturnitatē artes vocari. recte; artes enim antiq & vitia, & virtutes uocabāt.* Terēti⁹ *Adelphis: Primarum artium magi, principem. Sallustius: Quæ vtraque ijs artibus auxerat, quas supra memoraui. plures locos congerere me memini ad hanc rem, in scholijs quas olim* Lutetiæ *in hunc poetam edidi. animaduerto autem*, Aristotelem *quoque nonnunquam*, τῶν τεχνῶν *nomine, uirtutes etiam amplecti, vt cū ait in secundo*

sti, vt cum ait in secundo νικομαχείων ταῦτα δὲ πρὸς μὲν τὸ τὰς ἄλλας τέχνας ἔχειν (συναριθεῖται. πγλὼμὲν τὸ εἰ δέναι

Nam istæc commemoratio) *Demosthenes* περὶ στεφάνου. τὸ δὲ τὰς ἰδίας εὐεργεσίας ἀναμιμνήσκειν μικροῦ δεῖν

τῶν

τῶν, μοιὸλ ουσιτὸ ὀνειδίζειν.

Liberius viuendi fuit poteſtas. nam antea) *Fuit, in hoc verſu monoſyllabum eſt: & in quarta ſede pes ille, qui creticus dicitur. Sic, o autem ſuper hoc pede ecquid in iambicum carmen reciperetur. an minus, varias eruditorum hominum & fuiſſe, & eſſe ſententias ego, antequam hac de re ſtatuam, quid in quæſtione verſetur, etiam atque etiam conſiderandum puto.* Nam *ſi quæritur, data quibuſdam hominibus in Terentio, &* Plauto *addenei, detrahendi, inuertendi, mutandique licentia, poſſint ne omnes illorum poetarum iambici uerſus ita componi, vt nuſquam in eis creticus reperiatur, facilis & expedita res eſt ipſe mehercule iambus ſi hoc concedatur, ex eo ipſo, cui nomen dedit, verſuum genere moueri queat. Sin hoc agitur, nulla importuna, & temeraria mutatione conceſſa multi ne ſint in vtroque horũ poetarum verſus, quorum dimenſio explicari cretico non queat: ego vero innumerabiles poſſe proferri arbitror. proferam paucos, ex quibus de cæteris coniectura capiatur.*

Ex *Andria.*

Futuras eſſe audiuit, ſed ipſe exit foras.

Goueanus particulam, ſed, delere auſus eſſe parum conſiderate. poterat alio confugere, & dicere, pronomen, ipſe, interdum priore correpta enunciari.

Ex *eadem,*

Nihil propter hanc rem: ſed eſt, quod ſuccenſet tibi.
Quidnam eſt? puerile eſt. quid eſt? nihil. quin dic, quid. eſt.
Bonum ingenium narras adoleſcentis. optumum.
Eius morte ea ad me lege redierunt bona.

Adeon'

Adeon' imponenti esse animo, vt præter ciuium.

Piget plura, vel ex hac ipsa uel ex alijs fabulis colligere: sunt autem innumera: nunc pauca ponam ex Plauto.

Non omnes possunt olere *vnguenta: exotica.*
Tu tibi istos habeas turtures, pisces aues,
Qui scis an tibi istuc eueniat prius, quàm mihi.
Quo modo occepistis, bibite, pergræcamini.
Tace, atque abiturus, ego ire in Piræum uolo.

male autem in hoc uersu vulgo legitur, abiturus. porro verbum abi, posteriore correpta enunciatur, ut & alijs apud eandem, & apud hunc quoque poetam sat multis locis. atque hæc e principio Mostellariæ *deprompta sunt omnia. quòd si quis cæteras fabulas excutiat, non dici potest, quàm multa sit deprehensurus, quæ sine violentis, ita dixerim, mutationibus creticum effugere non possunt. video &* Ancreontem *hoc pede in versibus suis usum. cuius illud est:*

τέπει με κ' ἀφροδίτη,
καὶ πάλιν θέλω χορδεῖν· Et illud,
τὰς δέ φροντίδας μεθῶμεν.

Sed & multis alis locis eundem pedem adhibuit.

Quod plerique omnes) *Prisc. lib.* XVII. *admonet, hanc loquendi rationem manasse ab Atticis, eos enim ita loqui solitos,* πλείονες δ' ἤπαντες τοῦτο λέγουσιν ἄνθρωποι? *Sic & in Heautontimorumeno,*

Dixi plerique omnia.

Huc viciniæ) *Sic in Phormione hic viciniæ Nonius tamen, & Priscianus, &* Carisius, *huic vicinæ, legunt: certeq. in quattuor manus scriptis libris, quibus vsus sum, huic viciniæ, aperte legitur.*

Preduxere illuc secum) *Perducuntur, ait Donatus, neces-*

necessitate coacti. Confirmat hanc interpretationem Asconius, qui in locum illum ex primo accusationis, Lenonum, aleatorum perductorum nulla mentio fiat: Lenones, inquit sunt scortorum. perductores etiam inuitarũ personarum, Perductorum nomine vsus est & tertullianus in apologetico, his verbis: Nam si qui forte vere de sterilitate Christianorum conqueri possunt, primi erunt lenones, perductores aquarioli, &c.

21

Quis heri Chrysidem habuit?) *honeste dictum pro, quis cum Chryside rem habuit: ita intelligendum est illud e nono epistolarum. Sed tamen ne Aristippus quidem ille Socraticus erubuit, cum esset obiectum, habere eum Laida. Habeo, inquit, Laida, non habeor a Laide. nam & Graecos ita nonnunquam loqui constat.*

Nam qui cum ingenijs conflictatur eiusmodi) *consentiunt libri. non video tamen, quo modo uersus stare possit. Si haberem libros, qui me adiuuarent, libenter hoc modo legerem.*

Nam qui confl ctat cum ingenijs eiusmodi.

Si quidẽ uerbo conflicto, usus, est & in Phormione.

3.

Honesta oratio est) *in quibusdam libris honesta ratio est. sed hanc scripturam, & ueteres libri, & ipsa carminis ratio, & latine loquentium consuetudo confirmat. Cicero enim, quem studiose fecisse constat ut multas loquẽdi formulas ab hoc poeta desumptas in sua scripta transferret, hac ipsa sæpe usus est. unius nunc loci uenit in mentem, qui est in secundo de Officijs; Dictu quidem est procliue, itaque vulgo loquuntur, sese beneficijs collocandis, mores hominum,*

non fortunam sequi, honesta oratio est: sed quis est tandem, &c.

4.

Hoc quid sit? Si omnes qui amant.) *in dimentiendo uersu, qui non eliditur: sed ita permanet, ut in illo Virgilij.*

Credimus, an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt? Eius autē generis apud hūc poetam satis multa sunt.

5.

Neque tu hoc dicas tibi non prædictum) *ita est aperte in meo manu scripto, & in altero eorum, qui in Antoniana huius ciuitatis bibliotheca asseruantur: estq. hæc vera huius loci lectio, quidquid inter pres de tribus negationibus comminiscatur.*

Audiui Archillis iamdudum: Lesbiam adduci iubes) *Goueamus de suo addit particulam, quòd: hoc modo, iamdudum quòd Lesbiam adduci iubes, videlicet quia putauit hos omnes versus iambicos esse. sed falsus est sunt enim omnes trochaici quadrati catalectici. præter postremos duos, qui sunt iambici quadrati acatelectici.*

6.

Vxorem decreuit dare sese mi hodie) *in alijs, decrerat. sed, & meus manuscriptus habet, decreuit, & is, qui in hac vrbe abhinc annos octuaginta duos impressus, est cuius ego posthac testimonio cum vtar veterem Venetum nominabo. qui quidē liber, etsi, vt illa erant tempora, mendis innumerabilibus scatet, tamen ita multa ita præcara veteris scripturæ uestigia retinet, incredibile ut mihi auxilium attulerit ad locos perplurimos corrigendos. Drecreuit, autem, quā hoc loco melius sit; dubitare non oportet, loquitur e-*

nim

nim non de primo illo consilio, quo, nuptiæ in hūc diē constitutæ fuerunt; (tunc enim non esset, cur diceret, -- Non ne oportuit præscisse me ante? quippe qui id satis multo ante cognosset, vt e multis huius fabulæ locis colligitur) sed de secundo, quod patrem subito, atque ex tempore cepisse arbitratur. Cum hæc iam scripsissem, animaduerti in libro quoq; manuscripto Bernardini, Lauretani, decreuit, non decreuerat, legi.

Adeon hominem iuuenustum) *inuenustum , hoc loco accipere debemus, in rebus amatorijs infortunatum, & infelicem: quod Græci dicunt, ἀναφρόδιτον. Græcus ille Samosathensi, ἐγὼ δὲ καὶ ἄλλως ἀναφρόδιτός εἰμι εἰς τὰ ἐρωτικά. καὶ δύο γοῦν οὓς μάλιστα ὑπερηγάπησα τὴν Δάφνην καὶ τὸν Ὑάκινθον ἡ μὲν ἀποδιδράσκει με καὶ μισεῖ ὁ δὲ ὑπὸ τοῦ δίσκου ἀπώλετο evenustas interdū est ἡ ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς εὐδαιμονία Terent Quis me est fortunatior, venustatisq. adeo plenior? Vbi tamen* Nonius *legit, Vetustatis: sed falsò, vt puto*

Pro deum , atque hominum , nullon'ego) *Dimeter est iambicus, quales etiam duos paulo supra octonarijs ad miscuit in alijs legebatur. Pro Deum, atque hominū fidem, nullon'ego: quo modo si legas, versus stare non potest, neque tamen ausus esse illud fidem, expungere nisi primum uidissem abesse a meo manuo scripto, deinde meminissem eodem modo locutum hūc ipsum poetam in Phormione, Primū immortalium,*

Negat Phaniū hanc sibi cognatam esse Demipho? vbi etiam consimilem e Ciceroni oeconomico citat interpres locum, Quid igitur, pro deum immortalium primum eam docebas, quæso?

7.

Hoc incertum quorsum accidat.) *Quorsum ca-*

 dat.

dat. accidere enim vetere Latina lingua est cadere: vt, cum dicimus, accidere ad genua. Ennius:

Casa accidisset ad terram abiegna trabes.

7.

Quæso ædepol Charine, quoniam id fieri, quod vis, non potest: velis id, quod possit.) *Fuit hæc sententia summi philosophi Aristotelis; de quo Apud Stobæum hæc leguntur.* Ἀριστοτέλης εἶπεν ἐπειδὴ μὴ γίνεται τὰ πράγματα, ὡς βουλόμεθα, δεῖ βούλεσθαι ὡς γίνεται.

8.

Neque pol consilij locum habeo, neque auxilij copiam.) *Hunc versum, vt in omnibus libris repereram, ita reliqui summa ipsorum consensione permotus: puto tamen ita legendum,*

Neque pol auxilij locũ habeo, neque cõsilij copiam.

nam, & charinus hoc ordine proposuerat, auxilium, consilium, expetens, & ipsa versus ratio, vt ita legas, exire videtur.

9.

Egomet continuo ad Chremem) *Liber meus,*

Ego me contiuuo ad Chremem: quod mihi quidem multo venustius videtur.

10.

Qui se sciret non desertum iri) *Vnum habeo librum veterẽ, in quo scriptũ est, qui se sciret non desertũ iri.*

12.

Num immemores discipuli?) *Alij emendant, Num immemores discipli? ego nihil mutandum censeo: in tertia enim huius carminis sed. esse pedem, qui proceleumaticus dicitur: vt in illis.*

Cupio aliquos parare amicos beneficio meo.

Non

Non fiet. hoc modo sine te exorem, scilicet.
Ita faciam. quid? quid aliud volui dicere?
nam quod Ioachimus Camerarius, & hunc pedem, & amphimacrum ab iambico excludit, mihi quidē multis de caussis non placet. eas caussas tunc explicabo, Cum Plautum a me emendatū in publicum emittam: quod, si vita suppeditabit, cito fore confido.
Adhuc Archillis quæ assolent, queq. oportet.) *In veteribus, oportent. Sunt autem hic aliquot uersus, quorum dimensionem explicare ex veteribus libris non potui, ex ingenio nolui.*

13.

Tibi videor esse quæ tam aperte) *In alijs, Tibi videor, quem tam aperte Goueanus: intellexerat, de esse aliquid ad uersum; feceerat. Tibi videor ego, quem tam aperte, &c. quod ego reposui, in veteribus libris summa consensione reperitur.*

14.

Amantium iræ, amoris integratio est) *Ita est in libris manuscriptis: in vetere tamen Veneto, reintegratio. apud Seruium in Eglogam. 11. legitur, redītegratio: hanc autem sentētiam ita expressit Plautus:*

Verum iræ, si quæ euentunt forte huiusmodi
Inter eos, rursum si reuerentum in gratiam est,
Bis tanto amici sunt inter se, quàm prius.

sed & apud Aelianum lib. 11. de varia historia legisse videor quiddam ab hoc loco non nimis alienum. id est huiusmodi. Pausaniæ Agatho poeta in amoribus ac delicijs fuit, ventitabat autem sæpe vterq; eorum, vna ad Archelaum, regē, qui & Musarum erat studio deditus, & a rebus amatorijs minime alienus. hic cum illos inter se crebro dissidentes uideret, contem-

ptui esse amatorem amato autumabat. quodam igitur die, Quæso, inquit, Agatho, quod ingeninm tibi est, qui homini vni ex omnibus maxime te diligenti tam frequēter irasceris? Ego dicam tibi, o rex, inquit ille. non enim ista facio, vel quòd Pausaniæ parum cupiam vel quod agresti sim, efferoq. ingenio. quin si mihi vel aliunde, uel ex ipso poeticeс studio aliqua affectuum, quibus hominum tentantur animi, cognitio est, eam ego demum summam esse uoluptatem amantibus duco, cum dissensione in gratiam cum ijs, quos amant, redeunt: exploratumq. habeo, nihil ipsis accidere posse iucundus. hanc igitur voluptatem sepe Pausaniæ impertior, qui ei frequenter irascar: non modico enim gaudio profunditur, cum me sibi statim conciliari videt, id gaudiū non presentisceret, si amor in eum meus uno quasi tenore, & sine vlla eiusmodi offensione produceret. Hæc Agatho; quæ rex non mediocriter laudasse perhibetur.

15.

Insperante hoc, atque inuito Pamphilo) *Insperaute sene, Pamphilo autem inuito hoc uisum est admonere, quoniam sunt, qui utrumque ad Pamphilum referant: quo nihil fieri ineptius potest.*

16.

Hoccine credibile. est, aut memorabile) *Horum primorum uersuum rationem explicare, difficile est. quidam. magna in mutando licentia vsi, fecere iambicos octonarios. ego ueterem scripturam cum fide proponere, ut erat, malui.*

Hic vbi opus est, Non verentur:) *Similis est sententia Plauti in Epidico.*

Plerique homines sunt, quos, cum nihil refet, pudet; ubi

ubi pudendum est,
Ibi eos deserit pudor. 17.

Quis homo istuc? Dauos, Dauos? Dauos omnia) *Diuine hunc versum iampridem restituerat homo ingeniosissimus, Antonius Goueanus, qui, etiam si praeterea aliud nihil praestitisset, est tamen, cur ei Terentij amatores multum se debere fateantur.*

21.

Vt quimus, aiunt: quando vt volumus, non licet *circum fertur apud Graecos senarius, ex quo hic expressus videtur:*
Ζῶμεν γὰρ οὐχ ὡς θέλομεν, ἀλλ᾽ ὡς δυνάμεθα.

Optume hospes) *Mirum est, quanculae res quantum iterdum eruditis hominibus negotium exhibeant. antea cum hic locus ita legeretur,*
Optume hospes pol Crito antiquum obtines:
Nonnulli, qui versum non constare animaduerterent, contra omnium librorũ fidem, ex, *optume,* fecerunt, *opportune; quo nihil minus opportunũ cogitari poterat. Goucanus, & librorum veterum, & donati auctoritate neglecta, addit, morem: hoc modo,*
Morem optume hospes pol Crito antiquũ obtines.
ego, vnica litterula adiecta, (quę quam facile a librarijs omitti potuerit, nemo non videt: saepe enim in hoc genere peccarunt, cum litteram, quae geminanda erat, semel tantum ponerent) ea igitur adiecta, locum (vti mea fert opinio) emendaui.

24

Nę istam multimodis tuam inueniri gaudeo) *vocem antiquam, multimodis, quae nusquam in vulgatis libris apud hunc poetam legebatur, primus ego, ni fallor, in veterem quasi possessionem restitui de*

qua & similibus Cicero in Oratore: sed quid ego vocales? sine vocalibus sæpe breuitatis caussa cõtrahebant, vt ita dicerent, multimodis, vasargenteis, passicrinibus tectifractis. & in tertio de Oratore citatur hic veteris poetæ versus,

Multimodis sum circumuentus, morbo, exsilio, atque inopia.

Hac autem ipsa voce sæpe vsum Lucretium, notius, est, quam vt collectis exemplis patefier neceße sit.

M. ANTONII MVRETI

IN EVNVCHVM TERENTII.

ARGVMENTVM.

CIVIS quidam Atheniensis filiam, cui Pamphilæ, & filium, cui Cremeti nomen erat, habuit ex ijs Pamphilam adhuc infantulam prædones rapuere Sunio, & mercatori cuidam Rhodio vendidere: qui Rhodum aduectam meretrici, quam amabat, dono dedit. hæc acceptam puellam puri cura ac studio, cum Thaide filia cæpit educere: nemo vt eßet, qui non vtramque ex ipsa genitam esse arbitraretur. Thais, quæ grandiuscula erat, cum ad eam ætatem peruenisset, vt viris placere poßet; maternam, vt fit, viuendi rationem insecuta, cum hospite quodã Athenas venit, qui eam postea moriens hæredem reliquit. interea miles Thraso nomine, ad eam adiecit animum, cumque cum ea per aliquod tempus consueuisset, in Cariam profectus est. Thaidis, mater per

eos dies uitam cum morte commutauerat, fratreque ipsius Pamphilam venalē proposuerat, sperans eam, quod & formosa esset, & fidibus sciret, praeclare a se venditū iri. forte accidit, vt eo ipso tempore Thaïdis amator miles esset Rhodi; qui harum omnium rerum inscius, Pamphilam emit; vt esset, quod amicæ, Athenas reuersus, dono daret. Thais, profecto milite, aliam condicionem quæsierat, adiunxeratque sibi Phædriam, adolescentem Athenienśem, Lacetis filium. inaudiuerat interim etiam aliquid de Pāphila; iamque cum fratre ipsius Chremete aliquoties collocuta eò peruenerat, vt non dubijs indicijs intelligeret, sororem illius esse, quæ secum in maternis ædibus aducata foret. Sumopere cupiebat igitur occasionem sibi aliquam dari, qua Pamphilam suis restitueret, eodem que facto et puellā summo afficeret beneficio, & propinquorum, illius amicitia fortunas constabiliret suas. Redit miles sed, cum cognosset de amore Phædriæ, puellam se, nisi eo repulso, daturum negat. Thais, quid ageret, nescire, nam & Phædriam amabat ex animo, et Pamphilæ recipien dæ gratia quiduis sibi faciundum putabat. tandem, cum speraret, se postea facile consilium suum ei ipsi, cuius animum offenderet, probaturam, Phædriam, vt militi gratificaretur, excludit. postrdie accersite ei, atque ægreferenti, tandem se purgat, multisque precibus ab eo impetrat, vt, per biduum, priores partes habere Thrasonem sineret, vbi primum eripuisset puellam, nihil sibi cū illo amplius fore. Phædria, vt huius bidui molestiam æquiore animo faret, rus sibi abeūdum esse stuit, itaque abiens, mandat Parmenoni, vt eunuchum, & Aethiopissam ad Thaidem,

pro sua, populiq. R. dignitate apparatos, præsens fecit, ne quam viam patefacere sceleratorum hominum audaciæ. Errat etiam in eo, quod Megalenses magnis dijs consecratos fuisse arbitratur. non enim Megalenses, sed Circenses, siue Romanos *Conso, et magnis dijs, ex* Asconio; *Megalenses autem magnæ deum* Matri *sacros fuisse ex Liuio, & alijs cognosci tur. Nam quod Antonius* Goueamus *a Megalensibus Megalesia distinguere, Megalēses autē eosdē cum Romanis facere voluit; æque in vtroque falsus est. Locus est Cicero. ex oratione de respōsis haruspicum. Nam quid ego de illis ludis loquar, quos in Palatio nostri maiores ante templum in ipso matris magnæ conspectu Megalensibus fieri celebrariq; voluerunt, qui sunt more institutisq. maxime casti sollemnes, religiosi: quibus ludis primum ante populi consessum senatui P. Africanis iterum consul ille* Maior *dedit, ut eos ludos hæc lues impura pollueret. quò si quis liber aut spectandi, aut etiam religionis causa accesserat, manus afferebantur: eò matrona nulla adijt propter vim consessumq. seruorum. Ita ludos eos, quorum religio tanta est, vt ex vltimis terris accersita, in hac vrbe consederit, qui uni ludi nō verbo quidem appellantur* Latino, *ut uocabulò ipso & appetita religio externa, et Matris magnæ nomine suscepta declaretur, hos ludos serui fecerunt, serui spectauerunt, tota denique hoc ædili seruorum Megalesia fuerunt. Hunc locū totidē verbis citat Goueanus; et ex eo colligit, a Megalensibus alia esse Megalesia, quod* Cicero *Megalesia* Megalensibus *celebrari solita dicat. deinde tradit ludos Megalenses eosdem esse, qui* Circenses, Romani, *magni nominantur,*

nantur, quæ cum dicit, non animaduertit, in quam difficiles ſeſe rerum abſurdiſſimarũ laqueos induat. non abutar pluribus argumentis, neque committam, vt mea oratio hunc veluti patentẽ aliena reprehenſionis nacta cãpum, iuueniliter in eo exſultare videatur. tota res verbo confici poteſt. nam ſi ludi Megalenſes committebantur pridie id. Apr. vt ex Liuio *conſtat; ludi autem* Romani *pridie Kal. Sept. vt e priore actione in Verrem cognoſcitur: qui eſt vſque eo hebes qui nõ videat, vt ijdẽ ſint Megalenſes et* Ro*mani, nullo modo fieri poſſe? Ego uero, ne dicam dolo, uocem illam, Megalenſibus e* Ciceronis *loco, quem paullo ſupra recitaui, et expungendum puto, et eglosſemate aliquo in ordinem* Ciceronis *uerborũ irrepſiſſe ſuſpicor. Sunt igitur eadem Megalẽſia cũ Megalenſibus, neque dicta ſunt ἀπὸ τῶν μεγάλων σιῶν, ut hic grammaticus nugatur, ſed a Magna Matre, cui dicata erant: cumq. initio* Megalẽſia *dicerẽtur, detrita, ut ſæpe fit, littera,* Megaleſia *nominata ſunt. Itaque Megaleſia, inquit, ludos Matris magnæ appellabant.*

Μεγάλους σιούς) *antea legebatur coniuncte* μεγαλεσίους *quam uocem nuſquam apud probatos auctores reperiri arbitror.*

Diuerbij cantici) *ita emendaui, coniectura tantum adductus, cum partim librorum, De authenticis, partim, Deuerbus authenticis, haberent.*


Adnotandum ſane puellarum &c.) *falſum eſt quod hoc loco admonet Donatus; puellas liberales nuſquam in palliata loqui. loquitur in Heauton timorumeno Antiphila, in Curculione Planeſiũ, in Epidi-*

co virgo illa,[Stratiphoclis soror. pluribus exemplis nihil opus est.

Nihil ergo secus factum est.) *In alijs secus, in alijs. secius :ego sequius legendum puto. Valet autem sequius, minus bene, aut minus bonum. neque est, cur dubitetur. de integritate loci illius apud Liuium lib. 11. Inuitus, inquit, quod sequius, sit, de meis ciuibus loquor, Sic Afranius apud Sosipatrum. Sin, id quod non spero, ratio talis sequius ceciderit.*

M. ANTONII MVRETI

IN ANDRIAM TERENTII.



ARGVMENTVM

CHREMES, *& Phania fratres Athenienses fuerunt. eorum,* Chremes *profecturus in Asiam, Pasibulam filiolam, quam tum vnicam habebat, fratris fidei credidit. profecto eo, contingit, ut in Græcia magni bellorũ motus excitarentur. quos fugiẽs Phania, cũ, imposita secũ in nauim puella, ad fratrẽ iter cepisset vi tempestatis fracta naui, apud Andrũ insulã eiectus est. ibi applicat se ad Andrium quendã, hominẽ haud magna in re; a quo tamen benigne, humaniterque exceptus, non ita multo post moritur. Hospes Andrius relictæ apud se puellæ cõmutat nomem, & pro Pasibula Glycerium nominat cunque per aliquot annos eã cum filia* Chryside, *pari vtrãque studio, educasset, decedit ipse quoq; de vita. Chrysis quæ se & orbã, & inopẽ videret, abræpta. se cum*

cum Glycerio, Athenas nauigat: vbi cũ aliquandiu vitã lanatelaque tolerasset, ad postremum adolescen tũ blanditijs, & pollicitationibus victa, quæstum cor pore facere incepit. Ventitabat ad eam inter cæteros Pamphilus, Simonis filius, probus, & liberali prǽditus ingenio adolescens; qui non Chrysidis ille quidem, sed ipsius Glycerij mirifico quodam amore percussus, primus solusq; corpus cum ea commisit, fidemque iam grauidæ dedit, eam sibi uxorẽ forc; Susceperat, & postea Chremes aliam filiam, Philumenam nomine, eamque (iam enim nubilis era) Pamphilo, bona adolescentis impulsus fama, collocare cupiebat. Quid multa? vltro ad Simonem venit, cum eo negotium conficit. inscio Pamphilo, de communi sensuum sententia, faciendis nuptis cõstituitur dies. Adhuc hæc erant: cum Chrysis moritur. ibi primum Simo de filij amore cognouit, nam cum ambo vna in funus prodijssent; accidit, ut posita in ignem Chreysi de, Glycerium se, præ doloris impatientia, eadem con iectura videretur. Accurrit Pamphilus eamque mediam amplexus, ita consolari cœpit, vt plurimas minimeq; dubias totius rei significationes daret. itaque venit ad Simonem postridie Chremes; condicionem renunciat, comperisse se, Pamphilum peregrinam illam habere in uxoris loco. nescius, ex se natam esse eam, quem ita contumeliæ caussa peregrinam nominaret. gaudere, ea re intellecta, Pamphilus, dolere contra, ac ringi Simo. aduenit interea dies, qui nuptijs initio fuerat præstitutus. Simo, ueteratoria quadam calliditate simulandas sibi, ad pertentandum filij animum, nuptia statuit: hoc cogitans, si abnueret filius, ueram sibi obiurgandi il-

lius

uum Dauus, cum aliter nuptias disturbare non posset, pro foribus ædium Simonis ab ancilla collocandũ curat. in eum cum incidisset Chremes, & e Pamphilo natum esse cognoßet: rursum abducit animũ a nuptijs. turbæ maximæ concitantur: donec aduenit Crito Andrius, qui, quòd Chrysidi genere proximus fuisset, ad cernendam illis hæreditatem Athenas venerat. eius interuentu Chremes filiã agnoscit ita, summa omnium lætitia, Charino Philumena, Glycerium Pamphilo nubit.

SCHOLIA.

Modos fecit Flaccus Clauij) *in alijs, quos quidem viderim, omnibus*, Flaccus Claudij Filius,) *quod equidem concoquere non possum. neque enim cum pater alicuius notandus erat, nomine eum, sed prænomine, aut certe cognomine notabant uerbi caussa non ita vt diceret*, M. Tullius Cicero Tullij F. *certe enim, si* Tullius *est*, *Tullij filius sit, necesse est aut iure naturæ, aut iure ciuili. Sed hoc modo*, M. Tullius, M. F. Cicero.) *quomodo igitur retineri potest scriptura hæc*, Flacus Claudij filius? *nondum enim adduci possum, vt aßentiar homini doctissimo Antonio Augustino, qui Claudium veteribus non nomen modo. sed prænomen quoque fuiße ait. deinde, vt in gente Valeria, & Horatia Flacci cognomen fuisse notissimum est: ita Claudia fuisse nonputo. postremo hunc Flaccum, quisqui est, ciuem Romanum natum fuisse, non est credibile, cum ignominiosa eßet apud* Romanos *scenicorum artificiorum tota fere tractatio: sed aut seruum alicuius ciuis R. aut*

certe

certe libertum: quorum vtrouis posito illud, Claudij Filius *stare non potest. Deleui igitur vocem* Filius, *eo fidentius quod in cæterarum fabularum inscriptionibus nullus omnino est, qui eam habeat, antiquus liber.*

Actus primi Scena prima.) *Scena quid sit, notum est omnibus. quod autem actus fabularum partimur in scenas, aliamque primam scenam, aliam secundam, & sic deinceps dicimus; quam perite & intelligenter id fiat, quærendum puto. equidem libere vt dicam grammaticorum hanc, non poetarum, esse partitionem arbitror: neq; credo scenam pro parte actus apud vllum probatum scriptorem, si grammaticos excipias, legi. itaque apud* Plautum *vlla scenarum mentio est; & in* Terentij *fabulis aliter ab alijs distinguuntur: & in ueteribus* Terentij *libris, etiam impressis, neque prima, neque secunda, neque vlla omnino scena nominatur.*

Sed ijs, quas semper. &c.) *Donatus annotat fidem, & taciturnitaté artes vocari recte; artes enim antiq & vitia, & virtutes uocabát.* Terétius *Adelphis: Primarum artium magis principem. Sallustius: Quæ vtraque ijs artibus auxerat, quas supra memoraui. plures locos congerere me memini ad hanc rem, in scholijs quas olim* Lutetiæ *in hunc poetam edidi. animaduerto autem,* Aristotelem *quoque nonnunquam,* τῶν τεχνῶν *nomine, uirtutes etiam amplecti, vt cũ ait in secundo*

Eti, vt cum ait in secundo νικομαχείων ταῦτα δὲ πρὸς μὲν τὸ τὰς ἄλλας τέχνας ἔχειν (συναριθμεῖται, π... τὸ εἰδέναι

Nam istæc commemoratio) *Demosthenes* περὶ στεφάνου. τὸ δὲ τὰς ἰδίας εὐεργεσίας ἀναμιμνήσκειν μικροῦ δεῖν

τῶν

τῶν, μολὼν οὐστις ἐνεδίζειν.

Liberius viuendi fuit poteſtas. nam antea)

Fuit, in hoc verſu monoſyllabum eſt: & in quarta ſede pes ille, qui creticus dicitur. Sic, o autem ſuper hoc pede ecquid in iambicum carmen reciperetur. an minus, varias eruditorum hominum & fuiſſe, & eſſe ſententias ego, antequam hac de re ſtatuam, quid in quæſtione verſetur, etiam atque etiam conſiderandum puto. Nam ſi quæritur, data quibuſdam hominibus in Terentio, & Plauto addenei, detrahendi, inuertendi, mutandique licentia, poſſint ne omnes illorum poetarum iambici uerſus ita componi, vt nuſquam in eis creticus reperiatur, facilis & expedita res eſt ipſe mehercule iambus ſi hoc concedatur, ex eo ipſo, cui nomen dedit, verſuum genere moueri queat. Sin hoc agitur, nulla importuna, & temeraria mutatione conceſſa multi ne ſint in vtroque horũ poetarum verſus, quorum dimenſio explicari cretico non queat: ego vero innumerabiles poſſe proferri arbitror. proferam paucos, ex quibus de cæteris coniectura capiatur.

Ex *Andria.*

Futuras eſſe audiuit, ſed ipſe exit foras.

Goueanus particulam, ſed, delere auſus eſſe parum conſiderate. poterat alio confugere, & dicere, pronomen, ipſe, interdum priore correpta enunciari.

Ex *eadem,*

Nihil propter hanc rem: ſed eſt, quod ſuccenſet tibi.

Quidnam eſt? puerile eſt. quid eſt? nihil. quin dic, quid. eſt.

Bonum ingenium narras adoleſcentis. optumum.

Eius morte ea ad me lege redierunt bona.

Adeon'

Adeon' imponenti esse animo, vt præter ciuium.

Piget plura, vel ex hac ipsa uel ex alijs fabulis colligere: sunt autem innumera: nunc pauca ponam ex Plauto.

Non omnes possunt olere *vnguenta: exotica.*
Tu tibi istos habeas turtures, pisces aues,
Qui scis an tibi istuc eueniat prius, quàm mihi.
Quo modo occepistis, bibite, pergræcamini.
Tace, atque abiturus, ego ire in Piræum uolo.

male autem in hoc uersu vulgo legitur, abiturus. porro verbum abi, posteriore correpta enunciatur, ut & alijs apud eandem, & apud hunc quoque poetam sat multis locis. atque hæc e principio Mostellariæ *deprompta sunt omnia. quòd si quis cæteras fabulas excutiat, non dici potest, quàm multa sit deprehensurus, quæ sine violentis, ita dixerim, mutationibus creticum effugere non possunt. video &* Ancreontem *hoc pene in versibus suis usum. cuius illud est:*

τέπει με κ' ἀφροδίτη,
καί πάλιν θέλω χορδεύειν. Et illud,
τὰς δέ φροντίδας μεθῶμεν.

Sed & multis alis locis eundem pedem adhibuit.

Quod plerique omnes) *Prisc. lib.* XVII. *admonet, hanc loquendi rationem manasse ab Atticis, eos enim ita loqui solitos,* πλείονες δὴ πάντες τοῦτο λέγουσιν ἄνθρωποι? *Sic & in Heautontimorumeno,*

Dixi plerique omnia.

Huc viciniæ) *Sic in Phormione hic viciniæ Nonius tamen, & Priscianus, & Carisius, huic vicinæ, legunt: certeq. in quattuor manus scriptis libris, quibus vsus sum, huic viciniæ, aperte legitur.*

Preduxere illuc secum) *Perducuntur, ait Donatus, neces-*

necessitate coacti. Confirmat hanc interpretationem Asconius, qui in locum illum ex primo accusationis, Lenonum, aleatorum perductorum nulla mentio fiat: Lenones, inquit sunt scortorum. perductores etiam inuitatū personarum, Perductorum nomine vsus est & tertullianus in apologetico, his verbis: Nam si qui forte vere de sterilitate Christianorum conqueri possunt, primi erunt lenones, perductores aquarioli, &c.

2.

Quis heri Chrysidem habuit?) *honeste dictum pro, quis cum Chryside rem habuit: ita intelligendum est illud e nono epistolarum. Sed tamen ne Aristippus quidem ille Socraticus erubuit, cum esset obiectum, habere eum Laida. Habeo, inquit, Laida, non habeor a Laide. nam & Græcos ita nonnunquam loqui constat.*

Nam qui cum ingenijs conflictatur eiusmodi) *consentiunt libri: non uideo tamen, quo modo uersus stare possit. Si haberem libros, qui me adiuuarent, libenter hoc modo legerem.*

Nam qui confl ctat cum ingenijs eiusmodi.

Si quidē uerbo conflicto, usus, est & in Phormione.

3.

Honesta oratio est) *in quibusdam libris honesta ratio est. sed hanc scripturam, & ueteres libri, & ipsa carminis ratio, & latine loquentium consuetudo confirmat. Cicero enim q em studiose fecisse constat ut multas loquēdi formulas ab hoc poeta desumptas in sua scripta transferret, hac ipsa sæpe usus est. unius nunc loci uenit in mentem, qui est in secundo de Officijs: Dictu quidem est procliue, neque vulgo loquuntur, sese beneficijs collocandis, mores hominum,*

non fortunam sequi, honesta oratio est: sed quis est tandem, &c.

4.

Hoc quid sit? Si. omnes qui amant.) *in dimentiendo uersu, qui non eliditur: sed ita permanet, ut in illo Virgilij.*

Credimus, an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt? Eius autẽ generis apud hũc poetam satis multa sunt.

5.

Neque tu hoc dicas tibi non prædictum) *ita est aperte in meo manu scripto, & in altero eorum, qui in Antoniana huius ciuitatis bibliotheca asseruantur: estq. hæc vera huius loci lectio, quidquid interpres de tribus negationibus comminiscatur.*

Audiui Archillis iamdudum : Lesbiam adduci iubes) *Goueamus de suo addit particulam, quòd: hoc modo, iamdudum quòd Lesbiam adduci iubes, videlicet quia putauit hos omnes versus iambicos esse. sed falsus est sunt enim omnes trochaici quadrati catalectici. præter postremos duos, qui sunt iambici quadrati acatelectici.*

6.

Vxorem decreuit dare sese mi hodie) *in alijs, decrerat. sed, & meus manuscriptus habet, decreuit, & is, qui in hac vrbe abhinc annos octuaginta duos impressus, est cuius ego posthac testimonio cum vtar veterem Venetum nominabo. qui quidẽ liber, etsi, vt illa erant tempora, mendis innumerabilibus scatet, tamen ita multa ita præcara veteris scripturæ uestigia retinet, incredibile ut mihi auxilium attulerit ad locos perplurimos corrigendos. Drecreuit, autem, quĩ hoc loco melius sit; dubitare non oportet, loquitur enim*

nim non de primo illo consilio, quo, nuptiæ in hũc diẽ constitutæ fuerunt; (tunc enim non esset, cur diceret, --Non ne oportuit præscisse me ante? quippe qui id satis multo ante cognosset, vt e multis huius fabulæ locis colligitur) sed de secundo, quod patrem subito, atque ex tempore cepisse arbitratur. Cum hæc iam scripsissem, animaduerti in libro quoq; manuscripto Bernardini, Laurętani, decreuit, non decreuerat, legi.

Adeon hominem iuuenustum) *inuenustum, hoc loco accipere debemus, in rebus amatorijs infortunatum, & infelicem: quod Græci dicunt, ἀναφρόδιτον. Græcus ille Samosathensi,* ἐγὼ δὲ καὶ ἄλλως ἀναφρόδιτός εἰμι εἰς τὰ ἐρωτικά. καὶ δύο γοῦν οὓς μάλιστα ὑπερηγάπησα τὴν Δάφνην καὶ τὸν Ὑάκινθον ἡ μὲν ἀποδιδράσκει με καὶ μισεῖ ὁ δὲ ὑπὸ τοῦ δίσκου ἀπώλετο *Venustas interdũ est* ἡ ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς εὐδαιμονία *Terent Quis me est fortunatior, venustatisq. adeo plenior? Vbi tã men Nonius legit, Vetustatis: sed falsò, vt puto*

Pro deum, atque hominum, nullon'ego) *Dimeter est iambicus, quales etiam duos paulo supra octonarijs ad miscuit in alijs legebatur. Pro Deum, atque hominũ fidem, nullon'ego: quo modo si legas, versus stare non potest, neque tamen ausus esse illud fidem, expungere nisi primum uidissem abesse a meo manuo scripto, deinde meminissem eodem modo locutum hũc ipsum poetam in Phormione, Primũ immortalium,*

Negat Phaniũ hanc sibi cognatam esse Demipho? vbi etiam consimilem e Ciceroni oeconomico citat interpres locum, Quid igitur, pro deum immortalium primum eam docebas, quæso?

7.

Hoc incertum quorsum accidat.) *Quorsum ca-*

dat. accidere enim vetere Latina lingua est cadere. vt, cum dicimus, accidere ad genua. Ennius:

Cæsa accidißet ad terram abiegna trabes.

7.

Quæso ædepol Charine, quoniam id fieri, quod vis, non potest: velis id, quod possit.) *Fuit hæc sententia summi philosophi Aristotelis; de quo Apud Stobæum hæc leguntur.* Ἀριστοτέλης εἶπεν ἐπειδὴ μὴ γίνεται τὰ πράγματα, ὡς βουλόμεθα, δεῖ βούλεσθαι ὡς γίνεται.

8.

Neque pol consilij locum habeo, neque auxilij copiam.) *Hunc versum, vt in omnibus libris reperiram, ita reliqui summa ipsorum consensione permotus: puto tamen ita legendum,*

Neque pol auxilij locũ habeo, neque cõsilij copiam. nam, & charinus hoc ordine proposuerat, auxilium, consilium, expetens, & ipsa versus ratio, vt ita legas, exire videtur.

9.

Egomet continuo ad Chremem) *Liber meus, Ego me continuo ad Chremem: quod mihi quidem multo venustius videtur.*

10.

Qui se sciret non desertum iri) *Vnum habeo librum veterẽ, in quo scriptũ est, qui se sciret non desertũ iri.*

12.

Num immemores discipuli?) *Alij emendant, Num immemores discipli? ego nihil mutandum censeo: in tertia enim huius carminis sed. esse pedem, qui proceleumaticus dicitur: vt in illis.*

Cupio aliquos parare amicos beneficio meo.

Non

Non fiet. hoc modo sine te exorem, scilicet.
Ita faciam. quid? quid aliud volui dicere?
nam quod Ioachinus Camerarius, & hunc pedem, & amphimacrum ab iambico excludit, mihi quidē multis de caussis non placet. eas caussas tunc explicabo, cum Plautum a me emendatū in publicum emittam: quod, si vita suppeditabit, cito fore confido.

Adhuc Archillis quæ assolent, queq. oportet.) *In veteribus, oportent. Sunt autem hic aliquot uersus, quorum dimensionem explicare ex veteribus libris non potui, ex ingenio nolui.*

13.

Tibi videor esse quæ tam aperte) *In alijs, Tibi videor. quem tam aperte Goueanus, intellexerat, de esse aliquid ad uersum; fecerat. Tibi videor ego, quem tam aperte, &c. quod ego reposui, in veteribus libris summa consensione reperitur.*

14.

Amantium iræ, amoris integratio est) *Ita est in libris manuscriptis: in vetere tamen Veneto, reintegratio. apud Seruium in Eglogam. II. legitur, redite gratio: hanc autem sentē tiam ita expressit Plautus:*

Verum iræ, si quæ euentunt forte huiusmodi
Inter eos, rursum si reuerentum in gratiam est,
Bis tanto amici sunt inter se, quàm prius.

sed & apud Aelianum lib. II. de varia historia legisse videor quiddam ab hoc loco non nimis alienum. id est huiusmodi. Pausaniæ Agatho poeta in amoribus ac delicijs fuit, ventitabat autem sæpe vterq; eorum, vna ad Archelaum, regē, qui & Musarum erat studio deditus, & a rebus amatorijs minime alienus. hic cum illos inter se crebro dissidentes uideret, contem-

ptui esse amatorem amato autumabat. quodam igitur die, Quæso, inquit, Agatho, quod ingeninm tibi est, qui homini vni ex omnibus maxime te diligenti tam frequêter irasceris? Ego dicam tibi, o rex, inquit ille. non enim ista facio, vel quòd Pausaniæ parum cupiam vel quod agresti sim, efferoq. ingenio. quin si mihi vel aliunde, uel ex ipso poetices studio aliqua affectuum, quibus hominum tentantur animi, cognitio est, eam ego demum summam eße uoluptatem amantibus duco, cum dissensione in gratiam cum ijs, quos amant, redeunt: exploratumq. habeo, nihil ipsis accidere posse incundus. hanc igitur voluptatem sepe Pausaniæ impertior, qui ei frequenter iriscar: non modico enim gaudio profunditur, cum me sibi statim conciliari videt, id gaudiũ non presentisceret, si amor in eum meus uno quasi tenore, & sine vlla eiusmodi offensione produceret. Hæc Agatho; quæ rex non mediocriter laudasse perhibetur.

15.

Insperante hoc, atque inuito Pamphilo) *Insperante sene, Pamphilo autem inuito hoc uisum est admonere, quoniam sunt, qui utrumque ad Pamphilum referant: quo nihil fieri ineptius potest.*

16.

Hoccine credibile. est, aut memorabile) *Horum primorum uersuum rationem explicare, difficile est. quidam. magna in mutando licentia vsi, fecere iambicos octonarios. ego ueterem scripturam cum fide proponere, ut erat, malui.*

Hic vbi opus est, Non verentur:) *Similis est sententia Plauti in Epidico.*

Plerique homines sunt, quos, cum nihil refet, pudet; ubi

ubi pudendum est,
Ibi eos desérit pudor.

17.

Quis homo istuc? Dauos, Dauos? Dauos omnia) *Diuine hunc versum iampridem restituerat homo ingeniosissimus, Antonius Goueanus, qui, etiam si præterea aliud nihil præstitisset, est tamen, cur ei Terentij amatores multum se debere fateantur.*

21.

Vt quimus, aiunt: quando vt volumus, non licet *circum fertur apud Græcos senarius, ex quo hic expressus videtur:*

Ζῶ μὲν γὰρ οὐχ ὡς θέλομεν, ἀλλ' ὡς δυνάμεθα.

Optume hospes) *Mirum est, quanculæ res quantum iterdum eruditis hominibus negotium exhibeant. antea cum hic locus ita legeretur,*

Optume hospes pol Crito antiquum obtines:

Nonnulli, qui versum non constare animaduerterent, contra omnium librorũ fidem, ex, optume, fecerunt, opportune; quo nihil minus opportunũ cogitari poterat. Goueanus, & librorum veterum, & donati auctoritate neglecta, addit, morem: hoc modo,

Morem optume hospes pol Crito antiquũ obtines.

ego, vnica litterula adiecta, (quę quam facile a librarijs omitti potuerit, nemo non videt: sæpe enim in hoc genere peccarunt, cum litteram, quæ geminanda erat, semel tantum ponerent) ea igitur adiecta, locum (vti mea fert opinio) emendaui.

24

Nę istam multimodis tuam inueniri gaudeo) *vocem antiquam, multimodis, quæ nusquam in vulgatis libris apud hunc poetam legebatur, primus ego, ni fallor, in veterem quasi possessionem restitui de*

qua & similibus Cicero in Oratore: sed quid ego vocales? sine vocalibus sæpe breuitatis caussa cõtrahebant, vt ita dicerent, multimodis, vasargenteis, palliscrinibus tectifractis. & in tertio de Oratore citatur hic veteris poetæ versus,

Multimodis sum circumuentus, morbo, exsilio, atque inopia.

Hac autem ipsa voce sæpe vsum Lucretium, notius, est, quam vt collectis exemplis patefieri necesse sit.

M. ANTONII MVRETI

IN EVNVCHVM TERENTII.

ARGVMENTVM.

CIVIS quidam Atheniensis filiam, cui Pamphilæ, & filium, cui Cremeti nomen erat, habuit ex ijs Pamphilam adhuc infantulam prædones rapuere Sunio, & mercatori cuidam Rhodio vendidere: qui Rhodum aduectam meretrici, quam amabat, dono dedit. hæc acceptam puellam puri cura ac studio, cum Thaide filia cœpit educere: nemo vt esset, qui non vtramque ex ipsa genitam esse arbitraretur. Thais, quæ grandiuscula erat, cum ad eam ætatem peruenisset, vt viris placere posset; maternam, vt fit, viuendi rationem insecuta, cum hospite quodã Athenas venit, qui eam postea moriens hæredem reliquit. interea miles Thraso nomine, ad eam adiecit animum, cumque cum ea per aliquod tempus consueuisset, in Cariam profectus est. Thaidis, mater per

cos

eos dies uitam cum morte commutauerat, fratreque ipsius Pamphilam venalē proposuerat, sperans eam, quod & formosa esset, & fidibus sciret, præclare a se venditū iri. forte accidit, vt eo ipso tempore Thaïdis amator miles esset Rhodi; qui harum omnium rerum inscius, Pamphilam emit; vt esset, quod amicæ, Athenas reuersus, dono daret. Thais, profecto milite, aliam condicionem quæsierat, adiunxeratque sibi Phædriam, adolescentem Athenienscm, Lachetis filium. inaudiuerat interim etiam aliquid de Pāphila; iamque cum fratre ipsius Chremete alisquoties collocuta eò peruenerat, vt non dubijs indicijs intelligeret, sororem illius esse, quæ secum in maternis ædibus aducata foret. Sumopere cupiebat igitur occasionem sibi aliquam dari, qua Pamphilam suis restitueret, eodem que facto et puellā summo afficeret beneficio, & propinquorum, illius amicitia fortunas constabiliret suas. Redit miles sed, cum cognosset de amore Phædriæ, puellam se, nisi eo repulso, daturum negat. Thais, quid ageret, nescire, nam & Phædriam amabat ex animo, et Pamphilæ recipiendæ gratia quiduis sibi faciundum putabat. tandem, cum speraret, se postea facile consilium suum ei ipsi, cuius animum offenderet, probaturam, Phædriam, vt militi gratificaretur, excludit. postrdie accersito ei, atque ægreferenti, tandem se purgat, multisque precibus ab eo impetrat, vt, per biduum, priores partes habere Thrasonem fineret, vbi primum eripuisset puellam, nihil sibi cū illo amplius fore. Phædria, vt huius bidui molestiam æquiore animo faret, rus sibi abeūdum esse statuit, itaque abiens, mandat Parmenoni, vt eunuchum, & Aethiopissam ad Thaidem,

in sermone Latino locis redundat. Cicero in Diuinatione: Tamen eos defendes, qui se ab omnibus desertos potius, quàm abs defensos esse malunt?

Plautus Sticho:

Si Manere hic sese malint potius, quã alio nubere,

Terentius Adelph s.

Quin, quidquid possem, molem auferre potius in præsentia. Vlpianus: Si actor malit dominum potius conuenire. Palladius de insitione Malo operam eius expectare potius, quàm timere.

Existimauit esse, sic existimet) *Ex glossemate alicuius barbari, & inepti magistri irrepserat in hunc versum vox, scita: hoc modo, Sic existimet, sciat. id collegi primum ex vetere libro Veneto, & quattuor manuscriptis, quibus vsus sum. in quibus erat omnibus,*

Existimaui esse, sic existimet sciat, præsumat.

vt appareret, primum verbum Terentij esse; reliqua duo ex eodem fonte manasse. hoc tantum discriminis animaduerti, quod in vetere Veneto, pro existimauit, perperam legitur, existimat. sed & in libro viri clarissimi, Petri Bembi, locus hic totus ita scriptus, vti eum nos emendauimus, legitur.

28.

Proin tu, dum est tempus, etiam atque etiam cogita Here) *Continuatam esse hanc Parmenonis orationem non dubito: ideoque interiecta personarũ nomina sustuli. libet versus apponere, quib. hunc locum expressit Horatius.*

Porrigis irato puero cum poma, recusat.

Sume catelle. negat. si non des optat: amator

Exclusus qui distat? ait, vbi secum eat, an, non,

Quò

Quò rediturus erat non arcessitus, & hæret
Inuisis foribus: nec nunc, cum me vocet vltro,
Accedam? an potius mediter finire dolores?
Exclusit, reuocat. redeam? non, si obsecret. ecce
Seruus non paullò sapientior. O here, quæ res
Nec modum habet, neque consilium, ratione, modoq;
Tractari nō vult. in amore hæc sunt mala: bellum,
Pax, rursum hæc si quis tempestatis properiin
Mobilia, & cæca fluitantia sorte, laboret
Reddere certa; sibi nihilo plus explicet, ac si
Insanire paret certa ratione, modoque.
sed & Persius:
Quidnam igitur faciam? ne nunc, cum accersor, & vltro
Supplicet, accedam? &c.

- Vtinam esset mihi. pars æqua amoris tecum.) *Simile est votum illud Theocriti:*

Εἴθ' ὁμαλοὶ πνεύσειαν ἐπ' ἀμφοτέροισιν ἔρωτες Νῶιν.

33.

Viden' ossum, & cibus quid faciat alienus?) *Hic quoque secutus sum auctoritatem Petri Bembi, quā nemini docto, atque intelligenti aspernaris fas puto. in libris tamen, quos vidi, omnibus erat, vel ocium, vel otium vocem ossum, Charisius exponit.*

Sed Parmenonem ante ostium Thaidis tristem video) *Versum non costare, omnes, vt opinor, vident. ego uerebar, ne Terentius scripsisset Sed Parmenonen ante ostium meretricis tristem uideo, posteaq. ad nomen meretricis, apposita esset glossa, Thaidisque deinde irrepsisset in uersum.*

Qui

33.

Qui mihi nunc vno digitulo fores aperis fortunatus) *Hic quoque versus non constat. constabit autem, si legas hoc modo:*

Qui mihi nunc vno digitulo forē aperis fortunatus,
Ne tu istam saxo calcibus sæpe insultabis frustra.

idque ego verū esse arbitror. eodemq; modo corrigendum, esse versum ex Heautontimorumeno, qui cum vulgo ita legatur,

Mane, mane: quid est, quod tam a nobis grauiter crepuêre fores?

ita legendus videtur:

Mane mane, quid est, quod tam nobis grauite crepuit fores?

omnino tamen ueteres libri cum vulgatis cōsentiūt

34.

Cum in cellulam ad te patris penum omnem.) *Hanc lectionem ex libro quinto Priscianus agnoscit & consentiens librorū ueterum cōfirmat auctoritas.*

36.

P. iubes ne? C. iubeo, cogo atque impero.
P. Nunquam defugiam auctoritatem. sequere
C. dij uortant bene.) *Defugere auctoritatem, quid sit uideo etiam ab eruditis hominibus ignorari. ualet autem cum ipse rei alicuius faciundæ auctor fueris, eiusq; euentum in te receperis, id infitiari postea, & fateri, nollè eam auctore te factam. liquido constare hoc, propositis exemplis potest. Plautus.*

Suspende, uinci, verbera: auctor sum, sino.
M. *Si auctoritatem postea defugeris;*
Vbi dissolutus tu sies, ego pendeam.

hoc enim significat: si tu postea infitiari uolueris, te

barum mihi rerum auctorem fuisse;Cicero pro Sylla : Itaque attende iam Torquate,quã ego non defugiam auctoritatem consulatus mei.idest, quam non recusem,quo minus ea quæ me consule;in opprimenda cumiuratione gesta sunt, ea me auctore omnia gesta esse dicantur. hæc illius orationis cum sit uis, puto, hoc quoque loco,illud, Nunquam defugiam auctoritatē non a Parmenone sed a Chærea dici, personarumque nomina ita distingui oportere.

P.*Iubes ne?* C.*iubeo,cogo,atque impero.*

Nunquam defugiam auctoritatem. P.*Sequere dij uortant bene.*

Vt interroganti seruo.ita respondeat Chærea: Ego uero iubeo, cogo, atque impero, neque umquam recusabo,quo minus,tu,quicquid huius factũ erit, auctore,atque impulsore me factum eße dicas.tum seruus: sequere,iniquit dij uortant bene.nam hæc quoque postrema verba non tã Chreæ cupido,ac confidenti conueniunt,quàm seruo dubio animi,& inceptionis tam periculosæ euentum extimescenti.

38.

– Fac periculum in litteris;
Fac in palæstra, in musicis,quæ liberum
Scire æquum est adolescentem sollertem dabo) *hinc sciti potest,quib.olim studijs liberi adolescentes instituerẽtur.hæc aũt ipsa ponit Aristotele; addit que prætereæ pingendi artē.eius verba sunt ex VIII πολιτικῶν. ἔςιδὲ τέτ]αρα χεδὸν ἃ παιδεύειν εἰώθασι γράμματα καὶ γυμναςικὴν μουσικὴν, καὶ τέταρτον ἔνιοι γραφικήν.* 47

Omnia prius experiri verbis, quàm armis; sapientem decet) *a libris impressis aberat vox verbis*

verbis.qua tamen detracta,claudicat versus.in meo manu scripto, & in duobus Antonianis erat, Omnia prius experiri consilio, quàm armis, sapientem decet at illud versus ratio non patiebatur. Verbis,est in vetere Veneto, & in manu scripto; cuius mihi copiā fecit honestissimus, & omni liberali doctrina politissimus adolescens, Bernardinus Lauretanus.Si cui tamen illud consilio,magis arridet, poterit ita legere,ut in quibusdam impressis.

Consilio omnia prius experiri, quàm armis,sapientem decet.

49.

Aufugistin'Ch. hera, factum. Th. satin'id tibi placet?

Ch. Non. Th. credin'te impune habiturum?) *In aliis,credin'te impune abiturū? ego cur hoc maluerim, in causa est, quod infra quoque Terentium ita locutum video,Siquidem istuc impune habueris.*

51.

Quæ, cum amatore suo cum cœnant, ligneriunt.) *Hic certe est creticus primo loco,sed cum vt effugeret Goueanus,legit hoc modo,*

Cum amatore suo quæ tum cœnant,liguriunt. neq. animaduertit,se eodem recidere.verbum enim, ligurio secundam syllabam producit Horatius:

Semesos pisces,tepidumque ligurierat ius.

neque de sunt eruditi homine,qui r littera geminata scribendum censeant.

Quæ futura èxempla) *notum est ex Platone, tria esse pœnarum genera, κόλασις, τιμωρίαν, παράδειγμα: de quibus est etiam aliquid apud Gellium. ex iis intelligi potest quid hoc, & similibus locis exempli nomen*

men valeat: itemque, quàm proprie inscripta sit illa altera fabula, ἑαυτὸν τιμωρούμενος.

51.

nunc minatur porro sese, id est quod mœchis solet) *Quid autem id est, quod deprehensis mœchis fieri solebat? dixi equidem alibi: sed hic quoque non omittendum uidetur. insperso cinere calido, nates eis depilabant: immittebantq; in sedem raphanos. Aristophanes νεφέλαις.* τί δ' ἢν ῥαφανιδωθῇ γε πειθόμενός σοι, τέφρᾳ τε τιλθῇ. ἕξει τινὰ γνώμην λέγειν, τὸ μὴ εὐρύπρωκτος εἶναι. *ubi interpres* οὕτω, *inquit*, τοὺς ἁλόντας μοίχους ᾐκίζοντο ῥαφανῖδας λαμβάνοντες καθίεσαν εἰς τοὺς πρωκτοὺς τούτων καὶ παρατίλλοντες αὐτοὺς, τέφραν θερμὴν ἐπέπασσον βασάνους ἱκανὰς ἐργαζόμενοι, *Graecus ille Samosatensis.* ἐν Ἀρμενίᾳ μοιχὸς ἁλοὺς μάλα πολλὰς πληγὰς ἔλαβε· καὶ τέλος κατὰ τοῦ τέγους ἁλλόμενος διέφυγε, ῥαφανῖδι τὴν πυγὴν βεβυσμένος.

52.

An in Astu venit) *Eadem voce vsus est & M. Tullius in secundo de legibus, Vestri Attici, prius quàm eos Theseus demigrare ex agris, & in Astu, quod appellatur, omnes se conferre iussit, &c.*

54.

Satis credo nihil est Thaide hac, frater, tua dignius) *Hunc uersum quidam sine caussa mutare, voluerant, quod nescirent, uocem, nihil, etiam producta posteriore syllaba enunciari. Exemplum autem est & apud Ouidium.*

Morte nihil opus est, nihil Icariotide tela.

55.

Si in platea hac te offendero post umquàm, quod dicas mihi) *Ex glossemate aliquo in ordinem verborum Terentij defluxerant voces duæ nihil est: quos*

tum aliis de caussis, tum quia versum manifestè corrumpebant sustuli est autem particula, quod, ita posita, vt in illo Plauti:

Quod ille gallinam, aut columbam se sectari, aut simiam Dicat; periistis. nisi vsque ad mortem multatis male. de quo, aliisq; similibus commemoraui quodam loco in Catullum. Sed & Terentius ipse supra, ita locutus est:

Sane, quòd tibi nunc uideatur esse, hic nebulo magnus est.

& Cicero in Pisonem: Nam quòd vobis iste, tantummodo improbus, crudelis olim furunculus, nunc vero etiam rapax quod sordidus, quod contumax, quod superbus, quod fallax, quod perfidiosus, quod impudens, quòd audax esse videatur: nihil scitote esse luxuriosius, nihil libidinosius, nihil posterius, nihil nequius.

55.

Hunc comedendum, & deridendum vobis præbeo. Ch. placet.) *Quia facile suspicor, fore per multos, qui me a peruulgata huius loci lectione recessisse mirentur: idcirco hanc emendationem meam diligenter mihi constituendam, ac constabiliendam puto. ante me igitur ita in impressis pæne omnibus legebatur.*

Hunc comedendum, & deridendum vobis propino. atque ego mirabar equidem, qua ratione dictum esset, propinare aliquem comedendum, cum in ipso propinandi verbo, bibendi sit, non comedendi, significatio. nam si solum illud alterum fuisset; poterat fortasse ita dictum videri, propinare aliquem deridendum ut apud Demosthenē, προπίνειν τὴν ἑλλάδα,

& apud Euripidem in Rhoeso.

Ἕλλησιν ἡμᾶς προὔπιες, τὸ σὸν μέρος.

certe quidem, comedendum propinare, satis lepide dici non posse opinabar uiderat hoc nescio quis, qui libros Sebastiani Gryphij, anno MDXLIV. impressos, correxerat: itaque in illis scriptum reperias:

Hunc comedendum, & bibendum uobis propino at eum oportet valde imperitum dimetiendorum uersuum fuisse: profecto enim, si aliquid in hoc genere ualuisset, poterat digitis, vt ille ait, & aure deprehendere, multum, ea mutatione facta ad legitimam uersus mensuram desiderari. mouebat ipsa me quoque metri ratio: propino enim breuem habet primam syllabam, longam secundum. Martialis.

Quod nulli calicem tuum propinas.
Humane facis, Herme, non superbe.

ergo si quis, id verum retineat, erit iambus in trochaico uersu: quod ita absurdum est, ualde ut mirer qui d abducere potuerit insignitur eruditum hominē Camerarium, ut affirmaret, id interdum fieri posse. neque tamen quidquam hoc loco mouere ausus essem sine veterum librorum testimonio quatuor, cum hac scriberem, ad manum habebam calamo exaratos libris. in ijs omnibus scriptum erat:

Hunc comedendum & deridendum uobis prabeo. itaque sustinendam amplius sententiam non putaui: sed, omni dubitatione remota, reponendum id uerbum, et quod, & orationis cōcinnitas, & metri ratio & totum, librorum ueterum consentiens auctoritas, comprobaret. ac fieri fortasse possit, vt quispiam, ne hanc emendationem recipiat, Donati interpretatione moueatur; qui hoc uerbum explicans, Facete,

inquit

inquit, dixit, ut parasitus, & quasi de conuiuio loqueretur. ita enim legendum est. se eam ipsam si quis accurate consideret, uidebit, ad præbendi nihil minus, quam ad propinandi, uerbum posse accommodari præbere enim apte admodum in epulis conuiuiis quæ dicitur. Cicero ad Q. Fratrem. *Sponsalia* Crassipedi *præbui. quin, & eum qui præbet, pro epuli domino dixisse* Horatium, *homines eruditissimi affirmant, qui ita legunt illud e primo sermonum,*

E quibus unus auet quauis aspergere cunctos,
Præter eum qui præbet, aqua,

non ut uulgo legitur,

Præter eum qui præbet aquam.

M. ANTONII MVRETI

IN HEAVTONTIMORVMENON TERENTII

ARGVMENTVM

CHREMES *Sostratæ vxori grauidæ præceperat si puellam pareret, vt eam statim interficeret. fuit hæc immanitas in veterum moribus, & vt, cum fera nulla sit quæ fœtus suos non diligat, ipsi, quos alere nollent liberos, eos recens natos, aut interficere aut exponere fas putarent. Sostrata puellam enixa: (ut maternus semper animus clementior) vitam ei adimere non sustinuit: sed paupérculæ cuidam anui Corinthiæ, Philteræ nomine, exponen-*

dam dedit, etiamque, muliebri, quadam superstitione, annulū de digito ditractum suo, iussit, vt vna cum puella exponeret. id, quod tum stulte factum videri poterat, postea puellæ saluti fuit. eius enim annuli ope tandem agnita est a suis, anus acceptam puellam, Antiphilam nominat, educatque vt suam. eam, cum adoleuisset, anus, quæ illius filia putaretur, Menedemi filius, Clinia perdite amare cœpit, prope iam vt pro vxore haberet. quod ubi resciuit pater, ita uiolenter tulit, ut filium, assiduitate iurgandi, clam, militatum in Asiam abire coegerit. tum uero qui filij amorem iniquo animo tulerat, multo iniquiore eiusdem absentiam ferre cœdit. itaque ut de se supplicium absenti filio daret, qui eum sæuitia sua exegisset ex ædibus, ædes. supplectilem, familiam vendit, præter, qui serui ad opus ruri faciundum vtiles erant, ingentem que sibi agrum comparat, vbi a prima luce ad noctem non seruos modo exerceret, verū etiam, homo sexagenarius, senectutē miseris modis excruciaret suā profecto Clinia, Philtere, quæ vt dixi, Antiphilæ putabatur mater, extremum vitæ diem morte confecit Clinia, cum iam menses tres abfuißet, amicæ desiderio reuersus non ausus est, patri se in conspectum dare, antiquam illius asperitatem veritur, sed ad Clitiphonem Chremetis filium diuertit; qui cum magna ipsi a puero familiaritas intercesserat. Clitipho, sodalis reditu lætus, Syrum, & Dromonem seruos (iam autem aduesperascebat) in vrbem, ad accersendam Antiphilam, mittit exposuerat eo ipso die Menedemus Chremeti, quanto sibi desiderio esset filius: parum vt abfuerit, quin Chremes, cum primum de

reditu

reditu Cliniæ accepit, mitteret, qui ei nunciarent. continuit tamen se in diem posterum, quòd ita magis è re illius fore censeret. Syrus, summa seruus, & audacia, & astutia, qui Antiphilam tantum accersere iussus esset, etiam Bacchidem adduxit. erat hæc meretrix procax, potens, sumptuosa, nobilis, cuius se amore haud ita pridem irretierat Clitipho, quo autem res Chremetem lateret, hoc consilium capiunt, vt Bacchidem quidem amicam Cliniæ Antiphilam vero vnam de illius ancillis esse simularent postridie mane Chremes ad Menedemum diluculo proficisci tur; & rediisse Cliniam nunciat. ille gaudio amans, filium iamiam videre, iamiam amplecti: iamiam ei se, suaq. omnia permittere cupiebat. at Chremes, caue, inquit, faxis. isthoc enim modo, & te & illum, & rem vna perdideris tuam. simul ei ostendit, quot incommoda capturus sit si tam molli esse se, tamq. infracto animo ostenderit: Cliniæ amicam (eam enim Bacchidem existimabat) non iam pauperculam esse, aut paruo contentam, vt antea, sed sumptuosam, gemmis atque auro collucentem, cum familia numerosissima vna, inquit, mihi, nox tantum non paupertatem attulit: nedum tu te censeas oneri ferundo fore, si te illi perpetuo sumptibus suppeditare oporteat, quin tu ita potius agito, humane, quidem & comiter excipio filium: istud tamen tam impotens illius desiderum occultum habeto. tum si ille, quod amica det, vt habeat, machinam aduersum te aliquam struet: falli te sinito ita & eum commodius retinebis apud te, & sumptum facies minus. hæc Chremes nesciius (vt sunt humana) oculatum foris esse se, cæcum domi intere a enim meditabatur Syrus,

decem minas. quas Bacchidi policitus erat dare eas quomodo illi a Chremete ipso conficeret. iamq. inibi erat, eum cum Chremes arreptum blande compellat, hortaturque, aliquam ad Menedemum fallaciam moliatur. iniscit in sermone Syrus mendacium a se pro tempore confictum; anum Corinthiam, Antphila (ita enim putabatur) matrem, mille drachmarum mutuo accepisse a Bacchide: ea mortua, puellam pro pecunia illa arrhaboni relicta. dum hæc aguntur, anulum suum agnouit Sostrata, eiusque indicio, Antiphilam filiam suam esse cognouit. gaudio exsiliens omnẽ rem defert ad virum, qui ea leuiter obiurgata, repertam tamen filiam, ipse quoque gauisus est. iam omnia in tranquillo erant; absque Bacchide fuisset. sed, & illi quoquo modo decem excudendæ erant argenti minæ; & periculum erat, ne aliqua eam Chremes filij amicam esse resciseret. ibi Syrus audax consilium init, quomodo & utrique seni rem, vt erat, patefaceret, & commode se, e tam impedito negotio expediret. primum igitur Chremeti, Reperi, inquit, quo modo argentum a Menedemo eripiam. dicemus ei, Bacchidem hanc tui Clitiphonis amicam esse: orabimusque, vt eam domi suæ dies aliquot esse patiatur, teq. id cælatum velit porro Clinia filiæ tuæ, quæ modo reperta est formam sibi complacitam esse dicet, eamque petet vxorem. Quid tum? pecuniam, inquit, petet a patre suo, qui nouæ nuptæ ornamenta coemat: eam pecuniam numeraturus est Bacchidi. iam autem ad Menedemum, Syri hortatu transierat Bacchis: & eò pompã omnem suam trasduxerat. Chremes primo non satis consilium illud probare. at illam certe, inquit Syrus,

rus, pecuniam. pro qua filia tua opposita erat pignori, quin dissoluas: facere honeste non potes. Ego vero, inquit Chremes, & libenter quidem. Immo voro, inquit Syrus, dato eam Clitiphoni, qui ad Bacchidē deferat. ita enim facilius credet Menedemus, eam illius esse. Sit ita sane. numeratur a patre Clitiphoni pecunia, quam ad meretricem perferret. interea tota res detegitur. indignari Chremes, & fremere, & minitari se omnia atrocissima exempla editurum tandem, cum prius Antiphilam Cliniæ collocasset partim Menedemi, partim vxoris precibus delenitus, ignoscit. Clitipho se, relictis meretricijs amoribus; vxorem ducturum pollicetur. Cum autem ceterarum fabularum argumentū vno die contineri soleat, huius, non nisi biduo explicari potest.

SCHOLIA.

58.

Fodere, aut arare, aut aliquid ferre deniquæ) *in alijs illud, denique, cum sequentibus coniungitur, hoc modo:*

Fodere, aut arare, aut aliquid ferre. denique
Nullum remitti is tempus.

ego fidem habeo Ciceroni, qui in primo de Finibus citans hunc locum, facile ostendit, denique, fidē periodū esse, & alioqui scio, alijs quoque locis hac voce ita usum Terentium.

At enim me, quantum hic operis fiat, pœnitet) *impressi, vt opinori omnes præter eos, quos, aliquot abhinc annos, ediderat Manutius:*

At enim dices ne quantū hic operis fiat poenitet. miror autem ne Gouéanum quidem ipsum vidisse, de

tracto verbo, dies, multis partibus venustiorem orationem fieri, recepto, autem uersum constare non posse

58.

Si quid laboris est, uollem : sed istuc quid mali est?) *Neque constat versus, neque sententia mihi quidem satis aperta est. cum aliud, hoc quidem tempore, nihil posem, quod in veterbus libris erat, cũ fide proponere satis habui. Sunt qui putent legendum, Si cui labori est. nollem hoc sensu. Si quem tibi laborem, ac molestiam affert huius rei explicatio, ac patefactio, nollem equidem vrgere te, ac tibi molestus esse.*

59.

Aetate me putauit, & sapientia;) *in alijs: Et ætate putauit me, & beneuolentia: quæ lectio neque inconcinna est, & ueterũ librorum testimonio adiuuatur: in quibus tamen perpetuo scribitur, beniuolentia. ego Petri Bembi auctoritatem, ac testimonium sequi malui.*

60.

Victum exercerent suum) *Dionysius Lambinus, homo commemorabili doctrina, pariq; probitate prædius, censet hoc loco legendum, victum exsarcirent suum. Sed in libro* Petri *Bembi, non tantum, vt in alijs, exercent legitur, verum etiam adscripta est ad latus explicatio quædam huius uocis: quæ scripturæ illius integritatem confirmet. multum autem eius libri valere debet auctoritas. est enim ita antiquus, vt Angelus Politianus, qui multos veteres libros uiderat, testatus sit omnium cuiusque generis librorum quos ipse vnquam vidisset, eum sibi antiquissimum videri.*

Quam iniqui sunt patres) *Miror, quid sibi volue-*

fuerint, vni actus principiũ hoc loco fecerunt. cum enim, Chremete solo ingresso domum, Clitipho in proscenio remanserit, nemo profecto non videt, eorũ dũtaxat quibus comica ratio non penitus ignota est, non modo nouum actum, sed ne nouamquidem (si ita loquendum est) scenam hoc loco esse posse.

61

Astutus, næ ille haud scit, quam mihi nunc surdo narret fabulam) *Contemptum hunc paternarum admonitionum mirifice expressit Theocritus; apud quē pastor quidam, cum ætatem a se non metui, indicare uellet, ait tanti eam a se fieri, quanti a liberis patrũ matrumque verba fiunt versus hi sunt.*

Τοῦ δ' ἐθὲλ δ' ὡς φύγεντ' ἐγὼ τόσσον μελεδαίνω,
Ὅσσον ἀφᾶντι πατρὸς μυθῶν, καὶ μητρὸς ἀνοίειν.

Nam Clinia hic, etsi is suarum rerum satagit, attamen) *Nescio quo modo factum est, vt hic versus meam diligentiam fugerit: ita enim emendandus fuerat, vt est in quibusdam impressis, & in omnibus calamo notatis:*

Nam hic Clinia etsi is quoque suarum rerum satagit, attamen

Habet, &c.

63

Uerum interea, dum sermones cædimus) *Genus hoc loquendi dictum esse a Græcis admonet Priscianus libro 18. eos enim ita dicere solitos,*

κόπτειν λόγους, aut κόπτειν ῥήματα.

Non oportuit relictas, portant quid rerum?) *Ita sæpe loquebantur veteres, cum magnam rei alicuius vim, aut copiã indicare vellent. Sic in Andria:*

Di boni, boni quid porto? & in hac ipsa fabula,

Modo

Modo pitissando quid vini absumpsit mihi?

Plautus in Epidico.

Tum captiuorum quid dicunt secum pueros, virgines,

Binos, ternos alius quisque: fit concursus per vias.

Cicero in Verrem: Quid lacrymarum putatis ipsum, profudisse Neronem?

64

Nam disciplina est ijsdem, mumerarier
Ancillas primum, ad dominas qui affectant viam)

præceptum hoc ita complexus est Ouid. in arte:

Sed prius ancillam captatæ nosse puellę
Cura sit accessus molliet illa tuos.
Hanc tu pollicitis, hanc tu corrumpe rogando:
Quod cupis, ex facili si volet illa, feres.

Enimuero reticere nequeo. multimodis iniurius)

Hic quoque, multimodis vt legas, ipsa versus ratio cogit. quod neminem antea animaduertisse, mirum est.

64

CLIT. Quid ago nunc? CLIN tu ne? quod boni)

In alijs omnibus tu ne? quod boni est. mirumque quam suo more, idest, quàm inepte, quamque ridicule locum hunc interpretentur litteratores. illius igitur nobis sententia, quam ante nos nemo tradidit, aperienda est. dicturus erat Clinia *cotinuata oratione: tu nè quod boni datur modo fruere, dum licet. nanescias, Eius sit potestas posthac, an numquam, tibi. Sed cum, eo loqui exorso, pergeret abire Syrus, interrupit illius oratioṇē* Clitipho*, & Syrū inclamauit: deinde ad* Cliniam *conuersus, dic modo verū, inquit. at Syrus indignabundus, age, inquit, modo. hodie sero,*

ro, ac nequidquam voles. tum demum Clinia interruptam orationem persecutus est.

Tibi erunt parata verba, huic homini verba) *venuste, huic homini, dixit, cum seipsum designaret, sic apud Plautum in Epidico.*

Quid verba facimus? homini huic opust quadraginta minis. Sic Demea Adelphis:

Vin' tu huic seni auscultare?

& apud Sophoclem Ulysses:

Ἰχθρὸς γε τῶδε τ' ἀνδρὶ καὶ τανῦν ἔτι.

& apud uripidem Admeti pater:

Μὴ θνῆσχ' ὑπὲρ τοῦ δ' ἀνδρὸς, οὐδ' ἐγὼ πρὸ σοῦ.

65

Luciscit hoc iam: cesso pultare ostium) *In omnibus libris præter Manutianis, locus hic inepte, & scriptus, & interpunctus erat, hoc modo: Lucescit: hociam ceßo pultare ostium &c. quæ sit autem uis huius orationis, Luciscit hoc iam, dixi quodam loco in commentario in Catullum.*

67

Quam ea nunc instructa pulchre ad perniciem siet,) *loquendi ratio a Plauto, ut uidetur, accepta; cuius cuius est uersus ille, Bacchidibus:*

Omnium ad perniciem instructa domus opime, atque opipare.

68

Consilia adolescentes; & tibi perdere) *Versus constare non uidetur. suspicor legendum, adulescētes: & ita scripsisse ueteres, cum uellent secundum huius nominis syllabam producere.*

68

Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis) *suspicor,*

suspicor fuisse in græco Menandri ὕπνον οὐχ ἑώρακα. siquidem ὕπνον ὁρᾶν, eodem sensu pulchre admodum ac proprie dicitur Aristophanes *Vespis;*

Ὕπνου σ᾽ ὁρᾷ τῆς νυκτὸς οὐδὲ πασσάλιον.

Ne nos inter nos congruere sentiant.) *Claudeo pro claudo, dictum a veteribus legis. sed & viuco, pro, viuo; & diceo, pro dico, vsitata aliquãdo fuisse, constat ex Nonio, apud quem citatur illud ex Næuio:*

tibi dum viuebo, fidelis ero.

vbi tamen vulgo male legitur, videbo. & itẽ illud ex eodem. Primũ quod dicebo, rectè; secundũ quod dicebo, eo melius ita necesse est, congrueo, hoc loco, non cõgruo, dictum fuisse a Terentio, intelligamus. nã nisi congruere legas, syllaba, quæ proxime ultimam est, producta, ut versus costet, non aßequeris

Dissolui me, otiosus operam ut tibi darem.) *in alijs, Dissolui me ocyus, operam vt darem tibi: sed, quin ea vera scriptura sit, quam nos ei, quę vulgo recepta est, anteposuimus cur dubitetur, caußa nõ est. primum Io. Pierius, spectatæ eruditionis, acerrimiq; iudicij senex affirmat, eam esse in optimo illo Romano libro; est & in altero eorum, qui olim Dominici Grimani Cardinalis fuere: nunc in hac vrbe, in cænobio sodaliũ Antonianorũ aßeruãtur. sed, & Bernardini* Lauretani *antiquus eam confirmat liber; & Terentius ipse alibi eodem modo locutus est:*

Nos otiosi operam dabamus Phædriæ:

Hoc autem loco potißimum libet pusillum quiddam, neque tamen contemnẽdum, cum studiosis communicare, id est super ratione scribendæ uocis, otium, quã uideo ab alijs per t, ab alijs per c litteram scribi; ac iam pridem Pierius, quo nemo vnquã subtilius, nemo

mo accuratius istius generis minima maxime pscrutatus est, in optimis illis bonæque frugis plenissimis annotationib. in Virgilium suis, quid hac de re sentiret, aperuit nam cum in Romano libro versum illū ita scriptum esse dicat.

Parthenope studijs florentem ignobilis oci,

alijs tamen locis omnibus eo ipso in libro otium affirmat legi profert et inscriptiones antiquas, librosque ueteres aliquot, in quibus ea uox per t litteram legatur. ego tantum Pierio tribuo, vt cum antea ocium & negocium scribere cōsueuissem, idque uerius putarem; postea, sola ipsius auctoritate motus a mea consuetudine discesserim. neque tamen, quid sententiam, dissimulādū puto. marmora, numismata ne antiqua, quæ hanc, aut illam scripturam confirmarent, mihi quidem inspicere adhuc non contigit. libros ueteres non nullos uidi, in quibus otium: multis partib. plures, in quibus ociū, scriberetur. adeoque nunc ipsum, de quatuor manuscriptis Terētij libris, quos habeo, in duobus etiam, in alijs duobus ocium perpetuo scribitur. habeo & Sallustium satis antiquum, in quo nunquam aliter, quàm ocium, & negocium legas. Ciceronis autem quotquot uidi ueteres libros, in eis eodem modo scriptum animaduerti. Paullus quidem Magnolus, magna homo doctrina, diligentia etiam admirabili cum Cicer. libros de Officijs accuratissime cum antiquis exemplaribus cōtulisset, testatum reliquit, se in antiquis omnibus ocium, & negocium per c litteram reperisse; mouet me quoque uehementer Donati auctoritas, qui in locum illum ex Eunucho,

Suspenciones, inimicitiæ, induciæ;

Induciæ, inquit, sunt pax in paucos dies, vel quod in diem

diem dentur, vel quod in dies ocium prębeant. quæ si posterior notatio vera est, dubitatione res amplius nullam habet, quin etiam si vera non si, credibile tamen est, Donatum aliquam probabilitatem secutum quæ nulla fuisset, si ipsius temporis, inducias per c, ocium autem per t, scribere eruditi consueßent. Pi*get super re tam tenui plura verba facere: neque sane magnopere laboro, vlra opinio recipiatur. non enim in eo positas eße, ut ille dicebat, Græciæ fortunas satis intelligo. cum tamen eruditissimi olim homines de singulis literis singulos libros scripsisse memorentur; nō est cur ego, qui præclare mecum agi duco, si per illorum uestigia reperire liceat, has disputationes mihi parum decoras putem.*

96

S. Garris. C. hæc facta ab illo oportebant Syre.) *antique dictum, ut in Andria, -que aßolent, quæq. oportent.*

69.

Nec cum malefacere crederem mi impunius Licere) *In alijs, malefacerem. nemo autem non videt, vna a nobis detracta litterula, quam commodum, quamque apertum sensum effecerit, qui obscurus antea, & perturbatus fuerat.*

Quid istuc quæso? qui istic mos est Clytipho? ita ne fieri) *Qui hunc versum temere immutarunt, nesciebant videlicet, fieri, prima producta, sepæ apud veteres positum esse. id ergo exemplis confirmandum est. Terentius.*

Credebam. mimine, scite poterat fieri.
Iniurium est: nam si esset, vnde fieret.

quem in locum etiam a Donato hoc ipsum notatur.

Argento

Argento opus eſſe, & id quo pacto fieret.

Plura ponerem, niſi hæc ſatis eſſe ad rem docendam arbitrarer. Apud Plautum autem quam multa eiuſmodi exempla ſint, ſciunt, qui poetam illum accurate legerunt.

70.

Atque eius amicam ſubagitare, vel heri in vino quam immodeſtus) *Ne quis hoc me loco quidquam mutaſſe parum conſiderate putat; teſtificor in quatuor libris calamo exaratis ita ſcriptum reperiſſe me, vt excudendum curaui. quo modo autem antea legebatur, in conuiuio, ita qui legit, magnum faciet, ſi verſus rationem explicare poterit quomodo nos legimus quadratus eſt hypercatalecticus in vino autem ita dictum eſt, vt apud Catullum,*

Marrucine Aſini, manu ſiniſtra.

Non belle vteris in ioco, atque uino.

71

-immo, ſi ſcias.

Hoc vide, quod inceptet facinus.) *In alijs, Vah vide ſed ita, ut ego emendaui. legitur in libro Lauretani, in duobus* Antonianis, *& in vetere Veneto. hoc autem genere loquendi vſus eſt & ſupra, in hac ipſa comœdia:*

Hoc uide in mea uita tu tibi laudem is quæſitum ſcelus.

71.

Mane, mane. quid eſt, quod tam a nobis grauiter crepuere fores?) *De hoc loco quid ſuſpicer, iam ante dixi: legendum videlicet, crepuit foris alioqui enim verſus iuſto longius excurrit. ueteres tamen libri ita habent, ut ipſi edimus.*

Nisi me animus falit, hic profecto est anulus, quem ego suspicor.) *Cum Chremes, & Syrus in prosceenio remanserint; non sane uideo, quomodo*

87.

Sustulisti. Sy. si sic factum est domina, ergo herus damno auctus est.) *In alijs omnibus hoc modo sustulisti. SO. sic est factum.* SY. *domina. ergo herus damno auctus est.*

quæ quidē mihi scriptura seipsam refellere videtur. nam si dicenti viro, Sustulisti, respondeat Sostrata, sic esse factum: primum inutili se mendacio obligabit: neque enim faliam sustulerat ipsa, sed exponendam dederat. deinde quo modo illa conuenient, quæ ab eadem postea dicuntur:

Minime. sed erat hic anus Corinthia *haud impura. ei dedi*

Exponendam. sed nolo in re certa argumentis abuti. etenim intelligentes admonere satis est: de cæteris non laboro. illud modo teneatur, quo modo nos edidimus, ita in omnibus ad vnum, quos quidem ipsi vidimus, calamo notatis libris legi.

73.

Nisi fallit me animus, haud multum a me aberit infortunium) *Hæc, cum in alijs separentur, in meo manuscripto continuantur cum superioribus, neque caussa est, cur separari debeant.*

Nihil est: triumpho, si licet me latere tecto abscedere.) *Hoc loco, vtrum, neque satis scio, neque, si sciam, dicere ausim; alterutrum quidem sine dubio necesse est, ut aut solus ex ijs, qui versum hunc ad huc interpretati sunt, recte sentiam, aut solus errem,*

nam

nam cęteri omnes, latere, vt verbum accipiunt: ego nomen esse statuo. ac illi quidem quam sententiam efficiant, non est obscurum ego vero ita intelligo: vt hanc suam Syrus emungendi pecuniā Chremetis inceptionem cuidam gladiatorio certamini comparet, in quo se cum illo depugnare oporteat sicut autem primum illud est gladiatori, vt antagonistam feriat: quod si non possit, proximum est, vt saltem bene tegat latus suum, nullaq; plaga accepta, abscedat e pugnat. ita Syrus primum sibi illud fuisse dicit, vt senē argento circumduceret, sed cum rem in eum locum deductam uideat, magnum vt periculum sit, ne omnia fiant palam nihil esse ait, quòd iam senem quasi ferire pecunia illa cogitet: triumphare se, ac putare secum pręclare actum iri, si ex hac pugna, latere tecto, possit abscedere: idest, si ita possit euadere, nihil vt ex eo, quod iam factum est, nanciscatur mali.

74.

Tu fortasse, quid me fiat, parui curas) *In alijs. parui pendis ego omnium veterum librorum consensum secutus sum.*

76.

ius summum sæpe summa malitia est.
in meo manuscripto summa iniuria est.

77.

Sed pater egreditur. caue, quidquam admiratu'sis,
Qua causa id fiat, obsecundato in loco;
Quod imperabit, facito; loquitor paucula.) *Antea praepostero ordine legebantur hi uersus, in hunc modum:*

Qua caußa id fiat, obsecundato in loco.

Sed pater egreditur. caue, quidquam admiratu' sis:
Quod imperabit, facito: loquitor paucula.

nullus autē sensus illo modo extorqueri poterat: qui nunc & optimus est & uel pueris perspicuus ita me mini olim, cum in Academia Parisiēsi libros de Diuinatione publice interpretarer, emendatum a me esse locum quendam ex primo eorum librorum qui, ut est in impressis libris nullo modo intelligi potest. uersus sunt Accij, *quos ibi Cicero citat:*

Cum iam quieti corpus nocturno impetu.
Dedi, sopore placans artus languidos:
Visum est in somnis pastorem ad me appellere,
Duos *consanguineos arietes inde eligi,*
Pecus *lanigerum eximia pulchritudine,*
Præclarioremq. *alterum immolare me,*

sunt autem legendi hoc ordine:

Visum est in somnis, pastorem ad me appellere
Pecus lanigerum eximia pulchritudine:
Duos consanguineos arietes inde eligi,
P*ræclarioremq. alterum immolare me.*

77

Mihi nunc, relictis rebus, inueniendus est) *In aliqs, relictis omnibus; non male. Sed, in omnibus manuscriptis quod repereram, id repræsentandum curaui. est autem ita locutus & in Andria:*

Herus me, relictis rebus, iussit Pamphilum &c.

78

Nam te scientem faciam, quidquid egero.) *Ita est in meo manuscripto, & in vetere Veneto: est autem dictum, te scientem faciam, pro, te consulam, te certiorem faciam.*

In illum nil potest: nam exuperat eius stultitia

omnia hæc) *Nihil muto. volo tamen indicare, quid in veteribus libris repererim, in meo manuscripto æperte legitur:*

-nam exuperat eius astutia omnia hæc.

in libro Lauretani *legitur quidem stultitia; sed aut eadem, aut certe alia non minus antiqua manu emendatum, astutia in vno etiam* Antonianorum *eadem varietas ad marginem libri anotatur. videbunt alij et quid ironia illa venustatis habeat.*

79

Sponsæ vestem, aurum, atque ancillas opus esse argentum vt dares) *Ita emendaui e mio manuscripto; cum ab alijs abesset particula, atque; versusque idcirco claudicaret.*

79

Quemquam ne animo tam comi esse, aut leni putas) *Ita plane est in uetere Veneto. a manuscriptis abest particula, ne. ne quid tamen dissimulem, & in vetere Veneto, & in manuscriptis ita legitur: cōi quod vtrum ualeat, comi, an, ut in alijs, communi, satis liquido affirmare non possum.*

Quot incommoda tibi in hac re capies, nisi caues?) *Ita emendaui ex omnibus antiquis libris: cum antea contra rationem uersus legeretur:*

Quot incōmoditates in hac re accipies; nisi caues?

Quid hoc quod uolo) *In alijs, quod rogo sed, uolo, est in omnibus ueteribus, ualet autem, cupio; ut non uoluntatem modo, sed desiderium etiam declaret. sic in* Andria:

-sin eueniat, quod uolo,

In Pamphilo ut nil sit moræ, restat Chremes.

83

Quam pudet; neque, quod principium incipiam ad placandum, scio) *In impressis omnibus, quod principium inueniam; sed in omnibus antiquis, quod principium incipiam idque lepidius uidetur.*

84

Quam volo: S. nunc laudo te gnate. Cl. Archonidis filiam) *In alijs, nunc laudo Gnate. Goueanus senserat, abesse aliquid a uersu. itaque addidera ad finem, uolo, hoc modo: Archonidis filiam uolo. sed repugnant ueteres libri hoc, quod ego posui, scriptum est in libro Lauretani, & in uetere Veneto. Archonidis autem legendum est, producta syllaba ni: ut tale sit: quale illud apud Sidonium:*

Orchestram quatit alter Euripidis.

M. ANTONII MVRETI

IN ADELPHO TERENTII

ARGVMENTVM

MITIO, *& Demea, duo dissimillimo fratres ingenio fuere, ille Vrbanam uitam secutus est; hic rusticam: ille cælebes uixit; hic uxorem duxit, ille ingenio lenissimo; hic asperrimo: ille mitis etiam in alienos; hic sæuus etiam in suos: ille etiam in ira placidus; hic etiã circa iram ferox.* Erant *Demeæ filij duo: ex quibus natu maiorem Aeschinum sibi adoptauit Mitio, eumque secum in urbe liberalissime, indulgentissimeque educauit; minorem Ctasiphonem ru-*

ruri secum seuere imprimis, ac restricte habuit pater Aeschinus multas meretrices, patre ad omnia conniuente adamauit: multa conuiuia celebrauit. quæ denique iuuentus fert, ea omnia non libere modo, sed etiam licenter exercuit. postremo vsque eò progressus est, in virginem pauperculam quidem, sed bonam, binis prognatam, Pamphilam nomine, quam mater Sostrata vidua sancte secum & pudice vt poterat, aducabat, noctu temulentus cum incidisset, vim ei attulit grauidamq. fecit. venit postea ad matrem illius, veniam petens, pollicensq; se puellam vxoré ducturum ea fide data, & ignotum est. & tacitum. Ctesipho, cum in urbem interdum venti taret, ipse quoque citharistriæ cuiusdam amore correptus totam eius rei famam, ne qud emanaret, ac perueniret ad Demeam, in sese Aeschinus transferebat. tandem cum leno, puellæ dominus, aut pecuniam sibi, quanti erat, vellet in manum dari, aut se eam alij venditurum minitaretur: adductus in summam desperationem Ctesipho, iam de relinquenda patri cogitabat. cum Aeschinus re intellecta, qui nullo neque pudore teneretur neque metu, domum lenonis per uim ingressus est, & ipsum, & familiam contudit pugnis puellamque per uim abreptam tradidit fratri. Spargitur tota vrbe rumor. venit Demea, Mitionem obiurgat, inclamat, testatur deos, atque homines, quod dissolutus, quod intemperans quod vinosus, quod scortator, quod nuilius bone rei Aeschinus foret omnem in Mitione uno hærere culpā: dijs gratias agere, quod ille saltem, quem ipse ruri haberet, fruge, ac temperans esset; rei studeret, & famæ illarum rerum nihil

hil ne cogitaret quidem: tantum videlicet intereßet inter suam, & fratris disciplinam. placat hominem, quantum in se est, Mitio: iamque se ab eo expediebat, cum superuenit illud, quod maiores etiam tumultus excitaret, raptam ab Aeschino citharistriã perfertur ad matrem Pamphilæ, quæ quidem Pamphila ita erat ad pariendum vicina, ut iam e dolore laboraret. quid faceret misera? mutatum Aeschini animum se vero, filiamque suam proditas per summam perfidiam, ac desertas putabat. Getam seruum, qui pauperem familiam solus, ut poterat, alebat, mittit ad Hegionem, puellæ cognatũ, iubetque ei rem, ut erat, exponere. interea audierat Demea suum quoque Ctesiphonẽ in raptione affuisse. iãque totus in fermẽto, ut aiunt, erat: cum ei Syrus, seruus uaferrimus, mendaciolum aspergit: uenißet quidẽ rure Ctesiphonem, sed uenisse obiurgatum Aeschinum; multa ei medio foro mala dixisse, deinde rediisse rus in præfecturam suam. lacrumare gaudio Demea, & gratulari sibi, quod unum saltem haberet, in quo exstaret paternæ seueritatis exemplum. dum rus redit, incidit in Hegionem, a quo de constuprata per uim ab Aeschyno Pamphila intelligit. denuo commotus dum fratrem, ut in eum iram euomeret, quærit, obuiam habuit mercenarium a uilla, ex quo sciscitatus de filio, accipit, non esse ruri. redit ad Syrum; a quo ei rursus nouum mendacium, uelut offa in os, ne latraret, obiicitur, quærit, ubi fratrem reperire posset id uero ita indicauit Syrus, ut infelix senex, dum illius uerbis fidem habet, nequidquam omne oppidum perreptauerit. interea Mitio omnium. ab Hegio certior factus. ipsemet ad
mulieres

mulieres profectus, iacentes iam, & afflicta erexerat, labantes & dubias confirmauerat, tristitia ac mærore confectas recreauerat, pollicitus, se Aeschino Pamphilam vxorem daturum uenit Demea. clamor, iurgium, conuincia. etiam eo præsente, seruulus quidam Ctesiphonē per imprudentiā nominat. ille cum subito per uim in ædes irrupisset; quem iampridem putabat ruri fodere, aut arare, aut aliquid ferre denique, eum accubantem cum amica, & suauiter potitatem deprehendit. ibi vero tanta iracundia incitatus est, ut arderet. satis diu vociferatus cū esset, tandem placida & composita Mitionis oratione eo perducitur, ut deposita uetere sæuitia, benignus, affabilis lepidus esse meditetur. itaque ipse non permittente tantum, sed etiam iubente, puer per a domum traducitur: fiunt nuptiæ; lenoni numeratur argentum; Mitio ipse Sophronam ducit vxorem; Hegioni datur, unde uiuat, Syrus una cū Phrygia uxore manumititur. cum Mitio, *ceterique omnes, sed tamen præcipue Mitio illā tantam, tam insperatam, tam subitā mutationem admiraretur; graui & cordata oratione claudit fabulam Demea; si omnia profundere si in omni libidine, ac nequitia uiuere, si totam rem belluationibus, scortationibus, largitionibus consumere libeat, nihilo id sua magis, aliquanto etiam minus, quo sibi minus ętatis super sit, quam aliorum interesse; sin corrigi se in loco, & modice coerceri atque admoneri uelint, eum esse, se, qui id præstare possit permittuntur ei omnia. ita fabula concluditur.*

SCHOLIA.

Adelphi Terentij) *In omnibus antiquis libris non* Adelphi *sed* Adetphœ *legitur idque ego , nequid dissimulem, uerius puto.*

Acta ludis funeribus L. Aimili, Paulli. *Ita est summo consensu in antiquis libris; vt valde mirer, qua stultitia quidā alij ex* Funeribus *fecerint,* Funeralibus, *&* L. *Paulli nomen sustulerint.*

Q. Fabio Maximo, P. Cornelio Africano) *Horum uterque L. Aemilij filius fuit: sed ille a Q. Fabio Maximo, hic ab Africani superioris filio adoptatus.*

Aedilbus curulibus.) *Hoc perspicue falsum est: quod ante me an quisqum animaduerterit, nescio; nemo quidem certe tradidit. falsum ante esse, ita doceo primum, quod nusquam reperietur, ludos funebres pertinuisse ad ædilium curam: præterquam apud grammaticum illum, quisquis est, cuius ante Terentium, sub Donati nomine, quisquiliæ quædam haud magni pretij leguntur. is autem eadem videlicet eruditione, eodēque iudicio illudicio tradere potuit, quo, quatuor eße ludorum species, et Megalenses fuisses magnis dijs consecratos: & Apollinares pertinuisse ad curam ædilium. quæ quam vera sint, suo loco diximus. deinde, si hi duo fratres simul ędilitatem illam maiorem gessissent, aliqua profecto tam inusitatæ rei ab historicis fecta mentio esset, præcipue a Paterculo, qui huius generis aliquot exempla subtiliter, & accurate annotauit. Sed quid argumentis opus est? vnicum satis est ad præciden-*

dum

dum omnem dubitandi occasionem. P. Cornelius Aemilianus quo de hic manifesto agitur, nunquam aedilis fuit: immo verum annum agens XXXVI, *cum aedilitatem peteret, consul creatus est. auctoris, quem modo nominaui, Paterculus. corruptum esse locum; ostendi; ideoque asterisci notam apposui. nunc, quo modo ei medicina facienda sit si potero, ostendam. in uno Antonianorum reperio:* Q. Fabio Maximo, P. Cornelio Africano Aedilibus curulibus, quos fecere. *inde suspicor, expungendas esse voces illas,* Aedilibus curulibus, *legendumque hoc modo:* acta ludis funeribus L. Aemili Paulli, quos facere Q. Fabius Maximus, P. Cornelius Africanus *ita confirmat hanc opinionem Donatus, vt vix vlla dubitatio relinquatur. is enim in* προλεγομένοις *in Hecyram, de* Hecyra *ipsa loquens: Postremo, inquit, data est ludis funeribus* L. *Aemilij Paulli, quos fecerunt Q. Fabius Maximus, & P. Cornelius Africanus. quamquam autem non id mihi consilium est, hoc quidem tempore, vt ea, in quibus grammatici errauerint, persequar; tamen iniecta me Donati mentio facit, vt quiddam, quod ille in ijs, quae praefatus est in hanc fabulam dixit, praetermittere silentio non queam eius igitur verba sunt. Hanc dicunt ex Terentianis secundo loco actam, etiam tum rudi nomine poetae: itaque sic pronunciatam, Adelphae Terentij non, Terentij Adelphae: quod adhuc magis fabulae nomine poeta, quam de poetae nomine fabula, commendaretur. Haec Donatus: quae si vera sunt; omnes propemodum, quas hodie habemus, Terentij fabularum inscriptiones falsas esse oportet.*

tet. Siquidem Hautontimorumenos acta inscribitur Ti. Sempronio, M. Inuentio cos: Eunuchu, M. Valerio Messalla, C. Fannio Strabone eos codemq. anno sed, non ijsdem ludis, Phormio: Adelphœ uero L. Anicio Gallo, M. Cornelio Cethego cos, ut si ordinem temporum seruare libeat, non secunda, sed quincta potius collocanda sit. aut igitur errat Donatus, aut sunt, vt supra dixi, omnes illæ inscriptiones repudiandæ.

85.

Eam Commorientes Plautus facit fabulam.) *Varro tamen Commorientes Plauti esse non putabat. eius e primo de comœdijs Plautinis hęc verba referuntur. Nam nec Gemini, nec Lenones, nec Condalium, nec Anus Plauti, nec Bis compressa, nec Bœotia vmquam fuit, neque adeo ἄγροικος, neque Commorientes: sed M. Acutici.*

91.

Ego illam facile vero mitto) *Ita emendaui e manuscriptis libris; cum antea legeretur, Ego illam hercle uero omitto, versus autem quo modo constet, non video, nisi legas, -qui te fratem habeam quidem.*

93.

Hera, lacrumas mitte, ac potius, quod ad hanc rem opus porro est prospice) *Ita est in veteribus libris; non vt in alijs, consule.*

Qua propter quoquo pacto tacito est opus) *In alijs, cœlato est opus: sed versus non costabat. hoc quoque ex veteribus libris emendatum est.*

-sinerem illum? aut non sex totis mensibus.

Prius olfecissem, quam ille quidquam cœperit?) *Ita perspicue legitur in meo manuscripto, & alioqui*

scri-

scripturam hanc agnisci, & approbat Priscianus.

-tuum ne filium?

(Abigam hunc rus) iamdudum aliquid ruri agere arbitror.) *Alij illud, Abigam hunc rus, faciebant dici à Demea inepte. id enim secum de Demea ipso mussitat seruus; porro præterquam quòd in meo manuscripto ita plane legitur, idem etiam ex Donati interpretatione non obscure colligi potest.*

99.

ACTVS QVARTI, SCENA III.

Ego hanc *actus quincti scenam primam esse duco. abijt enim Demea quæsitum fratrem, Syrus sorbillatum cyathos: itaque scena uacua rem ansit, infra autē, ubi dicitur esse principium actus quincti, id verum esse non potest, cum Aeschichinus in scena maneat.*

100.

Propter suam impotentiam se semper credunt negligi) *Donatus admonet, in quibusdam libris legi, se semper credunt caluier. Valet autem id verbum idem, quod, falli ac circumueniri.*

101.

Perij, horresco semper, vbi pultare 'hasce occipio fores miser) *Vltima dictio huius versus, quæ in alijs deerat, in omnibus ueteribus legitur, qui autem tollunt, fores & contra ueteres libros faciūt, & corrumpunt uersum, qui quadratus iambicus esse debet.*

103.

Non clamas? non insanis? M. non malim quidem.) *Alij illud, malim quidem, faciebant dici a Demea, aut nullo sensu, aut inepto. Dicitur a Mitione: & habet hunc sensum: Malim quidem, si fieri possit,*

possit, aliter esse: sed quandc quod factum est, infectũ fieri non potest, æquo animo fero. tale aliquid cum dicere pararet, impeditur a Demea.

103.

Ita vita est hominum.) *Comparatio Platonica:* κυβείᾳ γὰρ ὁ Πλάτων τὸν βίον ἀπείκασεν ἐν ᾧ καὶ βάλλειν δεῖ τὰ πρόσφορα, καὶ βαλόντα χρῆσθαι καλῶς τοῖς πεσοῦσι *Plutarchus* ἐν τῷ περὶ εὐθυμίας.


104

Hei mihi, quid faciam? quid agam? quid clamem? aut querar?) *Alij omittebant illud, quid agam? quod tamen & est in antiquis libris, & agnoscitur a Donato, & ad versum necessarium est.*

M. ANTONII MVRETI

IN PHORMIONEM TERENTII

ARGVMENTVM.



CHREMES, & Demipho fratres *Athenienses erant, Chremes Athenis vxorem diuitem, ac bene dotatam duxerat Nausistratam: & ex ea susceperat filium Phædriam, habebat Nausistrata, præter cæteras opes, opima prædia in Lemno: eò igitur Chremes quotannis, ad ea locanda, capiendosque fructus, commeabat. dum illic residet, pauperculæ cuiusdam mulieris amore correptus, eam quoque ducit vxorem, & ex ea suscipit filiam Phanium: ac ne res*

emanaret, commutato nomine. Stilphonem se Lemni uocari iubet, detrahebat autem è fructibus prædiorum vxoris Atheniensis, quantum satis esset ad illam alteram vnà cum filia nutriendam: deinde Athenas reuersus, aut calamitatem, aut utilitatem, aut tale aliquid causabatur. Erat Demiphoni filius Antipho. Cum *igitur Phanium quindecim iam haberet annos, conueniunt inter se* Chremes, *& Demipho, vt* Chremes *quidem &* Lemniam *vxorem &* Phanium *Athenas clanculum adduceret; Demipho uero Phanium filio suo uxorem daret eius rei causa preficiscitur in Lemnum Chremes. eodem tempore accidit, ut* Demiphoni *quoque iter esset in Ciliciam: abeuntes ambo, Getæ (is Demiphonis seruus erat) filios commitunt suos profectis senibus,* Phædria *se statim cithari striæ cuiusdam amore implicat. Sed hoc erat incommodi, quod, qui a lenone amaret, quod daret, nihil habebat, interea vxor è Lemno, quæ, propter paupertatem, uiri diutius forte quam solebat, morantis a duentum expectare non poßet, conscensa naui, Athenas vnà cum filia, et nutrice ipsius venit quærunt Stilphonem frustra; Athenis qui quem quam eo nomine noßet, reperiebatur nemo. ibi mater (tanta eam ęgritudo ceperat) moritur, & funus vnà cum nutrice procurantem Phanium cum aspexißet Anthipho subito amore illius exarsit. venit ad nutricem postridie, vt eius sibi copiam faceret, obsecrans illa se, nisi, puellam vxorem duceret facturam negat. illi, cum, quiduis facere cuperet, & patrem absentem vereretur, parasitus Phormio hoc consiliũ dedit lex erat Athenis, vt orbas puellas, qui eis genere proximi eßent, ducere; aut si id nollent, dotem*

eis dare cogerentur. ego, inquit parasitus, simulabo, me patris virginis amicum fuisse, ideoque causam illius suscipere; vocabo te in iudicium tanquam illius cognatum tecumque lege agam, vt eam ducas, tu ita te defendes, vt mihi facilem victoriam præbeas: ita condemnabere sic fiet. vt & tu potiaris tua & patre reuerso, paratam excusationem habeas. ità fiunt omnia, vt parasitus suaserat. confectis iam nuptijs, eodem die ambo redeunt senes turbari vterque, ille, quod filius indotatam vxorem. se absente duxisset: hic, quòd uereretur, ne, erepta sibi hac collocandæ filiæ occasione, tota res fieret palam. eo ipso die leno citharistriæ quam Phædria amabat, dominus, nisi sibi pro ea triginta minæ, darentur, vendituruṁ se eam minitabatur. ad eas conficiendas hanc fallaciam Geta confingit: ait senibus, se cum Phormione collocutum: Phormionem vero, si sibi dotis triginta minæ darentur, paratum eam vxorem accipere, quam duxisset Antipho. eam pecuniam Demipho a Chremete sumptam numerat Phormioni. is eam Phædriæ; Phædria lenoni pro amicam tradit. cum hæc iam confecta essent, agnoscitur Phanium. ibi vero senes gaudere quòd, quas nuptias ipsi facere moliebantur, eæ ipsis absentibus, atque inscientibus factæ eßent, sed dolebant, sibi perijsse triginta minas. eas dum a Phormione, primo blanditijs, postea etiam per vim eripere conantur: Phormio, qui iam de duabus Chremetis vxoribus, deque tota re intellexerat, inclamat Nausistratam, eique aperit omnia. Illa, cum aliquandiu de viro conquesta esset, tandem placatur, filiq. ipsius iudicio omnia se permissuram pollicetur.

SCHO-

SCHOLIA.

111.

Minu'multo audaciter, quam lædit, lederet.) *Primum ab imperitis factum erat, ex audaciter, audacter: deinde interiecta particula, nunc, ad fulciendum versum ego, quid in meo manu scripto libro perspicue scriptum erat, id reposui, aduerbium autem audaciter etiam a Cicerone vsurpatũ fuiße, alibi docui ex* Priſciano.

114.

Et si tibi res sit cum eo lenone.) *Ita quidem aperte legit Donatus: sed in omnibus tamen libris veteribus, Quòd si tibi res sit: quæ lectio nihilo, vt ego quidem arbitror, deterior est.*

116.

Ita ne tandem vxorem duxit Antipho iniussu meo?) *Alij omnes hic faciebant principium actus secundi. quàm inepte, nemo non videt. neque enim scena remanet vacua. neque dubitatum, quin ibi sit principium secundi actus, vbi a nobis constitutum est.*

119.

Nam, ni ita eum existimassem, nunquam tam graues.

Ob hanc inimicitias caperem in vostram familiam,

Quam is aspernatur tunc tam iliberaliter.) *In horum versum secundo, particula, ob, vt videtur, est extra versum in eodem autem, nostram, pro, vostram, alij scripserant putantes id, quod sequitur, Quam is aspernatur, ad familiam referri. falso. ad*

ipsam

ipsam enim puellam refertur. neque vero se Phormio cognatum puellæ esse fingebat. vostram familiam, aperte legitur in antiquis.

120. -nam tua

Preterierat iam ducendi ætas) *Iam emendaui ex ueteribus libris; cum in alijs esset, ad ducendum,*

Hei, metuo lenonem, ne quid suat suo capiti) *Profecto nunquam quisquam satis attente veteres inspexit libros, hoc adeò ex ea re venit in mentem mihi ego aliquot abhinc annis, cum primum hæc scholia diuulgare meditarer; Terentijs fabulas cum plurimis calamo exaratis voluminibus, quàm potui, diligentissime contuli. præcipue autem vnum, quod adhuc habeo, quia cæteris emendatius videbatur, ita diligenter inspexi, liquido vt me iurare posse arbitrarer, nihil in eo, quod quidem alicuius momenti esset, non accuratissime excussum. sed cum postea eundem librum euoluerem, ualde equidem opinione falsum esse me comperi. nam cum alia multa minime negligenda deprehendi, tum hunc locum, quem nũquã antea intellexeram, illius ope percepi. cũ enim in alijs omnibus eodem modo scriptum sit,*

Hei metuo lenonem ne qui suo suat capiti: *solus hic meus, quem dico, ita habet:*

Hei metuo lenonem, ne quid suat suo capiti. *quæ scriptura horum verborum sententia, quæ antea latuerat facile comprenendi potest. Suere enim apud* Latinos, *vt & apud Grecos* ῥάπτειν *interdum ualet idem, quod, aliquid, quod alteri damnosum sit, struere ac machinari. cum igitur dixisset* Antipho, *se metuere, nequid leno sueret, id est, ne quid dolos molicretur, addit, suo capiti: quorũ verborum est. ea*

sequæ

est quæ quidem res ipsi lenoni vertat male, atque in ipsius caput recidat. Ita autem loqui solites veteres, exempla indicabunt. Demosthenes in Aeschinem: ἅσοι καὶ τοῖς σοῖς οἱ θεοὶ τρέψειαν εἰς κεφαλήν. Terentius Hecyra.

Aliquid tulisse commiscentur mali.

Capiti, atque ætati illorum morbus qui auctus sit. Cælius ad Ciceronem. *Te ad* IX. *Kal. Iun. subrostrani, quod illorum capiti sit, dissipårant periisse:* Cicero ipse, *libro* VIII. *ad Atticum Multa, inquam, mala cum dixisset, suo capiti, vt aiunt. quo quidem loco, quin ad hunc Terentianum Cicero respexerit, mihi dubium non est.*

123.

Do. Neque ego, neque tu. *) In eodem illo libro, hoc non a Dorione, sed à Phædria dicitur: vt sit sensus, Neque ego quidquam efficere potui, neque tu poteris.*

123.

Fieri miserum, qui me dudum, vt dixti, adiurit comiter?) *Qui legebant, adiuuerit non animaduertebant, versum ὑπερκατάληκτον fieri. vt autem hic adiurit, pro adiuuerit, dictum est sic apud Ennium, adiuro, pro adiuuero.*

O Tite, si quid ego adiuro, curam ve leuasso.

vbi vulgo perperam legitur, adiuto.

124.

Nam hanc conditionem si cui tulero extraneo. *Ita est in antiquis, omnibus. at alij fecerant extrario, quam, vocem ego quidem latinam non puto.*

127.

Huic mandes. qui te ad scopulum e tranquillo inferat.) Nihil *addidi, nihil detraxi, nihil immutaui:*

mutaui, sed; quod in meo vetere libro erat, quia sine ulla dubitatione uerum putabam, quàm potui, fidelissime expressi?

Interea amici, quod polliciti sunt, dabunt.) *Hunc quoque locum e moe illo libro emendaui: cum in alios omnes, e glossemate aliquo, irrepsisset vox, argentum: quę ita deformabat uersum, vt ualde mirer, ne Goueanum quidem eam sustulisse,*

132.

curialis vernula est, qui me vocat.) H*ic mihi auxilio fuit vetus Venetus: nam in ceteris omnibus hæ omnes voces desiderabantur.*

133.

Sed hinc concedam in angiportum hunc proximum.) *Ita legendum esse, admonet* Priscianus. *& ita legitur in meo manuscripto, & in vno Antonianorum.*

Hesus, quanta quanta hæc mea paupertas est, tamen.) *Ita legendus est hic locus ex libro Petri Bembi, & ex libro Bernardini Lauretani.*

134.

In ius? enimuero si porro esse odiosi perggitis.) *Quid de illo, in ius faciam, nescio. nam & versum pede vno quam par est, longiorem facit, & tamen neque repetitio illa inuenusta est, & legitur in omnibus antiquis libris.*

Vel oculum exsculpe. est, vbi vos vlciscar probe) *Ita emendat Bembus. in omnibus tamen antiquis reperio, vt in impressis,*

est, vbi vos vlciscar, locus.

135.

Quo nominat me?) *Ita est in libro* Lauretani, *& is*

duobus

duobus Antonianis, melius, & magis ad antiquorũ consuetudinem quàm vt in alijs Quis.

-quid nunc obticuisti?) *In meo, & in vno* Antonia*norum, pro, obticuisti, legitur, obstupuisti.*

136.

Exequias Chremeti, quibus est commodum ire, hem tempus est.) *Ita erat in duobus Antonianis. alijs, iam tempus est: sed doc versus ratio repudiat.*

136.

Singillatim, qualis in istum fuerim?) *Ita correxit meo libro, et ex illo Lauretani. nam in alijs, erat, qualis in hunc fuerim, neque ita lepide, & contra rationem metri Sigilatim, autem pro, singillatim, qui dicunt, errant.*

M. ANTONII MVRETI

IN HECYRAM TERENTII

ARGVMENTVM.

PAMPHILVS, *Phidippi e Sostratæ vxore filius, Bacchidem meretricem deperibat. is cum aliquando noctu ad eam temulentus iret, in Philumenam,* Lachetis, *& Myrrhinæ filiam, incidit, eamque in via per vim compressit. atque ita effugit, vt neque ipse eam, neque puella ipsum cognoscere potuerit. in illa autem lucta etiam annulum ei detraxit, eumque Bacchidi domo dedit, paulo post pater eum, tum vt a meretricio amore auerteret, tum vt præsidium*

suæ senectuti pararet, ad vxorem *ducendam perpulit. contigit, vt ea ipsa vxor ei daretur, quam ipse constuprauerat : gaudente admodum puellæ matre, quæ, quia sola conscia erat filiam è stupro grauidam esse, quamprimum eam collocare properabat, vt, si forte post aliquot menses pareret, nuptijs, quem admodum sæpe fit, obtegeretur stuprum cecidit res longe aliter, ac putabatur. etenim Pambilus, qui inuitissimus adiecißet animum ad rem vxoriam, quique auellere se depente a* Bacchidis *amore non posset, ita dormijt cum vxore, vt eam ne attigerit quidem.* Bacchis *quòd, ea viua nunquam se vxorem ducturum, sæpe ei promiserat* Pamphilus, *non nullam sibi ab eo factam iniuriam putans, multo ei minus, quàm solebat, placida & obsequens eße cæpit. factum est, vt* Pamphilus *ei se paulatim subduxerit, quamque prius spernebat vxorem, eius mirificum quendam amorem animo conceperit. interea quiddam accidit, vt iter* Pamphilo *in Imbrum esset. profecto eo, Philumena, quæ intumescere sibi vterum sentiret, cum aliorum; tum socrus inprimi suæ conspectum refugiebat, tandem cum in eo esset, vt cælare vix poße amplius videretur, sumpta occasione, per sacrificandi speciem, ad matrem se, vnam omnium rerum consciam, confert. post dies complusculos mittit Sostrata, qui eam accerserent. respondetur, ægrotam esse. it, vt eam saltem viseret. non admittitur.* Phidippus *accusare vxorem, & dicere, hæc omnia illius culpa contingere. illa contra excusare se, & cul-*

pam

pam deprecari: nullius se rei consciam esse, cur sua consuetudo nurui ediosa esse, debeat. interea redit Pamphilus. *atque ita sors tulit, vt quo die ipse Athenas appulit, eo ipso,* Philumena *partu leuaretur. cum igitur, videndi cupidus, (ægrotare enim acceperat, & ita amabat, vt qui vehementissime) subito ad eam ingressus esset, peperisse, deprendit. ibi eum Myrrhina exeuntem prosecuta, lacrumans, obtestari cœpit, quando ea res nihil ipsi nocitura esset; ne reciperet quidem vxorem, si ita videtur: sed tamen ne familiam ilius proderet, ita se facturum recipit. cum igitur neque vellet vxorem recipere, neque rursum veram afferret caußam: suspicati sunt senes, eum,* Bacbidis *adhuc amore impeditum, ea de caußa ab vxore abhorrere. accersitam itaque* Baccbidem *obiurgat* Phidippus. *ea, cum se illi purgaßet, iubetur ad mulieres ingredi, & eis quoque illam suspicionem adimere ingreditur, annulum habens in digito, quem olim* Philumenæ *ereptum, sibi dederat* Pamphilus. *is annulus effecit, vt vitiatam esse ab ipso* Pamphilo Philumenam, *cognosceretur.* Lætus Pamphilus *& vxorem, & filium recipit.*

SCHOLIA.

140.

Ita me di bene ament, haud propterea te rogo vt) *Ita reperio in omnibus antiquis libris. Donatus tamen legit, amabunt, quod si recipias, aut delenda erit vox, te, aut non constabit versus.*

140.

Ah noli Parmeno) *Consuetudinem hanc ineptorum*

rum hominum; qui flammam ardene, vt dicitur, in ore potius, quam quidquam secreti, contiberent, & tamen simulant, nolle ea, quæ sciunt, detegere, atque orari volunt, festiuissime expressit Lucianus in conuiuio: cuius verba, quoniam & leporis plena sunt, huic Terentij loco plane gemina, ascribere non grauabor. Colloquuntur autem inter se Lucinus & Philo: *è quibus cum Lucinus & dixisset* ἐγὼ δέ, ἄπαγε οὐκ ἄν τι τοιοῦτον εἴποιμι. *Ita excipit Philo.* Θρύπτῃ ταῦτα ὦ Λύκινε, ἀλλ' οὔτι γε πρός ἐμὲ οὕτω ποιεῖν ἐχρῆν, ἀκριβῶς γιγνώσκων, πολὺ πλέον ἐπιθυμοῦντά σε εἰπεῖν, ἢ ἐμὲ ἀκοῦσαι, καί μοι δοκεῖς εἰ ἀπορήσειας τῶν ἀκουσομένων, κἂν πρὸς κίονά τινα ἢ πρὸς ἀνδριάντα ἡδέως ἂν προσελθὼν ἐκχέαι πάντα συνείρων ἀμυστί. εἰ γοῦν ἐθελήσαιμ' ἀπαλλάττεσθαι νῦν, οὐκ ἐάσεις με ἀνήκοον ἀπελθεῖν, ἀλλὰ ἕξεις καί παρακολουθήσεις, καὶ δεήσῃ. κἀγὼ τε θρύψομαι πρὸς σὲ ἐν τῷ μέρει. καὶ εἴ γε δοκεῖ, ἀπίωμεν, ἀλλ' αὐτὰ πεύσομαι, σὺ δὲ μὴ λέγε. Λυ. μηδέν πρὸς ὀργὴν· διηγήσομαι γάρ, ἐπείπερ οὕτω προθυμῇ. ἀλλ' ὅπως μὴ πρὸς πολλοὺς ἐρεῖς. Φι. εἰ μὴ παντάπασιν ἐγὼ ἐπιλέλησμαι Λυκίνου, αὐτὸς σὺ ἄμεινον ποιήσεις αὐτό, καί φθάσεις εἰπὼν ἅπασιν, ὥστε οὐδὲν ἐμοῦ δεήσῃ.

144.

Aedepol næ nos æque sumus omnes inuisæ viri) *Duas voces, inique, & omnino, quæ in alijs erant, eo sustuli, quod neque erant in vllo vetere libro, & corrumpebant uersum. huic autem querelæ, qua utitur Sostrata, affinis illa Creusæ apud Euripidem Ione:*

Τὰ γὰρ γυναικῶν δυσχερῆ πρὸς ἄρσενας·
Κἂν ταῖς κακαῖσιν αἱ γαθαί μεμιγμέναι,
Μισοῦμεθ' οὕτω δυσχερεῖς πεφύκαμεν.

Quid ais? an venit Pamphilus? venit. diis gratiam habeo.) *Ita emendaui ex vno Antonianorum. nam quo modo erat in cæteris, dijs habeo gratias, versus efficiebatur acatalecticus, quam catalecticum esse, vt cæteros, multo verisimilius est.*

147.

Omnibu'nobis vt res dant sese, ita magni, atque humiles sumus.) *Eandem nimirum habent sententiam versus illi, quos pronuntiat Vlysses.*

Oδυσσ σ. & si eos, qui philosophantur, aliò trahunt.

Τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,

Οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγησι πατὴρ ἀνδρῶν τει θεῶν τε.

154.

Quod faciendum fortasse sit postidea, hoc nunc si feceris) *Ita est in quibusdam veterum. alij, ignoratione antiquæ vocis, fecere, post, idem.*

156.

Iam ætate ea sum, vt non siet peccato mihi ignosci æquom.) *Mihi peccato, idest, mihi si quid peccauerim nam vt iuratus est, qui iurauit. ita peccatus, hoc quidem loco, qui peccauit, id est ἐμφατικῶς similiter locutus est Quinctilianus libro 6. Qui vero iudicem rapere, & in quem vellet habitum animi posset perducere, quo dicto, flendum & irascendum esset rarius fuit ibi enim, quo dicto, valet, εὖ λέξαντος.*

161.


-equidem plus hodie boni.

Feci imprudens, quam sciens, ante hunc diem numquam) *Sententia Plautina ex Captiuis*

- sæpe iam in multis locis

Plus insciens quis fecit, quàm sciens, boni.

DE METRIS TERENTIANIS.



ERENTII *versus duorum generum sunt; iambici, & trochäici. neque autẽ iambus in trochäicum, neque trochæus in iambicum admittitur. Iambicus initio fiebat e solis iambis, vt,*

Quid hoc noui est? quid ira nuntiat Deum?

& apud Terentium; si modo ita legendum est,

Amantium iræ, amoris integratio est,

Terentianus ait, eos in tragœdijs, propter nimiam ipsorum leuitatem culpari. ego tamen Græcos poetas sæpe admodum usos reperio. ut Sophoclem,

πάλαι κυνηγετοῦντα καὶ μετρούμενον.
οὔτ' ἔργον ἐστὶν, οὐννέπειν δ' ὅτου χάριν.
ὅτ' ἄλλοτ' ἄλλον ἐμπιτνῶν, στρατηλάτα.

& Aeschylum:

ἐγὼ δ' ἀτολμός εἰμι συγγενεῖ θεόν.
ἅπας δὲ τραχὺς ὅς τις ἂν νέον κρατῇ.

& Euripidem:

ἐκεῖθεν εἶμι παῖς ἔτ' οὖσ' ἀπωλόμην.
ἔλωλεν ὡς ὄλωλε τ. ἴσιν εἰδόσιν.

Postea admissus est alternis spondeus, & omnes pedes, qui illi temporibus sunt æquales: in quibus est & proceleu maticus. tribrachys, etiam, quòd iambo temporibus par est, recipitur creticus, quamuis vno tempore longior, tamen ipse quoque receptus est. Iambici integri, id est ἀκαταλήκτικοι, *semper vltimus pes est iambus. nam claudi versus, id est,* σκάζοντες, *an in Plauto sint, alio loco ui derimus. in Terentio quidem non sunt, ne in*

Græcis quidem aut comicis, aut tragicis vſquam: itaque qui locum illum ex Aeſchilo ita ſcripſerunt.

ἵν' οὔτε φωνὴν, οὔτε του βροτῶν μορφὴν,

& illum, & alios plurimos, dum corrigere volunt, deprauarunt recte enim erat in Aldinis.

ἵν' οὔτε φωνὴν οὔτε του μορφὴν βροτῶν.

Vltimus igitur ſemper iambus eſt, ceteris locis magna libertas. non tantum enim iambus, & tribrachys, uerum & ſpondeus, & omnes ſpondeo temporibus pares quolibet alio loco, a latinis quidem comicis, tragicisque ueteribus, ſine ullo diſcrimine ponuntur. creticum, & proceleumaticum raro, quidem, ſed non nunquam tamen inuenias. iambicorum aūt hac fere, diſcrimina ſunt. dimeter catalecticus.

Date. mox ego huc reuertar.

dimeter acatalecticus:

Verebar, quorſum euaderet.

trimeter acatalecticus:

Poeta cum primum animum ad ſcribendū appulit.

tetrameter, ſiue quadratus catalecticus:

Sati pol proterue me Syri promiſſa huc induxerunt.

tetrameter, ſiue quadratus acatalecticus

Nihil eſt. triumpho: ſi licet me latere tecto abſcedere.

tetrameter, ſiue quadratus acatalecticus.

Atque eius amicam ſubagitare: vel libere in vino quam immodeſtus. qui pentametros iambicos faciunt, nugantur. itaque hic quoque locus in Aeſchylo deprauatus.

θνητοῖσι κλέψας ὤπασεν, τοιᾶσδε.

erat enim in Aldinis;

ἀντιτίθησι κλέψας ἅπασιν, τίνας δὲ τοῖς

Trochaicorum apud Terentium hæc fere ratio trocheus quolibet loco ponitur: vt in iambico iambus, præter iambũ, procleumaticũ, creticum admittuntur idẽ omnes pedes, qui in iambicũ trochaicis autẽ vtitur fere octonarijs, siue quadratis catalecticis.

Quid quid ego huius feci, tibi prosperi, & stultitiæ tuæ.

Vbi te vidi animo esse omisso, et suauia in præsẽtia.

Quæ essent, prima habere, neque prospicere in longitudinem.

Cepi rationem, vt neque egeres, neque vt hæc posses perdere.

Interdum autem apud hunc poetam vltima præcedentis versus, syllaba principium est insequentis. atque ita de Terentij versibus breuiter a nobis disputatum sit.

ARGVMENTVM

IN ANDRIAM.

NVLLVS est omnino scriptor in latina lingua, quẽ tantopere cognosci ediscique retulerit, atq. Terentium. Nam cum prima virtus in oratione sit proprie loqui, nec proprij sermonis artificem meliorem Terentio habeamus; dignus plane est, ĩ quo perdiscẽdo plurimũ operæ, ac studij ponamus. Et ab ijs qui docent pueros, superstitiosam etiam diligentiã in hoc Authore enarrando requiro. Primũ prodest monere, quæ Comœdia natura sit, quidue spectarint Comœdiarum Authores

nomen

nomen vnde factũ sit. Atq; hæc quidem Donatus copiosè exposuit. Cõuenit autẽ inter omnes Authores comœdiarum noluisse, et communiũ morũ et casuum exempla proponere, quibus velut admoniti prudẽtius iudicemꝰ de rebus humanis, et genere orationis facũdiã locupletare. Quæ inculcabũt professores eo diligẽtius, ut sciant pueri quid ex illis petere debeant, quẽ fructũ facturi sint legendis Comœdijs. Nam quo propius cognorint, et vim litterarũ, & vtilitatẽ eò impensius iuuat discere in recẽsendis argumẽtis fabularum consilium Poetæ summa cura exponendum est: quarum personarum descriptiones in primis amirationem mereatur, in quibus iocis plurimum commoretur Poeta, vbi plurimum neruorum plurimum eloquentiæ ostendet quos locos ita comendent pueris, ut & familiariter ament, & tanquam digitos suos norint Et ob hanc causam fabularum omniũ argumenta veteri more in πρότασιν ἐπίτασιν, καταστροφὴν *patiantur, vt distributa facilius adsequatur iuuentus. Ferè autem fabulæ continent periculum quoddam: nusquam enim consilio, locus est, nisi in dubijs rebus. Neq. vero aliud est comœdia, nisi humanorũ consiliorum, & euentuum in ago quædam. In Andria periclitatur Pamphilus, ut Glycerio fidem promissam præstet, postquam patri per errorem pollicitus est futurum se in eius potestate, ac ductũm quã uellet. Estq. hoc velnti* στάσις *fabulæ Consilia omnia, querelæ omnes, argumenta omnia huc referẽda sunt, & tota fabula simlis est orationi generis suasorij. Nam varie de tota causa tonsultant senes, adolescentes, ac serui. Sed ut propius argumentum cenere queant pueri, ordine singulas partes referemus.*

PE-

PERICVLVM PROTASIS. *Cum amaret Pamphilus Glycerium, eiq; fidẽ dedisset ducturũ se esse uxorem. pater, qui amaret filium cõpererat consilium capit abstrahendi eius a Glycerio, simulat se uxorem; daturum, poscitq: ut nẽ filius id recusset. Is cum & patrem uereretur, et Glyceriũ deserere parum pium iudicare, pendet animi, nec habet quò se vortat. Ibi Dauus intelligens simulari rem a patre, consulit berili filio, ut polliceatur patri, se in eius potestate futurum, periculi nihil esse, quandoquidem simulentur nuptiæ filius obsequitur quamquam ægre; pollicetur patri ducturum se quam uellet.*

EPITASIS. *Interea spargitur de* Pamphili *nuptijs rumor, rescifcunt & muliercula, quib. cum Glycerio consuetudo erat.* Et *pater, cum a filio quod uoluerat extorsisset, non iam simulat rem, sed seriam fabulam orditur. Chremetem orat, vt gnatam det vxorem filio suo facile impetrat, Hic de* Pamphilo *actum fuit. maturare nuptias pater studet, & filius pollicitus erat se ĩ patris potestate futurũ esse. Quæso quo ex his turbis se explicet? quid faciat Pãphilus? Hic Dauus, cuius imprudentia periculũ contractum erat, cum dolus non successisset,* Chremetem *deterret à nuptijs fidem faciens aliam amari a* Pamphilo.

CATASTROPHE. *At pater rem vrget: et processißet, nisi casus, qui sæpe plus ualet, quam ratio, dubijs reb. opem attulißet. Venit quispiam Crito, qui docet Glycerium Chremetis filiã esse, gratum omnibus nunciũ. Nuptiæ ex sententia Pamphili conficiũtur. Vide ex quanto periculo casu euaserit Pãphilus. Est autem in more Terentio, in prima ferè scena, longa narratione commemorare occasionem fabulę.*

atque eas narrationes plurimi fecerunt ueteres. Sic in Andria exponit Pāphili amores, & patris consilium, quo is filium a Glycerio diuulsurus erat. In reliquis Scenis pergit consilium exequi. Sūt aspersa narrationi illi primæ multa rethorica ornamenta. Est *enim mirabiliter aucta, cōmemoratione morum, studiorum sodalitij Pamphili qua occasione* Pamphilus *deperire in Glycerium cœperit, vbi pater id primum deprehenderit. Hæc accurate expendet professor, & velim hic immodice et anxium esse. καὶ πολυπραγμοσύνην interpretem.* Est *enim modis; omnib. efficiendū vt mirentur, vt ament hunc Authorem pueri,* Id *ita fiet, si rectissime intelexerint.* Exigendum *ab ipsis pueris, ut suo marte, argumenta fabularum condant, vt locos aliquos retexant, & pluribus exponat, & tanquā ceram refingant quæ exercitatio, præterquā quod familiariorem hunc* Poetam *facit, facundiam etiam alit.* Finguntur *hic cordati senes. Dauus veterator. honesta ac pia mēte præditus Adolescēs Pamphilus. Verū vt* Pāphili *ingenium rectius perspici posset, & ut aliquanto plus in fabula turbæ esset, confertur cū eo Charinus Pamphili dissimillimus, nihil moratiū in hoc, nihil consilij; contra in illo moderatiora omnia penè quam vel ætas poscit, uel finit amor. In primis mirentur eloquentiam Poetæ in* Pamphili *querelis. In senis narrationib. consultationibus, & obiurgationibus, Ab his exemplis & verba, & figuras latini sermonis, & dicendi rationem assuescant petere adolescentes; felicius haud dubie collocaturi; operam, quam si interea, velut formicæ indicæ aurum conueberent,*

PERICVLVM PROTASIS. *Cum amaret Pamphilus Glycerium, eiq; fidē dedisset ducturū se esse uxorem. pater, qui amaret filium cōpererat consilium capit abstrahendi eius a Glycerio, simulat se uxorem; daturum, poscitq: ut nè filius id recuset.* Is *cum & patrem uereretur, et Glyceriū deserere parum pium iudicare, pendet animi, nec habet quò se vortat. Ibi Dauus intelligens simulari rem a patre, consulit berili filio, ut polliceatur patri, se in eius potestate futurum, periculi nihil esse, quandoquidem simulentur nuptiæ filius obsequitur quamquam ægre; pollicetur patri ducturum se quam uellet.*

EPITASIS. *Interea spargitur de* Pamphili *nuptijs rumor, resciscunt & mulierculæ, quib. cum Glycerio consuetudo erat.* Et *pater, cum a filio quod uoluerat extorsisset, non iam simulat rem, sed seriam fabulam orditur. Chremetem orat, vt gnatam det vxorem filio suo facile impetrat, Hic de* Pamphilo *actum fuit. maturare nuptias pater studet, & filius pollicitus erat se ī patris potestate futurū esse. Quæso quō ex his turbis se explicet? quid faciat Pāphilus? Hic Dauus, cuius imprudentia periculū contractum erat, cum dolus non successisset, Chremetem deterret à nuptijs fidem faciens aliam amari a* Pamphilo.

CATASTROPHE. *At pater rem vrget: et processißet nisi casus, qui sæpe plus ualet, quam ratio, dubijs reb. opem attulißet. Venit quispiam Crito, qui docet Glycerium Chremetis filiā esse, gratum omnibus nunciū. Nuptiæ ex sententia Pamphili conficiūtur. Vide ex quanto periculo casu euaserit Pāphilus. Est autem in more Terentio, in prima ferè scena, longa narratione commemorare occasionem fabulę.*

atque

atque eas narrationes plurimi fecerunt ueteres. Sic in Andria exponit Pāphili amores, & patris consilium, quo is filium a Glycerio diuulsurus erat. In reliquis Scenis pergit consilium exequi. Sūt aspersa narrationi illi primæ multa rethorica ornamenta. Est enim mirabiliter aucta, cōmemoratione morum, studiorum sodalitij Pamphili qua occasione Pamphilus deperire in Glycerium cœperit, vbi pater id primum deprehenderit. Hæc accurate expendet professor, & velim hic immodice ēt anxium esse. καὶ πολυπραγμοσῦν *interpretem. Est enim modis; omnib. efficiendū vt mirentur, vt ament hunc Authorem pueri, Id ita fiet, si rectissime intelexerint. Exigendum ab ipsis pueris, ut suo marte, argumenta fabularum condant, vt locos aliquos retexant, & pluribus exponat, & tanquā ceram refingant quæ exercitatio, præterquā quod familiariorem hunc Poetam facit, facundiam etiam alit. Finguntur hic cordati senes. Dauus veterator. honesta ac pia mēte præditus Adolescēs Pamphilus. Verū vt Pāphili ingenium rectius perspici posset, & ut aliquanto plus in fabula turbæ esset, confertur cū eo Charinus Pamphili dissimillimus, nihil moderatiūs in hoc, nihil consi ij; contra in illo moderatiora omnia penè quam vel ætas poscit, uel finit amor. In primis mirentur eloquentiam Poetæ in Pamphili querelis. In senis narrationib. consultationibus, & obiurgationibus, Ab his exemplis & verba, & figuras latini sermonis, & dicendi rationem assuescant petere adolescentes; felicius haud dubie collocaturi; aperam, quam si interea, velut formicæ indicæ aurum conueherent,*

ARGVMENTVM IN EVNVCHVM.

COmœdiæ, vt hominu m vitam, casus consilia imitentur, pericula continent, quod & con lijs, & fortunæ in periculus maxime locus est. Itaq; cum discutere periculum ratione contendant personæ, varia finguntur consilia, in quib. alia, fallunt, alia felicia sunt, Sæpe plus casus potest. quam ratio. Dominatur fere in rea fortuna Superiori fabula proposuit modesti adolescentis exemplum is de officio suo honeste consultat. Hic nulla sunt honesta exempla; nullum honestũ consilium. Nam meretricij amores describuntur, ut hoc exemplo cernant Juuenes tamquam in speculo, amentiam huiusmodi amatorum. Est autem duplex propemodum fabula Propterea *geminum argumentum recenseo*. Primas *Thraso in fabula tenet. Et tum pollicita esset Thais, facturam se sui copiam dies aliquot, fallituris tamen: eaque* PROTHASIS *fabulæ est cum Thrasione confertur Phædria: nisi enim reualem haberet Thraso, nihil periclitaretur in amore.* EPITASIS *fabulæ est, cum minatur ille se oppugnaturum vi ædes* Thaidis. CATASROPHE *ridicula est. Nam Thraso iam fractus, precib. impetrat, vt aliqua saltem in parte apud Thaidẽ hæreat. Porrò quia hęc fabula varia est. multumque habeat turarum, casu orituralius tumultus, uitiatur Virgo quà Thaidi miles donarat Sed est læta eius quoque periculi catastrophe* Nam *uxor datur hæc adolescenti, qui cã compreßerat*. *Vt Thrasonem ridiculum amatorem fingeret, addit Gnatonem, qui eius mores mirifice depingit, vt ardelionem agnoscas. In superiori fabula plurimæ sunt consultatiqnes, & tota*

ta fere consistit in genere deliberatiuo. Hic plus est expostulationum, & accusatorio, seu iuditiali genere similius est. Nullum autem vitæ genus est, vbi non plurimum Thrasonum reperias. neq; ulli feré, rebus humanis perniciosiores sunt, quã id genus si con tingat imperare. In templis in aulis, in reb. publicis omnibus omnia miscent. vt emereantur vulgi plausum. Quare diligenter est intuenda, contempladaq; Thrasonis imago in hac fabula, vt discas quam sint inepti quam nihil, ardeliones isti somnia verius hominũ; quã homines dicas. refert autem conferre cum hac, similes alicubi descriptiones : qualis est apud Martialem Attali, apud Catullum, Suffeni nec piget abscribere, vt edi scat pueri Ad Varũ, Suffenus iste. Vare, quem probe nosti. Homo est venustus, & dicax, & vrbanus, Idemq. lõge plurimos facit versus. Puto esse ergo illi milia aut decem aut plura. Perscri pta, nec sic, vt fit in palinxysto relata, chartæ regiæ, noui libri Noui umbilini lora rubra membrana. Di recta plumbo, & pumice omnia æquata Hæc cum legat tum bellus ille, & vrbanus Suffenus, vnus capri mulgus aut fossor. Rursus uidetur tantum abboret, ac nutat. Hoc quid putemus esse ? qui modo scurta, aut si quid hac re tristius uidebatur. Idem infaceto est infacetior rure. Simul poemata attigit, neq; idem vnquam æque est beatus, ac poema cum scribit. Tam gaudet in, se tamq. se ipse miratur. Nimirum idem omnes fallimur, neq; est quisquam, quẽ non in aliqua re videre Suffenum. Possit suus cuiq. attributus est error. Sed non videmus manticæ quod in tergo est. In Attalum. Declamas bellè, causas agis Attale bellè. Historias bellas, carmina bella facis. Componis

bellè

bellè mimos, epigramata bellè. Bellus Grammaticus, bellus es Astrologus. Et bellè cantas, & saltas Attale bellè. Bellus es arte lyrę bellus ex arte pilæ. Nil bene cum scias, facis attamen omnia bellè. Vis dicam quid sis, magnus es ardelio.

ARGVMENTVM

in Hautontimorumenon.

Tanta huius fabulæ elegantia est, vt plerique à Lælio, quo illis temporib. Romæ nemo fuit eloquentior, scriptam existimarint: & Poeta ipse testatur in hac purā esse orationem: qua laude nulla pōt amplior excogitari. Quid est in admirabilius quam sermo elegās, & venustus? Neq. predicatur⁹ hoc pala fuerat, Comicus, nisi nouam, insigne, & penè Diuinā sermonis elegantiam esse iudicasset. Depingit autem parentum vitia. Nam *Menedemus liberaliter amantē Cliniam iusto inclementius tractat adolescentem modestum, & frugi. Quem post quā domo eiecit, victū contumelijs, & iurgijs multo impotentius desiderat, adeo multifariam hic peccat. Huic seni opponit Chremetem monitorem, sed quē postea videas multò plura quam* Menedemum *peccare. Primum is numquā olfecit perdite amare filium, & compilari se à scorto sumptuoso. Post vbi rescisit multò fert impotentius id mali, quā illa solebat Menedemus: ut agnoscas ferè ita accidere, vt foris, non domi sapiamus.* Epitasis Porro *quia fingebat Poeta, velut oculis captum Chremetem, qui insignia filij uitia non cernat, adducit patri ob oculos filij amicam: idque hic periculi est.*

ne rescifcat Cremes Bacchidē filij amicam esse. Huc omnia consilia, omnes dolos seruuli referemus. Et à Chremete prius argentū emungitur. Bacchidi numerandū, quā cōperit filij rem agi. Fallitur autem cum fingitur Bacchidis esse Clinia. In prima fabulę parte, vbi Menedemū cōfirmat Cremes oratio ē deliberatiui, suasorij generis qua hic consolatur, erigit, monet animū ęgrū vicinū. In reliqua fabulæ parte, quæ periculū continet, res oīs translatione rhetorica agitur. quia quæ ad Chremetis filiū pertinēt, omnia imputantur Menedemi gnato. In primis admirabilis est hic seruulus: cuius callidissimis consilijs neuti quā respondēt euentus. Nec vulgariter de suo cōsilio sibi ipse placet, cum ait. Hic magnifice effero &c. est ea mirifica oīno imago humanorum. & consiliorum, & euentuum. Fallunt enim fere astutissima cōsilia mortales. Sicut Ciceronem fefellit euentus belli aduersus Antonium suscepit. Exstant exempla in historijs innumerabilia,

Argumentum in Adelphos,

PROTASIS.

EPIPVERAT *Aeschinus lenoni muliorculam fratri gratificatus, qui illam amabat. Id postquā resciuit Demea, aspero, & incommodo ingenio pater de eo peccato cum Mitione, cui Aeschinū dederat adoptandum, expostulat: queriturq. eius indulgētia corrūpi. Periclitantur itaq; Aeschinus, & seruuli, quomodo lenoni satisfiat, quō celetur, Demea nè Ctesiphonis peccatū resiscat. Neq. enim tā ipse sibi, quā frater curæ est. Præterea amabat ingenuā quādam Aeschinus, cui fidē dederat, vx rē se ductturū esse; quæ postquam raptam audiuit psaltriam, grauiter*

rum hominum ; qui flammam ardene, vt dicitur, in ore potius, quam quidquam secreti, continerent, & tamen simulant, nolle ea, quæ sciunt, detegere, atque orari volunt, festiuissime expressit Lucianus in conuiuio: cuius verba, quoniam & leporis plena sunt, huic Terentij loco plane gemina, ascribere non grauabor. Collequuntur autem inter se *Lucinus & Philo: è quibus cum Lucinus & dixisset* ἐγὼ δὲ ἄπαγε οὐκ ἄν τι τοιοῦτον εἴποιμι. *Ita excipit Philo.* Θρύπτῃ ταῦτα ὦ Λύκινε. ἀλλ' οὔτι γε πρός ἐμὲ οὕτω ποιεῖν ἐχρῆν. ἀκριβῶς γιγνώσκων, πολὺ πλέον ἐπιθυμοῦντά σε εἰπεῖν, ἢ ἐμὲ ἀκοῦσαι, καί μοι δοκεῖς εἰ ἀπορήσειας τῶν ἀκουσομένων, κἂν πρὸς κίονά τινα ἢ πρὸς ἀνδριάντα ἡδέως ἂν προσελθὼν ἐκχέαι πάντα συνείρων ἀμυστί. εἰ γοῦν ἐθελήσαιμι ἀπαλλάττεσθαι νῦν, οὐκ ἐάσεις με ἀνήκοον ἀπελθεῖν· ἀλλὰ ἕξεις καὶ παρακολουθήσεις, καὶ δεήσῃ. κἀγὼ τρυφήσομαι πρὸς σὲ ἐν τῷ μέρει. καὶ εἴ γε δοκεῖ, ἀπίωμεν, ἄλλου αὐτὰ πευσόμενοι. σὺ δὲ μὴ λέγε. Λυ. μηδὲν πρὸς ὀργὴν· διηγήσομαι γάρ, ἐπείπερ οὕτω προθυμῇ. ἀλλ' ὅπως μὴ πρὸς πολλοὺς ἐρεῖς. Φι. εἰ μὴ παντάπασιν ἐγὼ ἐπιλέλησμαι Λυκίνου, αὐτὸς σὺ ἄμεινον ποιήσεις αὐτό, καὶ φθάσεις εἰπὼν ἅπασιν, ὥστε οὐδὲν ἐμοῦ δεήσῃ.

144.

Aedepol næ nos æque sumus omnes inuisæ viri)
Duas voces, inique, & ; omnino, quæ in alijs erant, eo sustuli, quod neque erant in vllo vetere libro, & corrumpebant uersum. huic autem querelæ, qua utitur Sostrata, affinis illa Creusæ apud Euripidem Ione:

Τὰ γὰρ γυναικῶν δυσχερῆ πρός ἄρσενας,
Κἂν ταῖς κακαῖσιν ἀγαθαὶ μεμιγμέναι,
Μισοῦμεθ' οὕτω δυσχερεῖς πεφύκαμεν.

146

156

Quid ais? an venit Pamphilus? venit. diis gratiam habeo.) *Ita emendaui ex vno Amonianorum. nam quo modo erat in cæteris, dijs habeo gratias, versus efficiebatur acatalecticus, quam catalecticum esse, vt cæteros, multo verisimilius est.*

147.

Omnibu'nobis vt res dant sese, ita magni, atque humiles sumus.) *Eandem nimirum habent sententiam versus illi, quos pronuntiat Vlysses.*

Ὀδυσσ. σ. & si eos, qui philosophantur, aliò trahunt.

Τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
Οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

154.

Quod faciendum fortasse sit postidea, hoc nunc si feceris) *Ita est in quibusdam veterum. alij, ignoratione antiquæ vocis, fecere, post, idem.*

156.

Iam ætate ea sum, vt non siet peccato mihi ignosci æquom.) *Mihi peccato, idest, mihi si quid peccauerim nam vt iuratus est, qui iurauit. ita peccatus, hoc quidem loco, qui peccauit, id est* ἀναμαρτήτως *similiter locutus est Quinctilianus libro 6. Qui vero iudicem rapere, & in quem vellet habitum animi posset perducere, quo dicto, flendum & irascendum esset rarius fuit ibi enim, quo dicto, valet,* οὔ λέξαντες.

161.

-equidem plus hodie boni.
Feci imprudens, quam sciens, ante hunc diem numquam) *Sententia Plautina ex Captiuis*
-sæpe iam in multis locis
Plus insciens quis fecit, quàm sciens, boni.

DE METRIS TERENTIANIS.

TERENTII versus duorum generum sunt; iambici, & trochäici. neque autē iambus in trochäicum, neque trochæus in iambicum admittitur. Iambicus initio fiebat e solis iambis, vt,

Quid hoc noui est? quid ira nunciat Deum?

& apud Terentium; si modo ita legendum est,

Amantium iræ, amoris integratio est,

Terentianus ait, eos in tragœdijs, propter nimiam ipsorum leuitatem culpari. ego tamen Græcos poetas sæpe admodum usos reperio. ut Sophoclem,

πάλαι κυνηγετοῦντα καὶ μετρούμενον.
οὔτ' ἔργον ἐστὶν, οὐν ἐνέπειν δ' ὅτου χάριν.
ὅτ' ἄλλοτ' ἄλλον ἐμπιτνῶν, στρατηλατῶν.

& Aeschylum:

ἐγὼ δ' ἀτολμός εἰμι συγγενεῖ θεόν.
ἅπας δὲ τραχύς, ὅς τις ἂν νέον κρατῆ.

& Euripidem:

ἐκεῖ θένει μι παῖς ἔτ' οὖσ' ἀπωλόμην.
ἔλωλεν ὡς ὄλωλε τ. ἴσιν εἰδόσιν.

Postea admissus est alternis spondeus, & omnes pedes, qui illi temporibus sunt æquales: in quibus est & proceleumaticus. tribrachys, etiam, quòd iambo temporibus par est, recipitur creticus, quamuis vno tempore longior, tamen ipse quoque receptus est. Iambici integri, id est ἀκαταλήκτικοι, semper vltimus pes est iambus. nam claudi versus, id est, σκάζοντες, an in Plauto sint, alio loco uiderimus. in Terentio quidem non sunt, ne in

Græcis quidem aut comicis, aut tragicis vsquam: itaque qui locum illum ex Aeschilo ita scripserunt.

ἵν' οὔτε φωνὴν, οὔτε του βροτῶν μορφὴν.

& illum, & alios plurimos, dum corrigere volunt, deprauarunt recte enim erat in Aldinis.

ἵν' οὔτε φωνὴν οὔτε του μορφὴν βροτῶν.

Vltimus igitur semper iambus est, ceteris locis magna libertas. non tantum enim iambus, & tribrachys, uerum & spondeus, & omnes spondeo temporibus pares quolibet alio loco, a latinis quidem comicis, tragicisque ueteribus, sine ullo discrimine ponuntur. creticum, & proceleumaticum raro, quidem, sed non nunquam tamen inuenias. iambicorum aũt hac fere, discrimina sunt. dimeter catalecticus.

Date. mox ego huc reuertar.

dimeter acatalecticus:

Verebar, quorsum euaderet.

trimeter acatalecticus:

Poeta cum primum animum ad scribendũ appulit.

tetrameter, siue quadratus catalecticus:

Sati pol proterue me Syri promissa huc induxerunt.

tetrameter, siue quadratus acatalecticus

Nihil est. triumpho: si licet me latere tecto abscedere.

tetrameter, siue quadratus acatalecticus.

Atque eius amicam subagitare: vel libere in vino quam immodestus. qui pentamitros iambicos faciunt, nugantur. itaque hic quoque locus in Aeschylo deprauatus.

θνητοῖσι κλέψας ὤπασεν, τοιᾶσδέ.

erat enim in Aldinis;

θυητοῖσι κλέψας ἅπασιν, τιν᾽ ἄς δεῖτοι

Trochaicorum apud Terentium hæc fere ratio trocheus quolibet loco ponitur: vt in iambico iambus, præter iambũ, procleumaticũ, creticum admittuntur idẽ omnes pedes, qui in iambicũ trochaicis autẽ vtitur fere octonarijs, siue quadratis catalecticis.

Quid quid ego huius feci, tibi prosperi, & stultitiæ tuæ.
Vbi te vidi animo esse omisso, et suauia in præsẽtia.
Quæ essent, prima habere, neque prospicere in longitudinem.
Cepi rationem, vt neque egeres, neque vt hæc posses perdere.

Interdum autem apud hunc poetam vltima præcedentis versus, syllaba principium est insequentis. atque ita de Terentij versibus breuiter a nobis disputatum sit.

ARGVMENTVM
IN ANDRIAM.

NVLLVS est omnino scriptor in latina lingua, quẽ tantopere cognosci ediscique retulerit, atq. Terentium. Nam cum prima virtus in oratione sit proprie loqui, nec proprij sermonis artificem meliorem Terentio habeamus; dignus plane est, ĩ quo perdiscẽdo, plurimũ operæ, ac studij ponamus. Et a b ijs qui docent pueros, superstitiosam etiam diligentiã in hoc Authore enarrando requiro. Primũ prodest monere, quæ Comœdia natura sit, quidue spectarint Comœdiarum Authores

nomen vnde factũ sit. Atq; hæc quidem Donatus co piosè exposuit. Cõuenit autẽ inter omnes Authores comœdiarum uoluisse, et communiũ morũ et casuum exempla proponere, quibus velut admoniti prudẽtius iudicem⁹ de rebus humanis, et genere orationis facũ diã locupletare. Quæ inculcabũt professores eò diligẽ tius, ut sciant pueri quid ex illis petere debeant, quẽ fructũ facturi sint legendis Comœdijs. Nam quo propius cognorint, et vim litterarũ, & vtilitatẽ eò impensius iuuat discere in recẽsendis argumẽtis fabularum consilium Poetæ summa cura exponendum est: quarum personarum descriptiones in primis amirationem mereatur, in quibus iocis plurimum commoretur Poeta, vbi plurimum neruorum plurimum eloquentiæ ostendet quos locos ita comendent pueris, ut & familiariter ament, & tanquam digitos suos norint Et ob hanc causam fabularum omniũ argumenta veteri more in πρότασιν ἐπίτασιν, καταστροφὴν patiantur, vt distributa facilius adsequatur iuuentus. Ferè autem fabulæ continent periculum quoddam: nusquam enim consilio, locus est, nisi in dubijs rebus. Neq. vero aliud est comœdia, nisi humanorũ consiliorum, & euentuum in ago quædam. In Andria periclitatur Pamphilus, ut Glycerio fidem promissam præstet, postquam patri per errorem pollicitus est futurum se in eius potestate, ac ductnrum quã uellet. Estq. hoc veluti στάσις fabulæ Consilia omnia, querelæ omnes, argumenta omnia huc referẽda sunt, & tota fabula similis est orationi generis suasorij. Nam varie de tota causa consultant senes, adolescentes, ac serui. Sed ut propius argumentum tenere queant pueri ordine singulas partes referemus.

PE-

PERICVLVM PROTASIS. *Cum amaret Pamphilus Glycerium, eiq; fidē dedisset ducturū se esse uxorem. pater, qui amaret filium cōpererat consilium capit abstrahendi eius a Glycerio, simulat se uxorem; daturum, poscitq: ut nè filius id recusset. Is cum & patrem uereretur, et Glyceriū deseveri parum pium iudicare, pendet animi, nec habet quò se vortat. Ibi Dauus intelligens simulari rem a patre, consulit berili filio, ut polliceatur patri, se in eius potestate futurum, periculi nihil esse, quandoquidem simulentur nuptiæ filius obsequitur quamquam ægre; pollicetur patri ducturum se quam uellet.*

EPITASIS. *Interea spargitur de* Pamphili *nuptijs rumor, rescifcunt & mulierculæ, quib. cum Glycerio consuetudo erat.* Et *pater, cum a filio quod uoluerat extorsisset, non iam simulat rem, sed seriam fabulam orditur. Chremetem orat, vt gnatam det vxorem filio suo facile impetrat, Hic de* Pamphilo *actum fuit. maturare nuptias pater studet, & filius pollicitus erat se ī patris potestate futurū esse. Quæso quō ex his turbis se explicet? quid faciat Pāphilus? Hic Dauus, cuius imprudentia periculū contractum erat, cum dolus non successisset,* Chremetem *deterret à nuptijs fidem faciens aliam amari a* Pamphilo.

CATASTROPHE. *At pater rem vrget: et processißet. nisi casus, qui sæpe plus ualet, quam ratio, dubijs reb. opem atrulißet. Venit quispiam Crito, qui docet Glycerium Chremetis filiā esse, gratum omnibus nunciū. Nuptiæ ex sententia Pamphili conficiūtur. Vide ex quanto periculo casu euaserit Pāphilus. Est autem in more Terentio, in prima ferè scena, longa narratione commemorare occasionem fabulę.*

atque eas narrationes plurimi fecerunt ueteres. Sic in Andria exponit Pāphili amores, & patris consilium, quo is filium a Glycerio diuulsurus erat. In reliquis Scenis pergit consilium exequi. Sūt aspersa narrationi illi primæ multa rethorica ornamenta. Est enim mirabiliter aucta, cōmemoratione morum, studiorum sodalicij Pamphili qua occasione Pamphilus deperire in Glycerium cœperit, vbi pater id primum deprehenderit. Hæc accurate expendet professor, & velim hic immodice ét anxium esse. καὶ πολυπραγμονεῖν interpretem. Est enim modis; omnib. efficiendū vt mirentur, vt ament hunc Authorem pueri, Id ita fiet, si rectissime intelexerint. Exigendum ab ipsis pueris, ut suo marte, argumenta fabularum condant, vt locos aliquos retexant, & pluribus exponat, & tanquā ceram refingant quæ exercitatio, præterquā quod familiariorem hunc Poetam facit, facundiam etiam alit. Finguntur hic cordati senes. Dauus veterator. honesta ac pia mēte præditus Adolescēs Pamphilus. Verū vt Pāphili ingenium rectius perspici posset, & ut aliquanto plus in fabula turbæ esset, confertur cū eo Charinus Pamphili dissimillimus, nihil moratiū in hoc, nihil consi ij; contra in illo moderatiora omnia penè quam vel ætas poscit, uel sinit amor. In primis mirentur eloquentiam Poetæ in Pamphili querelis. In senis narrationib. consultationibus, & obiurgationibus, Ab his exemplis & verba, & figuras latini sermonis, & dicendi rationem assuescant petere adolescentes; felicius haud dubie collocaturi; aperam, quam si interea, velut formicæ indicæ aurum conueberent,

COmœdiæ, vt hominu mvitam, casus consilia imitentur, pericula continent, quod & con lijs, & fortunæ in periculus maxime locus est. Itaq; *cum discutere periculum ratione contendant personæ, varia finguntur consilia, in quib. alia, fallunt, alia felicia sunt, Sæpe plus casus potest. quam ratio. Dominatur fere in rea fortuna Superiori fabula proposuit modesti adolescentis exemplum is de officio suo honeste consultat. Hic nulla sunt honesta exempla; nullum honestũ consilium. Nam meretricij amores describuntur, ut hoc exemplo cernant Juuenes tamquam in speculo, amentiam huiusmodi amatorum. Est autem duplex propemodum fabula* Propterea *geminum argumentum recenseo.* Primas *Thraso in fabula tenet. Et tum pollicita esset Thais, facturam se sui copiam dies aliquot, fallituris tamen: eaque* PROTHASIS *fabulæ est cum Thrasione confertur Phædria: nisi enim reualem haberet Thraso, nihil periclitaretur in amore.*EPITASIS *fabulæ est, cum minatur ille se oppugnaturum vi ædes* Thaidis. CATASROPHE *ridicula est. Nam Thraso iam fractus, precib. impetrat, vt aliqua saltem in parte apud Thaidē hæreat. Porrò quia hęc fabula varia est. multumque habeat turarum, casu orituralius tumultus, uitiatur Virgo quà Thaidi miles donarat Sed est læta eius quoque periculi catastrophe* Nam *uxor datur hæc adolescenti, qui cā compreßerat. Vt Thrasonem ridiculum amatorem fingeret, addit Gnatonem, qui eius mores mirifice depingit, vt ardelionem agnoscas. Jn superiori fabula plurimæ sunt consultationes, & to-*

ta

ta fere consistit in genere deliberatiuo. Hic plus est expostulationum, & accusatorio, seu iuditiali genere similius est. Nullum autem vitæ genus est, vbi non plurimum Thrasonum reperias. neq; ulli ferè, rebus humanis perniciosiores sunt, quā id genus si contingat imperare. In templis in aulis, in reb. publicis omnibus omnia miscent. vt emereantur vulgi plausum. Quare diligenter est intuenda, contempladaq; Thrasonis imago in hac fabula, vt discas quam sint inepti quam nihil, ardeliones isti somnia verius hominū; quā homines dicas. refert autem conferre cum hac, similes alicubi descriptiones : qualis est apud Martialem Attali, apud Catullum, Suffeni nec piget abscribere, vt ediscat pueri Ad Varū, Suffenus iste. Vare, quem probe nosti. Homo est venustus, & dicax, & vrbanus, Idemq. lōge plurimos facit versus. Puto esse ergo illi milia aut decem aut plura. Perscripta, nec sic, vt fit in palinxysto relata, chartæ regiæ, noui libri Noui umbilini lora rubra membrana. Directa plumbo, & pumice omnia æquata Hæc cum legat tum bellus ille, & vrbanus Suffenus, vnus capri mulgus aut fossor. Rursus uidetur tantum abhoret, ac nutat. Hoc quid putemus esse ? qui modo scurta, aut si quid hac re tristius uidebatur. Idem infaceto est infacetior rure. Simul poemata attigit, neq; idem vnquam æque est beatus, ac poema cum scribit. Tam gaudet in', se tamq. se ipse miratur. Nimirum idem omnes fallimur, neq; est quisquam, quē non in aliqua re videre Suffenum. Possit suus cuiq. attributus est error. Sed non videmus manciitæ quod in tergo est. In Attalum. Declamas bellè, causas agis Attale bellè. Historias bellas, carmina bella facis. Componis

bellè

mutaui, sed, quod in meo vetere libro erat, quià sine ulla dubitatione uerum putabam, quàm potui, fidelissime expressi?

Interea amici, quod polliciti sunt, dabunt.) *Hunc quoque locum e moe illo libro emendaui: cum in alios omnes, e glossemate aliquo, irrepsisset vox, argentum: quę ita deformabat uersum, vt ualde mirer, ne Goueanum quidem eam sustulisse.*

132.

curialis vernula est, qui me vocat.) H*ic mihi auxilio fuit vetus Venetus: nam in ceteris omnibus hæ omnes voces desiderabantur.*

133.

Sed hinc concedam in angiportum hunc proximum.) *Ita legendum esse, admonet* Priscianus. *& ita legitur in meo manuscripto, & in vno Antonianorum.*

Hesus, quanta quanta hæc mea paupertas est, tamen.) *Ita legendus est hic locus ex libro Petri Bembi, &* ex *libro Bernardini Lauretani.*

134.

In ius? enimuero si porro esse odiosi perggitis.) *Quid de illo, in ius faciam, nescio. nam & versum pede vno quam par est, longiorem facit, & tamen neque repetitio illa inuenusta est, & legitur in omnibus antiquis libris.*

Vel oculum exsculpe. est, vbi vos vlciscar probe) *Ita emendat Bembus. in omnibus tamen antiquis reperio, vt in impressis,*

- est, vbi vos vlciscar, locus.

135.

Quo nominat me?) *Ita est in libro* Lauretani, *& is*

duobus

duobus Antonianis, melius, & magis ad antiquorũ consuetudinem, quàm ut in alijs Quis.

-quid nunc obticuisti?) *In meo, & in vno Antonianorum, pro, obticuisti, legitur, obstupuisti.*

136.

Exequias Chremeti, quibus est commodum ire, hem tempus est.) *Ita erat in duobus Antonianis. alijs, iam tempus est: sed doc versus ratio repudiat.*

136.

Singillatim, qualis in istum fuerim?) *Ita correxit meo libro, et ex illo Lauretani. nam in alijs, erat, qualis in hunc fuerim, neque ita lepide, & contra rationem metri Sigilatim, autem pro, singillatim, qui dicunt, errant.*

M. ANTONII MVRETI

IN HECYRAM TERENTII

ARGVMENTVM.

PAMPHILVS, *Phidippi e Sostratæ vxore filius, Bacchidem meretricem deperibat. is cum aliquando noctu ad eam temulentus iret, in Philumenam, Lachetis, & Myrrhinæ filiam, incidit, eamque in via per vim compressit. atque ita effugit, vt neque ipse eam, neque puella ipsum cognoscere potuerit. in illa autem lucta etiam annulum ei detraxit, eumque Bacchidi domo dedit, paulo post pater eum, tum vt a meretricio amore auerteret, tum vt præsidium*

suæ senectuti pararet, ad vxorem ducendam perpulit. contigit, vt ea ipsa vxor ei daretur, quam ipse constuprauerat: gaudente admodum puellæ matre, quæ, quia sola conscia erat filiam è stupro grauidam esse, quamprimum eam collocare properabat, vt, si forte post aliquot menses pareret, nuptijs, quem admodum sæpe fit, obtegeretur stuprum. cecidit res longe aliter, ac putabatur. etenim Pamphilus, qui inuitissimus adiecisset animum ad rem vxoriam, quique auellere se depente a Bacchidis *amore non posset, ita dormijt cum vxore, vt eam ne attigerit quidem.* Bacchis *quòd, ea viua nunquam se vxorem ducturum, sæpe ei promiserat* Pamphilus, *non nullam sibi ab eo factam iniuriam putans, multo ei minus, quàm solebat, placida & obsequens esse cœpit. factum est, vt Pamphilus ei se paulatim subduxerit, quamque prius spernebat vxorem, eius mirificum quendam amorem animo conceperit. interea quiddam accidit, vt iter* Pamphilo *in Imbrum esset. profecto eo, Philumena, quæ intumescere sibi vterum sentiret, cum aliorum; tum socrus inprimi suæ conspectum refugiebat, tandem cum in eo esset, vt cælare vix posse amplius videretur, sumpta occasione, per sacrificandi speciem, ad matrem se, vnam omnium rerum consciam, confert. post dies compluscules mittit Sostrata, qui eam accersent. respondetur, ægrotam esse. it, vt eam saltem viseret. non admittitur.* Phidippus *accusare vxorem, & dicere, hæc omnia illius culpa contingere. illa contra excusare se, & cul-*

pam

pam deprecari: nullius se rei consciam esse, cur sua consuetudo nurui odiosa esse, debeat. interea redit Pamphilus. *atque ita fors tulit, vt quo die ipse Athenas appulit, eo ipso, Philumena partu leuaretur. cum igitur, videndi cupidus, (ægrotare enim acceperat, & ita amabat, vt qui vehementissime) subito ad eam ingressus esset, peperisse, deprendit. ibi eum Myrrhina exeuntem prosecuta, lacrumans, obtestari cœpit, quando ea res nihil ipsi nocitura esset; ne reciperet quidem vxorem, si ita videtur: sed tamen ne familiam ilius proderet. ita se facturum recipit. cum igitur neque vellet vxorem recipere, neque rursum veram afferret caußam: suspicati sunt senes, eum,*Bachidis *adhuc amore impeditum, ea de caußa ab vxore abhorrere. accersitam itaque* Bacchidem *obiurgat* Phidippus.*ea, cum se illi purgaßet, iubetur ad mulieres ingredi, & eis quoque illam suspicionem adimere ingreditur, annulum habens in digito, quem olim Philumenæ ereptum, sibi dederat* Pamphilus. *is annulus effecit, vt vitiatam esse ab ipso* Pamphilo Philumenam,*cognosceretur.* Lætus Pamphilus *& vxorem, & filium recipit.*

SCHOLIA.

140.

Ita me di bene ament, haud propterea te rogo, vt) *Ita reperio in omnibus antiquis libris. Donatus tamen legit, amabunt, quod si recipias, aut delenda erit vox, te, aut non constabit versus.*

140.

Ah noli Parmeno) *Consuetudinem hanc inepto-*

rum hominum ; qui flammam ardene, vt dicitur, in ore potius, quam quidquam secreti, continerent, & tamen simulant, nolle ea, quæ sciunt, detegere, atque orari volunt, festiuissime expressit Lucianus in conuiuio: cuius verba, quoniam & leporis plena sunt, huic Terentij loco plane gemina, ascribere non grauabor. Colloquuntur autem inter se Lucinus & Philo: *e quibus cum Lucinus & dixisset* ἐγὼ δὲ, ἄπαγε, οὐκ ἄν τι τοιοῦτον εἴποιμι. *Ita excipit Philo.* Θρύπτῃ ταῦτα ὦ Λύκινε. ἀλλ' οὔτι γε πρός ἐμὲ οὕτω ποιεῖν ἐχρῆν. ἀκριβῶς γιγνώσκων, πολὺ πλέον ἐπιθυμοῦντά σε εἰπεῖν, ἢ ἐμὲ ἀκοῦσαι, καί μοι δοκεῖς εἰ ἀπορήσειας τῶν ἀκουσομένων, κἂν πρὸς κίονά τινα ἢ πρὸς ἀνδριάντα ἡδέως ἂν προσελθὼν ἐκχέαι πάντα συνείρων ἀμυστί. εἰ γοῦν ἐθελήσαιμ' ἀπαλλάττεσθαι νῦν, οὐκ ἐάσεις με ἀνήκοον ἀπελθεῖν, ἀλλ' ἕξεις καί παρακολουθήσεις, καί δεήσῃ. κἀγὼ τε θρύψομαι πρὸς σὲ ἐν τῷ μέρει. καί εἴ γε δοκεῖ, ἀπίωμεν, ἄλλου αὐτὰ πευσόμενοι· σὺ δὲ μὴ λέγε. Λυ. μηδέν πρὸς ὀργὴν· διηγήσομαι γάρ, ἐπείπερ οὕτω προθυμῇ. ἀλλ' ὅπως μὴ πρὸς πολλοὺς ἐρεῖς. Φι. εἰ μὴ πάντα πᾶσιν ἐγὼ ἐπιλέλησμαι Λυκίνου, αὐτὸς σὺ ἄμεινον ποιήσεις αὐτό, καί φθάσεις εἰπὼν ἅπασιν, ὥστε οὐδὲν ἐμοῦ δεήσῃ.

144.

Aedepol næ nos æque sumus omnes inuisæ viri)
Duas voces, inique, & omnino, quæ in alijs erant, eo sustuli, quod neque erant in vllo vetere libro, & corrumpebant uersum. huic autem querelæ, qua utitur Sostrata, affinis illa Creusæ apud Euripidem Ione:

Τὰ γὰρ γυναικῶν δυσχερῆ πρὸς ἄρσενας,
Κἂν ταῖς κακαῖσιν ἀγαθαὶ μεμιγμέναι,
Μισοῦμεθ' οὕτω δυσχερεῖς πεφύκαμεν.

Quid ais? an venit Pamphilus? venit. diis gratiam habeo.) *Ita emendaui ex vno Antonianorum. nam quo modo erat in cæteris, dijs habeo gratias, versus efficiebatur acatalecticus, quam catalecticum esse, vt cæteros, multo verisimilius est.*

147.

Omnibu'nobis vt res dant sese, ita magni, atque humiles sumus.) *Eandem nimirum habent sententiam versus illi, quos pronuntiat Vlysses.*

Οδυσσ σ. *& si eos, qui philosophantur, aliò trahunt.*

Τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
Οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

154.

Quod faciendum fortasse sit postidea, hoc nunc si feceris) *Ita est in quibusdam veterum. alij, ignoratione antiquæ vocis, fecere, post, idem.*


156.

Iam ætate ea sum, vt non siet peccato mihi ignosci æquom.) *Mihi peccato, idest, mihi si quid peccauerim nam vt iuratus est, qui iurauit. ita peccatus, hoc quidem loco, qui peccauit, id est* ὁ ἡμαρτηκώς *similiter locutus est Quintilianus libro 6. Qui vero iudicem rapere, & in quem vellet habitum animi posset perducere, quo dicto, flendum & irascendum esset rarius fuit ibi enim, quo dicto, valet,* οὗ λέξαντος.

161.

-equidem plus hodie boni.
Feci imprudens, quam sciens, ante hunc diem numquam) *Sententia Plautina ex Captiuis*
-sæpe iam in multis locis
Plus insciens quis fecit, quàm sciens, boni.

DE METRIS TERENTIANIS.



ERENTII versus duorum generum sunt; iambici, & trochäici. neque autē iambus in trochäicum, neque trochæus in iambicum admittitur. Iambicus initio fiebat e solis iambis, vt,

Quid hoc noui est? quid ira nunciat Deum?

& apud Terentium; si modo ita legendum est,

Amantium iræ, amoris integratio est,

Terentianus ait, eos in tragœdijs, propter nimiam ipsorum leuitatem culpari. ego tamen Græcos poetas sæpe admodum usos reperio. ut Sophoclem,

πάλαι κυνηγετοῦντα καὶ μετρούμενον.
οὔτ᾽ ἔργον ἐστὶν, οὐνν ἐπειν δ᾽ ὅτου χάριν.
ὅτ᾽ ἄλλοτ᾽ ἄλλον ἐμπιτνῶν, στρατηλατῶν.

& Aeschylum:

ἐγὼ δ᾽ ἄτολμός εἰμι συγγενεῖ θεόν.
ἅπας δὲ τραχὺς, ὅς τις ἂν νέον κρατῇ.

& Euripidem:

ἐκεῖ θένει μὶ παῖς ἔτ᾽ οὖσ᾽ ἀπωλόμην.
ἔλωλεν ὡς ὄλωλε τ. ἴσιν εἰδόσιν.

Postea admissus est alternis spondeus, & omnes pedes, qui illi temporibus sunt æquales: in quibus est & proceleumaticus. tribrachys, etiam, quòd iambo temporibus par est, recipitur creticus, quamuis vno tempore longior, tamen ipse quoque receptus est. Iambici integri, id est ἀκατάληκτοι, semper vltimus pes est iambus. nam claudi versus, id est, σκάζοντες, an in Plauto sint, alio loco uiderimus. in Terentio quidem non sunt, ne in

Græcis quidem aut comicis, aut tragicis vſquam: itaque qui locum illum ex Aeſchilo ita ſcripſerunt.

ἔν' οὔτε φωνὴν, οὔτε του βροτῶν μορφὴν,

& illum, & alios plurimos, dum corrigere volunt, deprauarunt recte enim erat in Aldinis.

ἵν' οὔτε φωνὴν οὔτε του μορφὴν βροτῶν.

Vltimus igitur ſemper iambus eſt, ceteris locis magna libertas. non tantum enim iambus, & tribrachys, uerum & ſpondeus, & omnes ſpondeo temporibus pares quolibet alio loco, a latinis quidem comicis, tragicisque ueteribus, ſine ullo diſcrimine ponuntur. creticum, & proceleumaticum raro, quidem, ſed non nunquam tamen inuenias. iambicorum aũt hac fere, diſcrimina ſunt. dimeter catalecticus.

Date. mox ego huc reuertar.

dimeter acatalecticus:

Verebar, quorſum euaderet.

trimeter acatalecticus:

Poeta cum primum animum ad ſcribendũ appulit.

tetrameter, ſiue quadratus catalecticus:

Sati pol proterue me Syri promiſſa huc induxerunt.

tetrameter, ſiue quadratus acatalecticus

Nihil eſt. triumpho. ſi licet me latere tecto abſcedere.

tetrameter, ſiue quadratus acatalecticus.

Atque eius amicam ſubagitare: vel here in vino quam immodeſtus. qui pentamitros iambicos faciunt, nugantur. itaque hic quoque locus in Aeſchylo deprauatus.

θνητοῖσι κλέψας ὤπασεν, τοιᾶσδε.

erat enim in Aldinis;

θνη

θνητοῖσι κλέψας ἅπασιν, τιμὰς δὲ τοῖς

Trochaicorum apud Terentium hæc fere ratio trocheus quolibet loco ponitur: vt in iambico iambus, præter iambũ, procleumaticũ, creticum admittuntur idẽ omnes pedes, qui in iambicũ trochaicis autẽ vtitur fere octonarijs, siue quadratis catalecticis.

Quid quid ego huius feci, tibi prosperi, & stultitiæ tuæ.

Vbi te vidi animo esse omisso, et suauia in præsẽtia.

Quæ essent, prima habere, neque prospicere in longitudinem.

Cepi rationem, vt neque egeres, neque vt hæc posses perdere.

Interdum autem apud hunc poetam vltima præcedentis versus, syllaba principium est insequentis. atque ita de Terentij versibus breuiter a nobis disputatum sit.

ARGVMENTVM

IN ANDRIAM.

NVLLVS *est omnino scriptor in latina lingua, quẽ tantopere cognosci ediscique retulerit, atq. Terentium. Nam cum prima virtus in oratione sit proprie loqui, nec proprij sermonis artificem meliorem Terentio habeamus; dignus plane est, ĩ quo perdiscẽdo, plurimũ operæ, ac studij ponamus. Et a b ijs qui docent pueros, superstitiosam etiam diligentiã in hoc Authore enarrando requiro. Primũ prodest monere, quæ Comœdia natura sit, quidue spectarint Comœdiarum Authores*

nomen

nomen vnde factũ sit. Atq; hæc quidem Donatus co piosè exposuit. Cõuenit autẽ inter omnes Authores comœdiarum uoluisse, et communiũ morũ et casuum exempla proponere, quibus velut admoniti prudẽtius iudicem⁹ de rebus humanis, et genere orationis facũ diã locupletare. Quæ inculcabũt professores eò diligẽtius, ut sciant pueri quid ex illis petere debeant, quẽ fructũ facturi sint legendis Comœdijs. Nam quo propius cognorint, et vim litterarũ, & vtilitatẽ eò impensius iuuat discere in recẽsendis argumẽtis fabularum consilium Poetæ summa cura exponendum est: quarum personarum descriptiones in primis amirationem mereatur, in quibus iocis plurimum commoretur Poeta, vbi plurimum neruorum plurimum eloquentiæ ostendet quos locos ita comendent pueris, ut & familiariter ament, & tanquam digitos suos norint Et ob hanc causam fabularum omniũ argumenta veteri more in πρότασιν ἐπίτασιν, καταστροφὴν *patiantur, vt distributa facilius adsequatur iuuentus. Ferè autem fabulæ continent periculum quoddam: nusquam enim consilio, locus est, nisi in dubijs rebus. Neq. vero aliud est comœdia, nisi humanorũ consiliorum, & euentuum in ago quædam. In Andria periclitatur Pamphilus, ut Glycerio fidem pro missam præstet, postquam patri per errorem pollicitus est futurum se in eius potestate, ac ductũm quã uellet. Estq. hoc veluti* στάσις *fabulæ Consilia omnia, querelæ omnes, argumenta omnia huc referẽda sunt, & tota fabula simlis est orationi generis suasorij. Nam varie de tota causa consultant senes, adolescentes, ac serui. Sed ut propius argumentum cenere queant pueri ordine singulas partes referemus.*

PE-

PERICVLVM PROTASIS. *Cum amaret Pamphilus Glycerium, eiq; fidé dedisset ducturũ se esse uxorem. pater, qui amaret filium cõpererat consilium capit abstrahendi eius a Glycerio, simulat se uxorem; daturum, poscitq: ut ne filius id recusset.* Is *cum & patrem uereretur, et Glyceriũ deserere parum pium iudicare, pendet animi, nec habet quò se vortat. Ibi Dauus intelligens simulari rem a patre, consulit berili filio, ut polliceatur patri, se in eius potestate futurum, periculi nihil esse, quandoquidem simulentur nuptiæ filius obsequitur quamquam ægre; pollicetur patri ducturum se quam uellet.*

EPITASIS. *Interea spargitur de* Pamphili *nuptijs rumor, rescifcunt & mulierculæ, quib. cum Glycerio consuetudo erat.* Et *pater, cum a filio quod uoluerat extorsisset, non iam simulat rem, sed seriam fabulam orditur. Chremetem orat, vt gnatam det vxorem filio suo facile impetrat, Hic de* Pamphilo *actum fuit. maturare nuptias pater studet, & filius pollicitus erat se ĩ patris potestate futurũ esse. Quæso quo ex his turbis se explicet? quid faciat Pãphilus? Hic Dauus, cuius imprudentia periculũ contractum erat, cum dolus non successisset, Chremetem deterret à nuptijs fidem faciens aliam amari a* Pamphilo.

CATASTROPHE. *At pater rem vrget: et processißet, nisi casus, qui sæpe plus ualet, quam ratio, dubijs reb. opem attulißet. Venit quispiam Crito, qui docet Glycerium* Chremetis *filiã esse, gratum omnibus nunciũ. Nuptiæ ex sententia Pamphili conficiũtur. Vide ex quanto periculo casu euaserit Pãphilus. Est autem in more Terentio, in prima ferè scena, longa narratione commemorare occasionem fabulę.*

atque

atque eas narrationes plurimi fecerunt ueteres. Sic in Andria exponit Pāphili *amores, & patris consilium, quo is filium a Glycerio diuulsurus erat. In reliquis Scenis pergit consilium exequi. Sūt aspersa narrationi illi primæ multa rethorica ornamenta.* Est *enim mirabiliter aucta, cōmemoratione morum, studiorum sodalitij Pamphili qua occasione* Pamphilus *deperire in Glycerium cœperit, vbi pater id primum deprehenderit. Hæc accurate expendet professor, & velim hic immodice ēt anxium esse. καὶ πολυπραγμοσῦν interpretem.* Est *enim modis; omnib. efficiendū vt mirentur, vt ament hunc Authorem pueri,* Id *ita fiet, si rectissime intelexerint.* Exigendum *ab ipsis pueris, ut suo marte, argumenta fabularum condant, vt locos aliquos retexant, & pluribus exponat, & tanquā ceram refingant quæ exercitatio, præterquā quod familiariorem hunc* Poetam *facit, facundiam etiam alit.* Finguntur *hic cordati senes. Dauus veterator. honesta ac pia mēte præditus Adolescēs Pamphilus. Verū vt* Pāphili *ingenium rectius perspici posset, & ut aliquanto plus in fabula turbæ esset, confertur cū eo Charinus Pamphili dissimillimus, nihil moratiū in hoc, nihil consilij; contra in illo moderatiora omnia penè quam vel ætas poscit, uel finit amor. In primis mirentur eloquentiam Poetæ in* Pamphili *querelis. In senis narrationib. consultationibus, & obiurgationibus. Ab his exemplis & verba, & figuras latini sermonis, & dicendi rationem assuescant petere adolescentes; felicius haud dubie collocaturi; aperam, quam si interea, velut formicæ indicæ aurum conueberent,*

ARGVMENTVM IN EVNVCHVM.

COmœdiæ, vt hominu m vitam, casus consilia imitentur, pericula continent, quod & con lijs, & fortunæ in periculus maxime locus est. Itaq; *cum discutere periculum ratione contendant personæ, varia finguntur consilia, in quib. alia, fallunt, alia felicia sunt, Sæpe plus casus potest. quam ratio. Dominatur fere in rea fortuna Superiori fabula proposuit modesti adolescentis exemplum is de officio suo honeste consultat. Hic nulla sunt honesta exempla; nullum honestũ consilium. Nam meretricij amores describuntur, ut hoc exemplo cernant Iuuenes tamquam in speculo, amentiam huiusmodi amatorum. Est autem duplex propemodum fabula* Propterea *geminum argumentum recenseo.* Primas *Thraso in fabula tenet. Et tum pollicita esset Thais, facturam se sui copiam dies aliquot, fallituris tamen: eaque* PROTHASIS *fabulæ est cum Thrasione confertur Phædria: nisi enim reualem haberet Thraso, nihil periclitaretur in amore.* EPITASIS *fabulæ est, cum minatur ille se oppugnaturum vi ædes* Thaidis. CATASROPHE *ridicula est. Nam Thraso iam fractus, precib. impetrat, vt aliqua saltem in parte apud Thaidẽ hæreat. Porrò quia hęc fabula varia est. multumque habeat turarum, casu orituralius tumultus, uitiatur Virgo quà Thaidi miles donarat Sed est læta eius quoque periculi catastrophe* Nam *uxor datur hæc adolescenti, qui cã compreßerat. Vt Thrasonem ridiculum amatorem fingeret, addit Gnatonem, qui eius mores mirifice depingit, vt ardelionem agnoscas. In superiori fabula plurimæ sunt consultationes, & to-*

ta

ta fere consistit in genere deliberatiuo. Hic plus est expostulationum, & accusatorio, seu iuditiali genere similius est. Nullum autem vitæ genus est, vbi non plurimum Thrasonum reperias. neq; ulli ferè, rebus humanis perniciosiores sunt, quã id genus si contingat imperare. In templis in aulis, in reb. publicis omnibus omnia miscent. vt emereantur vulgi plausum. Quare diligenter est intuenda, contempladaq; Thrasonis imago in hac fabula, vt discas quam sint inepti quam nihil, ardeliones isti somnia verius hominũ; quã homines dicas. refert autem conferre cum hac, similes alicubi descriptiones : qualis est apud Martialem Attali, *apud* Catullum, *Suffeni nec piget abscribere, vt edişcat pueri Ad Varũ, Suffenus iste. Vare, quem probe nosti. Homo est venustus, & dicax, & vrbanus, Idemq. lõge plurimos facit versus. Puto esse ergo illi milia aut decem aut plura. Perscripta, nec sic, vt fit in palinxysto relata, chartæ regiæ, noui libri* Noui *umbilini lora rubra membrana. Directa plumbo, & pumice omnia æquata Hæc cum legat tum bellus ille, & vrbanus Suffenus, vnus capri mulgus aut fossor. Rursus uidetur tantum abhoret, ac nutat. Hoc quid putemus esse? qui modo scurta, aut si quid hac re tristius uidebatur. Idem infaceto est infacetior rure. Simul poemata attigit, neq; idem vnquam æque est beatus, ac poema cum scribit. Tam gaudet in, se tamq. se ipse miratur. Nimirum idem omnes fallimur, neq; est quisquam, quẽ non in aliquare videre Suffenum. Possit suus cuiq. attributus est error. Sed non videmus mancitæ quod in tergo est. In* Attalum. *Declamas bellè, causas agis Attale bellè. Historias bellas, carmina bella facis. Componis*

bellè

bellè mimos, epigramata bellè. Bellus Grammaticus, bellus es Astrologus. Et bellè cantas, & saltas Attale bellè. Bellus es arte lyrę bellus ex arte pilæ. Nil bene cum scias, facis attamen omnia bellè. Vis dicam quid sis, magnus es ardelio.

ARGVMENTVM

in Hautontimorumenon.

Tanta huius fabulæ elegantia est, vt plerique à Lælio, quo illis temporib. Romæ nemo fuit eloquentior, scriptam existimarint: & Poeta ipse testatur in hac purā esse orationem: qua laude nulla pōt amplior excogitari. Quid est.n admirabilius quam sermo elegās, & venustus? Neq. predicaturꝰ hoc pala fuerat, Comicus, *nisi nouam, insigne, & penè* Diuinā *sermonis elegantiam esse iudicasset. Depingit autem parentum vitia.* Nam *Menedemus liberaliter amantē Cliniam iusto inclementius tractat adolescentem modestum, & frugi. Quem post quā domo eiecit, victū contumelijs, & iurgijs multo impotentius desiderat, adeo multifariam hic peccat. Huic seni opponit Chremetem monitorem, sed quē postea videas multò plura quam* Menedemum *peccare.* Primum *is numquā olfecit perdite amare filium, & compilari se à scorto sumptuoso. Post vbi rescíscit multò fert impotentius id mali, quā illa solebat Menedemus: ut agnoscas ferè ita accidere, vt foris, non domi sapiamus.* Epitasis Porro *quia fingebat Poeta, velut oculis captum Chremetem, qui insignia filij uitia non cernat, adducit patri ob oculos filij amicam: idque hic periculi est.*

nc

ne rescifcat Cremes Bacchidē filij amicam esse. Huc omnia consilia, omnes dolos seruuli referemus. Et à Chremete prius argentū emungitur. Bacchidi numerandū, quā cōperit filij rem agi. Fallitur autem cum fingitur Bacchidis esse Clinia In prima fabulę parte, vbi Menedemū cōfirmat Cremes oratio ē deliberatiui, susuasorij generis qua hic consolatur, erigit, monet animi ægrū viciniū. In reliqua fabulæ parte, quæ periculū continet, res oīs translatione rhetorica agitur. quia quæ ad Chremetis filiū pertinēt, omnia imputantur Menedemi gnato. In primis admirabilis est hic seruulus: cuius callidissimis consilijs neutiquā respondēt euentus. Nec vulgariter de suo cōsilio sibi ipse placet, cum ait. Hic magnifice effero &c. est ea mirifica oīno imago humanorum, & consiliorum, & euentuum. Fallunt enim fere astutissima cōsilia mortales. Sicut Ciceronem fefellit euentus belli aduersus Antonium suscepit. Exstant exempla in historijs innumerabilia,

Argumentum in Adelphos,

PROTASIS.

EPIPVERAT *Aeschinus lenoni muliorculam fratri gratificatus, qui illam amabat. Id postquā resciuit Demea, aspero, & incommodo ingenio pater de eo peccato cum Mitione, cui Aeschinū dederat adoptandum, expostulat: queriturq. eius indulgētia corrūpi.* Periclitantur itaq; *Aeschinus, & seruuli, quomodo lenoni satisfiat, quō celetur, Demea nè Ctesiphonis peccatū resiscat. Neq. enim tā ipse sibi, quā frater curæ est. Prætcrea amabat ingenuā quādam Aeschinus, cui fidē dederat, vx. rē se ducturū esse; quæ postquam raptam audiuit psaltriam, grauiter*

pturbata est, metuēs, ne desereretur Hebet *hæc pars mira consilia, miras technas serui, quib. fallitur Demea* EPITASIS. *Rescit Demea vitium oblatum esse ingenuæ ab Aeschino: ea vero de re mirā tragœdiam excitat. Magis commouetur postquàm deprehētit Ctesiphoni cū psaltria rem esse. Miserè etiam angitur Aeschinus, cum in discrimē uenit. ne uxore excidat.* CATASTROPHE. *Hæ turbæ omnes prudētia & mansuetud ne Mitionis sedantur. Primas itaque in hac fabula senes habent. Confertur enim cum aspero, & inclemēti patre vrbanus, & comis pater. Et huc omnia spectant, ut appareat in re domestica, publica, commercijs hominum ubique nullam esse neque utiliorem, neque gratiorem virtutem comitare. Constat autem hæc Comædia, magna ex parte accusationibus, & excusationibus: crebras habet querelas, & pene Tragica πάθη. Quare in primis conducit eius lectio ad locupletandam facundiam.*

Argumentum in Hecyram.

PROTASIS,

Vxorem duxit Pamphilus, cum Bacchidis meretriculæ amore tātopere teneretur, vt duob. mēsib. vxorē ne attingeret quidem. Postea per consuetudinem animus, victus est cæpit placere vxor, Porro cū ipse peregrè abesset, illa domū redit ad matrē atque ibi parit mense septimo; postquam nupsisset Pamphilo. Ea rē celat & affines, & patrum anus. Vbi Pamphilus redit, comperit, peperisse. Hic grauiter adeo commouetur cum aliunde concepisse existimaret.

ret. Et cum per sese dolent res Pamphilo (amabat e-nim mulierculam) tum molestum est ab ea diuelli: neque enim molestū erat reducere. Periclitatur ita*que* Pamphilus*, quomodo honeste dimittat uxorem, neue illius peccatum proderet. Hæc fabulæ* Protasis *est.* EPITASIS. *instant pater, & socer inscij, quid accidißet, ut domum reducat. præsertim cum nec Socrus, nec mater id, quod senes falso suspicati fuerāt, obstarent. Quanquam autem permoueri non poßet* Pamphilus*, ut reduceret, tamen causam constantißime dißimulat. Itur eo, ut putent Bacchidis amore deuinctum, alieno ab uxore animo eße.* CATASTROPHE. *Bacchis accersita, fide facit nihil sibi cum Pamphilo rei esse. Hic autem prodendum peccatum uxoris fuit, aut reducenda: ue rum casu periculū discutitur. Forte enim* Philumenæ *annulum Socrus in digito bacchidis conspexit. Quem olim* Pamphilus *stupratæ in tenebris* Philomenæ *detrat. Is annulus testatur ex* Pamphilo *puerum susceptum esse. Ita redit in gratiam cum uxore* Pamphilus. *Iucunda est cum uxoribus senum concertatio, quæ monet sæpe errore, et falsis suspicionibus fieri, ut dissentiant coniuges. In primis autem insignis est humanitas, & fides* Pamphili *in hac fabula.*

ARGVMENTVM

in Phormionem.

PROTASIS.

CVM *Antipho absente patre puellā quandā vi-*

APPRIME in vita est vtile, vt nequid nimis. Facile omnes perferre, ac pati, cum quibuscunque erat vna. ijs sese dedere, eorum obsequi studijs aduersus neminis, nunquam præponens se alij. ita facillimè sine inuidia laudem inuenias, & amicos pares. Nanquè hoc tempore obsequium amicos, veritas odium parit.

Ingenium est omnium hominum à labore procliue ad libidinem.

Vtreque res, nempe forma, & adolescentia, inutiles sunt et ad pudicitiam, & ad tutandam rem.

Neutiquam officium esse liberi puto, cum qui nihil promereat postulare id gratiæ apponi sibi.

Verum illud verbum est vulgò quod dici solet,
Omnes sibi melius male esse, quam alteri.
Fidelem haud ferme mulieri inuenias virum.

Amantium iræ amoris re in tegratio est.

Id genus hominum, est pessimum in denegando modo queis pudor est paululum: post vbi tempus promissa, est iam prefici, tum necessario se aperiunt, & timent, & tamen res cogit denegare.

Fallacia alia aliam trudit.

Paulum interesse censes, ex animo omnia, vt fert natura facia, an de industria?

Pro peccato magno paulum supplicij satis est patri.

Sine Cerere, & Libero, friget Venus.

Tu quod cauere possis, stultum admittere est: malo nos prospicere, quam vlcisci accepta iniuria.

Omnia prius experiri quam armis sapientem decet

Sepe ex huiusmodi re quapiam venerea, & malo ex principio magna familiaritas conflatas est.

Quæ in homine dicuntur, bona, parentes, patria, amici, genus cognati, diuitiæ perinde sunt, vt illius animus qui ea possidet: qui uti scit, ei bona: illi qui non vtitur recte mala.

Hoc scitum est, periculũ ex alijs facere, tibi qđ ex vsu sit.

Quo

in uita omnium iubeo,atque ex alijs fumere exemplū sibi hoc facito;hoc fugito hoc laudi eft, hoc vitio datur

Totalia Horatius lib.1.ferm.saty.4.fe.

Omnes quibus res funt minus fecundæ, magis funt ne fcio quomodo fufpiciofi, ad contumeliam omnia accipiunt magis propter fuam impotentiam fe femper credunt negligi.

Ita vita eft hominum,quafi cum ludas,tefferis,fi illud qđ eft maxime opus iactu, non cadit, illud quod cecidit forte,id arte vt corigas.

Vetus verbum hoc eft,cômunia effe amicorū inter fe oīa

Nunquam ita quifquam bene feducta ratione ad vitam, fuit, quin res ętas,vfus,femper aliquid apportet noui, aliquid moneat,vt illa,quæ te fcire credas,nefcias, & quæ tibi putaris prima,in experium repudies.

Re ipfa reperi facilitate nihil homini effe melius, neque clementia.

Vitium commune omnium eft,quòd nimium ad rem in fenecta attenti fumus.

Vt nunc funt mores adeo res redit,fiquis quid reddit,magna habenda eft gratia.

Fortes fortuna adiuuat.

Cuius tufidē ī pecunia pfpexeris.verere verba ei credere.

Omnes cum fecundæ res funt maxime,tum meximè meditari fecum opottet,quo pacto aduerfam fotrunam ferant,pericula,dāna,exilia peregrè te diens femper cogitet,aut filij peccatum,aut vxoris mortem,aut morbū filiæ,communia effe hæc,fieri poffe,vt nequid animo fit nouum,quicquid præter fpem eueniat omne id deputare effe in lucro.

Iudices fępe propter inuidiā adimunt diuiti, aut propter mifericordiam addunt pauperi.

Quot homines,tot fententiæ, fuus cuique mos eft.

De fœniam peupere,quę nubat diuiti,āit,

Mihi venicbat in mentem eius in commodum in feruitutem pauperem ad diuitem dari.

Quàm

Quàm ſæpe forè temere eueniunt,quæ nō audeas optare.

Quam ſcriptum eſt iuſmodi parere in animo cupiditates, quas,cum res aduerſæ ſint.paulo mederi poſſis.

Eſt vxor, quam liberali eſſe ingenio decet,pudens,modeſta,incommoda,atque iniurias uiri omnes fert,& tegit contumelias.

Quod hoc genus eſt,quæ hæc coniuratio,vt omnes mu- liere,eadem æque ſtudeant,nolintque omnia? neque de clinatam quicquam ab aliarum ingenio vllam reperias: itaque adeo vno animo omnes ſocrus oderunt nurus: viris eſſe ad ſe aduerſas æque ſtudium,eſt, ſimilis pertinacia eſt.

Mulieres ſunt fermè vt pueri,leui ſententia.

Sæpe eſt quibus in rebus alius ne iratus quidē eſt, cum de eadem cauſa eſt iracundus factus inimiciſſimus.

Omnibus nobis vt res dant ſeſe,ita magni atque humiles ſumus.

O fortuna ut nunquam perpetuò es bona.

O fortunate neſcis quid mali pręterieris,qui quoniam es ingreſſus mare.

Qui uoluptates obſequēs eſt,haud multū hæredē adiuuat

Iſtuc eſt ſapere,qui ubicunque opus,ſit animum poſſis flectere.

cenſen'te poſſe reperire ullam mulierem?quæ carear culpatan quia non delinquunt viri?

Qui poſt factū iniuriam ſe expurgat,parum mihi proſit.

Non in rem meretricum eſt,ſui ſquiſquam amator nuptijs lætetur.

Multa ex quo fuerint commoda,eius incommoda ęquum eſt ferre.

F I N I S.

Huic Terentio operi typis nuper mandato, mendis eiectis,quàm fieri potuit dil gentiſſime,priſtinum lepo rem reſtituere contendit

Henricus Clericus Corrector.